Fundare quis ſe cenſetur ſuper eo quod aſſeruit. 344

Quando plura requiruntur copulatiuè non ſufficit alterum probari. 345

Præſentia & taciturnitas arguunt conſenſum. 346

Præſentia in ſtipulatione & inueſtitura præſumitur. 347

Abſens & ignorans non conſentit imò contradicere videtur. 348. 350

Præſumitur quis abſens niſi probetur præſens. 349

Præſens non conſentiens æquiparatur abſenti. 351

Abſens

Abſens quilibet præſumitur ignorans, niſi probetur ſciens. 352
Ignorans nihil agnoſcere aut acceptare poteſt. 353. 574
Ignorans videtur cõtradicere actui celebrato etiam à coniuncta perſona. 354
Præſens qui contradicere aut prohibere non poteſt, non videtur conſentire. 355
Præſentia vel tacitus conſenſus non nocet, quando contractus geri potuit aliquo inuito, ſecus ſi non potuit. 356
Tacens, cùm de eius præiudicio agitur, ſemper videtur contradicere. 357. 379
Subſcribens actui ſicut teſtis ſibi non præiudicat: 358
Non probat hoc eſſe quod contingit ab hoc abeſſe: 359. 361
Literæ referentes ſe ad aliud inſtrumentum non probant, niſi quatenus illud exhibetur & ſubſiſtit. 360
Vt quis per ſubſcriptionem aut ſimiles actus ſibi præiudicet, neceſſe eſt, vt certam ſcientiã eius quod agitur habeat. 362
Intelligere non dicitur qui ignorat aut perfectè non intelligit actum, nec etiam pro præſente habetur. 363. 364. 376
In facto alieno præſumitur ignorantia. 365
Domini conſenſus in alienatione feudi cur requiratur. 366
Præcedentia & ſequentia ſibi dant inuicem intellectum. 367
Verbum filius prolatum, ſi in ſequentibus fiat mentio de filijs maſculis non porrigitur ad fœminas. 368
Contrahentes videntur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis vel conſuetudini regionis. 369. 370
Nemo præſumitur ſuum iactare. 373
Sermones debent accipi ex cõmuni ſenſu habentium intellectum. 374
Non veriſimile habet falſitatis imaginem. 375
In feudi venditione neceſſe eſt præter conſenſum interuenire titulum domini. 378
Opinio firmata fortioribus rationibus præfertur opinioni communi. 380
Regulis iuris tenaciter eſt inſiſtendũ, niſi appareat diſpoſitio ſpecialis in contrarium. 381. 450. 557
Conſenſus domini debet dari in ſcriptis de conſuetudine curiarum. 382
Opinio conſuetudine recepta præualet in omni foro. 383
Conſuetudo optima legum interpres ſequenda in dubio. 384
Conſuetudo eſt pars iuris ciuilis. 385
Proteſtatio ſaluis iuribus &c. conſeruat ius partiũ. 386. 387
Tacitæ conditiones iuris ſubintelliguntur in diſpoſitionibus. 388
Sententia recenter lata nõ nocet tertio, qui non fuit vt pars in iudicio. 389
Ex ſeparatis non fit illatio. 390
Confeſſio vni facta non extenditur ad alios. 391
Iudex ferendo ſententiam inter partes ſibi non præiudicat. 392. 394
Quod quis facit ratione officij in eo ſibi non præiudicat, niſi voluntarium ſit officium. 393
Iudicis officium neceſſarium eſt, & tenetur iudex iudicare ſuper eo quod cognouit. 393. 395
Conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum. 396
Lite pẽdente nihil innouandum. 397
Præſcriptio etiam locum habet in feudis inter familias inuicem. 398
Actor agendo non poteſt ſe fundare in iure tertij. 399
Excipiens de iure tertij non admitteretur ad probandum. 400
Vaſallus re vendita & ante traditionẽ recuperata excuſatur à pœna caducitatis, & retinet feudum. 401
Pactum de retrouendendo minus excuſat vaſallum, quàm recuperatio feudi poſt alienationem factam. 402
Durius delinquitur fraudando legem quàm expreſſè contrafaciendo. 403
Locatio ad longum tempus fieri non poteſt vbi alienatio prohibetur, quia æquipollet alienationi. 404. 608
Vſusfructus eſt pars dominij, ideo etiam à vaſallo non poteſt vendi. 405
Conſenſus non tantùm verbis, ſed etiam facto præſtatur. 406
Contractus ex poſt facto ſunt neceſſitatis. 407
Cùm vaſallus feudũ alteri ſubinfeudat, tunc eſt penes vtrunque aliquod vtile dominium ſuperius & inferius. 408
Vaſallus volens rem alij in feudum dare, vt valeat hoc ſine conſenſu domini, debet hoc ex mera liberalitate nullo pretio accepto facere. 409
Reſciſſo principali reſcinditur & acceſſorium, licet non è contra. 410
Pactum nudum appoſitum contractui conditionali, deficiente conditione non informat contractum qui nullus eſt, nec etiam veſtitur. 411. 643
Contractu principali non ſubſiſtente nõ tenent etiam clauſulæ conſtituti & precarij. 412
Actio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem. 414. 435
Mandatum eſſe nunquam præſumitur. 415. 623

Ex concluſione cognoſcitur qualitas actionis inſtitutæ. 416

Ex libello inepto conſequitur reus abſolutionem, & actor ſibi imputet. 417

Vaſallus habet vtilem vindicationem. 418

Poſſeßio non probat dominium, ſunt enim ſeparata. 419

Agens ex vna cauſa & probans in alia nil poteſt obtinere. 420 421.508.578.619

Pactum leg. commiſſoriæ fit per verba directè reſolutiua, & debet per formalia verba à lege inducta concipi. 424.425431

Intellectus l. ſi cùm vẽderet. de pig. act. 430.431.432.433.439

Pactum de retrouendendo afficit tantùm perſonam emptoris. 434

Quatenus poſt retrotranslationem dominij ex pacto legis commiſſoriæ detur actio ex vendito. 436

Opinio etiam communis reijcienda ſi careat ratione vel conuincatur erroris. 437

Non ad opiniones, ſed ad rationes doctorum reſpiciendum. 438.640

Legatorum dominium transfertur etiam ſine traditione. 440

Opinioni communi conſulendo & iudicando ſtandum. 441

Pactum nil operatur contra iuris regulas. 443

Pacta contra ius inita non valent. 444

Pactum vt pater cadat à feudo ob delictum filij non valet. 445

Pacta contra naturam contractus etiam cum iuramento non valent. 446

Pactum cum vna perſona factum non extenditur ad alias. 447.644

Statutum quod inſtrumentum publicum mandetur executioni ſine exceptionum oppoſitione, intelligitur contra illum cum quo factum eſt, non contra tertium poſſeſſorem. 448.449

Fœminam in feudo empto integro et iuſto pretio ſuccedere poſſe & vbi nullum ſeruitium præſtari debet. 451.454.466

Pacta etiam inſolita & contra feudi naturam admittuntur in conceßionibus feudalibus. 453

Fœminæ ad munus iudicandi aut alia ciuilia munera non admittuntur. 454.617

Contrahentes non videntur in genere id voluiſſe quod in ſpecie non potuiſſent facere. 456.651

Excluſus ſemel cenſetur vnà cum deſcendentibus ſuis perpetuò excluſus. 457

Fœmina ſemel excluſa amplius non admittitur in alia materia quàm feudali, multò minus in feudali. 458

Feudum poſſe à domino acquiri per pecuniam ex veriori opinione. 460.461

Feudum æquiparatur militijs, quæ etiam emuntur. 462.667

Feudum de ſui natura debet eſſe gratuitum, non mercenarium. 463.464

Vt fœminæ ſuccedant debet feudum eſſe emptum ab ipſo domino. 465

Ex ratione ſua ampliatur vel reſtringitur ipſa lex vel ſtatutum. 467

Ratio eſt anima legis. 468.469

Denominatio fit à potentiori. 470

Emens ſcienter feudum ſine conſenſu domini amittit pretium. 471.668

Tenor conuentionis præponderat in contractibus. 472

Ad inueſtituræ tenorem ſemper eſt recurrendum, qui omni naturæ feudorum præponderat. 473.567.629.

Dictio quemadmodum importat comparationem. 474

Inueſtitura & qualibet diſpoſitio ita interpretanda eſt, ne contineat repugnantiam. 475

Interpretatio facienda eſt, vt actus potius valeat quàm pereat. 476

Interpretatio in dubio ſecundum ius commune facienda. 477

Verbum hæres intelligitur in materia feud. de maſculo, licet dictum ſit quibuſcunque hæredibus. 478.479.499.646

Verba generalia intelliguntur ſecundum naturam rei ſubiectæ. 480.501.648

Inſtrumenta eatenus probant, quatenus verba ſonant. 481

Inueſtitura ſeu pactum conformatum iuri communi efficacius eſt. 482

Quòd emphiteoſis potius ſit renouanda agnatis quàm exteris, procedit cùm ea finitur per generationem vel temporis lapſum, ſecus ſi per culpam vel alienationem. 484

Agnatus linea finita petens ſe de nouo inueſtiri debet eſſe hæres vltimi inueſtiti defuncti. 486

Agnatus petere debet linea finita ſe inueſtiri antequam alius inueſtitus ſit, pòſt enim non auditur. 487

Dominus ſi vult poteſt feudum reuerſum ſibi retinere & menſæ ſuæ incorporare. 489

Qui habet regulam iuris pro ſe habet fundatam intentionem, & dicens caſum ab illa excipi debet probare. 490.531

In claris non eſt locus coniecturis. 491

A verbis claris non eſt recedendum. 492

Poſſeßionis continuatio fit à defuncto in hæredem, niſi alius eam apprehenderit. 493

Dominus retinet poſſeſſionẽ ciuilem in feudo. 494

Dominus poteſt propria autoritate ingredi poſſeſſionem feudi aperti. 496
Arg. de Emphiteoſi ad feudum valet, & econtra. 497
Verba, & cui dederit, in feudis reſtringi debent vt minus alteretur natura feudi. 500
Clandeſtinus poſſeſſor quis dicatur. 502. 573
Continuatio poſſeſſionis non fit in clandeſtino poſſeſſ. 503
Poſſeſſio non acquiritur ſine corporeo actu. 504. 545
Poſſeſſionem tradere plus eſt quàm inueſtituram concedere. 505
Poſſ. continuationem in feudis tantùm procedere in filio hærede. 506
Verba potius trahenda ſunt ad naturam rei, quàm è contra. 507
Renuncians iuri ſibi competenti cenſetur ſe obligare ad non petendum. 510
Clandeſtinus poſſeſſor poteſt propria autoritate expelli à ciuiliter poſſidente. 523
Confeſſio iudicialis etiam dolo aduerſarij extorta præiudicat. 540
Prædo dicitur etiam ſimplex malæ fidei poſſeſſor. 541
Prædo non poteſt agere interdicto recuperandæ: 542
Cùm eſt præſumptio contra actorem ſpoliatum & reus docet in petitorio, non fit reſtitutio in poſſeſſorio. 543
Titulus pro hærede non extenditur ad bona feudalia. 544. 546. 548
Poſſeſſio non acquiritur per aditionem hæreditatis. 545
Feudum familiare an veniat in reſtitutionem fidei commiſſi. 547
Succedens in ius alterius habet iuſtam ignorantiæ cauſam, quando ſcilicet cum ipſo agitur, ſecus quando ipſe agit. 549
Qui agit plenè certus eſſe debet de negotio in iudicium deducto. 550
Ignorantia iuris nec fœminis in compendijs prodeſt. 551
Mala fides præſumitur ex quo apparet rem alienam eſſe & teneri ſine titulo. 552
Poſſidens contra ius non præſumitur in bona fide eſſe. 553
Ex incapacitate poſſeſſoris ſemper præſumitur mala fides. 554
Bona fides nunquam præſumitur niſi allegetur. 555
Dubium dici illud non poteſt de quo eſt regula iuris, aut de quo eſt caſus legis. 550. 558
Negatio efficit rem dubiam, niſi manifeſtæ probationes reſiſtant. 560
Dubitans, qui poteſt facilè certiorari, habetur pro ſciente. 561. 563
Stultè facit qui ſibi plus credit quàm alijs prudentibus viris. 562
Præſumitur inſtrumentum vel acta penes ſe habens habere notitiam contentorum. 563
Veritas præualere ſemper debet. 564
Præſumptio non tantùm probatione, ſed alia præſumptione tollitur. 565
Spoliatus non habet priuilegium poſſidenti conceſſum. 566
Regula, actore non probante &c. intelligitur cæteris paribus, ſecus ſi præſumptio eſt contra reum. 567
In pœnalibus non fit extenſio, nec infertur de vno ad aliud. 568
Sententia debet eſſe conformis libello quoad rem, cauſam, & actionem. 570
Pro vi repellenda licitum eſt congregare amicos & ſatellites. 575
Concluſio reſtringit narrata libelli, & in ea ſtat tota eius vis. 577
Qualitas requiſita debet adeſſe tempore actus. 582. 583
Vbi verba non conueniunt nec diſpoſitio conuenit. 584
Ex defectu formæ non obſeruatæ actus redditur nullus. 587. 588
Forma debet ſeruari ad vnguem, nec ſufficit æquipollens. 589
Cùm ſtatutum requirit trinam citationem non ſufficit vna peremptoria. 590. 591
Quod ex inſpectione ſcripturæ videri non poteſt, non eſt, nec præſumitur. 593
Ex precij quantitate præſumitur de contractu. 596
Traditione ex iuſto titulo præcedente facta transfertur dominium. 601
Locatio fructuum in perpetuum cenſetur alienatio, etiam pacto in contrarium appoſito. 610
Longum tempus dicitur quod ad vitam alicuius durat. 611
Præſumitur quis viuere ad centum annos. 612
Contractus, qui poteſt intelligi temporalis aut perpetuus, in dubio perpetuus eſſe præſumitur. 613
Etiam in feudo franco excepta cenſetur ea, quæ veniunt de natura iuramenti fidelitatis. 615
Feudum ſemper præſumitur conceſſum ſecundum propriam naturam, niſi probetur alteratio. 616
Cenſetur quis deducere ius ſibi competens, non alteri. 625
Hæres intelligitur approbare geſta per defunctum. 627

In feudo

In feudo cenſetur electa induſtria perſonæ, & dominus inuitus alium vaſallum admittere non tenetur. 628

Deſtructo antecedenti deſtruitur conſequens. 632. 675

Succeßiones non fiunt per ſaltum: 633

Reſtitutio nulla locum habet contra præſcript. 40. annorum. 636. 638

Moleſtari dicitur etiam qui in iudicium vocatur. 637

Actionis nomine comprehenditur etiam officium Iudicis. 639

Præſcriptio contra minorem non currit. 641

Reſtitutio in integ. etiam ex cauſa generali non conceditur, niſi petenti & probanti. 642

Pacta adiacentia nil operantur deficiente contractu principali. 643

Clauſula acceſſoria reſpiciens executionem principalis diſpoſitionis illam non ampliat. 649

Generalis diſpoſitio non trahitur ad illud quod in ſpecie prohibitum eſt. 650

Generalia verba reſtringūtur ad habilitatem. 652

Verba generalia non adaptantur ad impoßibilia ipſis proferentibus. 653

Actus humani regulantur à voluntate & poteſtate. 654

Iura indubitata non admittunt æquitatem non ſcriptam, ſed præferenda ſunt. 655. 656

Noſtrum non eſt ex aliqua æquitate addere vel detrahere verbis contractus. 657

Rigor in ſpecie præfertur æquitati in genere ſcriptæ. 658

Rigor in poſteriori lege ſcriptus derogat æquitati in priori. 657

Quando aliquid pariter ſe habet ad lucrum et damnum, tunc nō cenſetur quis ex euentu lucrari vel lædi, nec eo nomine datur reſtitutio in integrum. 660

Si pater aßignet filio legitimam inter viuos, quicquid poſt accidat non augebitur nec minuatur. 661

Æquitas non iubet lucrum caſu quæſitum alteri relinquere. 662

Familiarum dignitas per maſculos nō fœminas conſeruatur. 663

Valuaſores etiam minimos hodie infeudare poſſe. 664

Recognoſcens res ſuas allodiales in feudum ab aliquo, videtur earū directum dominium in illum tranſtuliſſe. 665. 688

Poteſt quis ſe per ſtipulationem conſtituere adſcriptitium, aut alio modo conditionem ſuam grauare. 666

Emptio inualida valet ſaltem in præiudicium vendentis, vt contra eum ſit actio in perſonam. 670

Spoliator tenetur ad fructuum & omnium damnorum reſtitutionem. 672

Vaſallus mortuus poſt Calend. Martias tranſmittit fructus etiam extantes ad hæredem. 673

Ex mora tenetur quis quanti plurimi res pondere vel menſura conſiſtens fuerit. 674

Inueniens pecus alienum in ſuo fundo, poteſt illud pro damno ab eo ſibi illato donec illud ſarciatur retinere. 676

Parua mora non imputatur. 677

Mora debitoris non inſpicitur quando creditor etiam fuit in mora. 678

Mora non imputatur habenti exceptionem legitimam. 679

Intereſſe & damna neceſſariò probari debere niſi contra eum qui fuit in dolo. 680. 681

Acta faciunt notorium. 682

Si maior pars rei eſt feudalis, etiam cæteræ partes præſumuntur feudales. 683. 684

An ex præſtatione cenſus probetur ſubiectio. 685

Inueſtitus de caſtro cum pertinentijs cenſetur inueſtitus de toto territorio. 686. 687

Præſumptio eſt pro poßidente. 689

Præſumitur res durare talis qualis fuit in principio & manere in eodem ſtatu. 690. 691

Probatio perfecta dicitur quæ iudicem ad credulitatem inducit. 692

Fructus pendentes ſunt pars fundi, & pertinent ad dominum. 693

CONSI-

ARDVA, ſubtilis & perdifficilis etſi ſit preſens conſultatio, magneq́ mẽtis opus, vt ait poëta, in cauſa et queſtione, vertẽte inter ſorores quinq́ de Ahelſingẽ, maritoſq́, & earũdẽ filios, Actores ex vna parte: ac illuſtriſsimum Principem & Dominum, Dominum Philippum, Marchionem Badenſem, conuentum partibus ex altera, de & ſuper caſtro Mundelsheim, cum eiuſdem pertinentijs, & quibuſdam alijs deductis in libello à qua me perlibenter cùm propter aëris intemperiem, & abſentiam librorum, tum etiam varias ac multiplices occupationes, etiam à ſcribendo continuiſſem: Tamen cùm inſtanter valde pro parte dicti Principis, domini mei gratioſiſsimi, cui nihil, quod meæ ſit facultatis, denegandum, in ea quid iuris eſſe ſentiam, requiſitus fuerim, peractis diebus non potui deuictus cupiditate ſeruiendi, ac promouendi ipſam iuſtitiam, reſiſtere iuſta petenti. Propterea & pro temporis anguſtia paucis agam. Et viſis actis & actitatis, ac literis productis, atq́ etiam iuribus allegatis, omnibusq́ diligenter & maturè penſatis atq́ diſcuſsis, pro clariore intelligentia, dilucidationeq́ materiei, & rerum incidentium, etiam dubiorum liquidatione, ordine, qui (vt voluit Auguſtinus lib. 19. de ciuitate Dei) eſt parium diſpariumq́ rerum diſpoſitio, ſua cuiq́ loca tribuens, ſine quo, etiam ſecundum Baldum in tractatu ſchiſmatis, nihil rectè agitur, &c. ſeruato, ipſam in tot partes, quot ſunt actiones inſtitutæ, ſcindo, quamlibet in tres partes ſubdiuidendo, atq́ per contraria (vt ferro via aperiatur) incedam, ſequendo doctrinam Bald. in l. precibus, in 12. coll. verſic. modò contrà, per ordinem opponamus. C. de impub. & alijs ſubſtitut. & Salic. in l. ſi pecuniã, in princ. 3. coll. C. de conditione ob cauſam.

Itaq; in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi, glorioſæ virginis Mariæ, eius genitricis, beati Ioannis, ſanctæ Katharinæ, totiusq́ cœleſtis Curiæ, & eorum omnium auxilio implorato, obmiſsis caſus figuratione, & facti contingentia, atq́ verborum ornatu & pompa, quæ, vt inquit Iuriſconſ. in l. pediculis. §. Labeo, ff. de auro & argent. lega. rerum ſubſtantiam non immutat, primam actionem aggrediar: quam quidem, ſeu eius partem, ſubdiuidam in tres partes. In prima apponam vel arguam pro parte, ſeu in fauorem Actricum. In ſecunda, pro parte Domini Marchionis, Rei, vel conuenti. In tertia reſpondebo obiectis, ſeu argumentis pro Actricibus factis. Et redeundo ad primam, certè videbatur prima fronte ipſas Actrices de iure eſſe fundatas, & iuſtitiam fouere, ac propterea pronunciandum pro eis, multiplicibus rationibus & fundamentis.

Primò, Quia licet clarum & manifeſtum ſit, Vaſallum non poſſe alienare feudum irrequiſito Domino: imò eo contradicente, vel non conſentiente, alienatio non valeat, & feudum perdatur, atq́ aperiatur Domino: Caſus eſt in c. 1. de prohibitã feudi aliẽ. per Lotha. in tit. de prohibita feudi aliena, per Frideri. in princ. & §. 1. & de vaſall. Quia contra conſtitu. Loth. feudum aliena. in c. & ibidem Docto. & in c. quæ in eccleſiarum, extrà, de conſtit. Specu. de Feudis. §. Quoniam. verſ. 30. & ibi etiam Io. Andre. & in tit. de pignoribus, 81. ad finem: Poteſt tamen eo annuente ſeu conſentiente: & valebit tunc ipſa alienatio, etiam in præiudicium Domini, vti habetur & probatur in eiſdem locis. Sed hîc, ſeu in propoſito noſtro interuenit, ſecundum quod allegatur, conſenſus Domini: & ſic valuit alienatio, modo quo conuenta vel facta eſt. Ergo non perditur, neque aperitur Domino feudi ipſum. 1

Secundò, Quia dato etiam, quòd à principio conſenſus Domini non interueniſſet: tamen cùm ipſe ſaltem poſtmodum ſecutus fuerit, idem erit, quoniam fieri poteſt & licet, nec intereſt, conſenſus vel licentia Domini præcedat alienationem ſiue ſubſequatur: ſecundum Andr. de Iſernia: & poſt eundem Iaco. de Aluar. & etiam alios, in d. c. 1. de prohi. feudi alie. per Frider. per l. licet. ff. de iudi. & l. ſi. ff. communia prædi. Et eſt ratio: quia tollitur impedimentum, propter quod non va- 2

ſebat alienatio, vnde ceſſat & effectus ipſius impedimenti.l.niſi lex. ff. de vſucap.
Itē, quia agebatur ſolū de prę iudicio cōſentientis: igitur poteſt pręcedere vel ſequi,
l.iubemus, C.de emancipa. & l.in concedendo, in fine.ff.de aqua pluuia. arce. Se-
cùs, ſi ageretur de præiudicio alterius. c.inter dilectos, de fide inſtrum. Quare de-
bet hoc fieri ſine alterius iniuria l.nec alius.C. de emanci. Validatur ergo vēditio,
nec irritatur ex eo, ꝙ conſenſus Domini feudi poſtea ex interuallo ſuperuenit, nec
debet neq; poteſt eo p̄textu ipſa alienatio inualidari, & multò min⁹ priuatio ſequi.
Tertio, Quia eſto etiam, quòd conſenſus Domini antè vel pòſt nō interuenerit
expreſſus, tamen tacitè videtur interueniſſe. qui quidem conſenſus tacitus idē ope-
3. ratur & inducit per regulam generalem, quæ habet, Quòd eadem ſit virtus & con-
ditio taciti & expreſſi.l.cùm quid, cum ibi notatis.ff.ſi cert.peta.c.cum M.de con-
ſtit. & c.2.de reſcri. & glo.in l. ſemper in obſcuris, De reg.iur. imò quandoq; plus
4. operatur tacitum quàm expreſſum. No. de reſti.c. tuis quæſtionibus, cum ſimi. &
quandoq; plus nocet taciturnitas, quàm expreſſus conſenſus.l.ſi ſine.C.ad Velle-
ia. Notat Archid.2.q.7.plerunq;: & propriè in terminis noſtris. Quòd tacitus cō-
ſenſus Domini ſibi præiudicet, eſt deciſio glo. in c. 1. in glo. 1. de prohibiti feudi
5. aliena. per Lotha. et poſt illam Doct. maximè Bald. coll. 1. ad fin. verſ. Quęro nun-
quid patientia. & Iacob. de Alua. in 2. q. dicens: quòd præſentia Domini non con-
tradicentis habeatur pro licentia. Allegat in argumentum §.fin. ſi de inueſti. inter
Domi. & Vaſall. lis oria. &c. & pro conſenſu expreſſo, arg.l. quædam.ff. de euicti.
vt per eum ibidem latius, & alius poſt eum. Sed hîc, ſeu in propoſito videtur, quòd
tacitus conſenſus interuenit: Ergo valebit alienatio, per iura ſuperiùs allegata.
Quarto, Dato, quòd aliter non appareat de conſenſu Domini: tamen literæ
ipſius nouæ inueſtituræ dum faciunt mentionem celebrati contractus inter ven-
ditorem de Vrbach & emptorem de Ahelſingen, ipſum arguūt, & inducere viden-
tur: nam clarè oſtendunt ipſum Dominum conuentionis initæ notitiam habuiſſe,
& per conſequens non contradicendo conſenſiſſe in ipſam alienationem: maximè
cùm poſtmodum dictum emptorem de feudo illo inueſtiuerit, & in nouum Vaſal-
lum receperit. Poteſt etenim quis nedum verbis, ſed etiam facto conſentire, l. Pau-
6. lus non tantum verbis. ff. Rem ratam habe. & notat Bal. in l. 2. §. finali. ff. ſolu.
matrim. & in l. potuit. C. de iure delibe. Benè facere videtur, quod notatur per
Barto. in l. pater. §. cum libertis. ff. de legat. 2. Vnde cùm Dominus tali conuentio-
ni conſenſerit, ſibi & ſuis hæredibus præiudicauit, & ſeruare tenetur, &c. Licet
7. etenim contractus à principio ſint voluntarij: tamen ex pòſt facto ſunt neceſſarij.
l.in commodato. §. ſicut. ff. commoda. & l. ſicut, ff. de actio. & obligat. cum ſimi.
Ergo, &c.
Quinto, & adhuc fortius arguitur, conſenſum Domini ſaltem tacitum hîc ſeu
in propoſito interueniſſe propter conceſſionem in feudū, poſtmodum ſubſecutam,
et ſententiam deſuper latam: Videtur enim Dominus feudi in ipſam conuentionē,
ſeu pactum de retrouendendo conſenſiſſe atq; comprobaſſe: Argu.l. ſæpè.ff. de re
iudi. in verſ. Sed ſcientibus, vbi ſententia, quæ inter alios data eſt, obeſt, puta ſi
8. quis de ea re, cuius actio vel defenſio primùm ſibi competit, ſequentem agere pa-
tiatur. veluti ſi debitor experiri paſſus ſit creditorem de proprietate pignoris: aut
maritus ſocerum de proprietate rei in dotem acceptæ: aut poſſeſſor venditorem
de proprietate rei emptę. Ita in terminis noſtris. Ex quo Dominus feudi paſſus eſt,
plures in literis ſententię expreſſas perſonas agere contra Bernhardum de Vrbach
ſuper huiuſmodi ipſius familiæ conuentionem, & conſeruationem eius, videtur
illam conſenſiſſe: quia potuiſſet contradixiſſe, vel ius ſuum reſeruaſſe. Quod quia
non fecit: Ergo, &c. per ſuperiùs dicta.
Sexto, quia dato, quòd etiam conſenſus Domini nullo modo interuenerit in
principio, neq; ex pòſt: & quidem neq; tacitus neq; expreſſus, & ita feudum ipſum
9. illegitimè fuerit alienatum, & per conſequens Domino apertum: tamen adhuc vi-
detur fundata intentio ipſorum agentium: quoniam tunc ipſum non reuertitur ad
Dominum feudi, ſed ad agnatos ipſius alienantis. Vti illud & habetur in tit. Quæ

fuerit

fuerit prima cauſa beneficij amitt.§.finali,per Dominum Iacob.de Alua.in 1.no-
tab. in fi. & in 12.col. concluſione 17.dicens: Illam concluſionem probari in §.
hoc quoꝗ,de ſucceſsi.feudi. Vbi etiam firmatur illud per glo.reſpondendo ad iura
contraria, quam ibidem ſequitur Bald. Et in §. penul. qualiter olim feudum pote-
rat alienari. Et in tit.de Vaſallo ,qui contra conſtitutionem Lotharij feudum ali-
en.poſt Iacob.de Belui. And.de Iſernia, Incola de Nea. & Iacob. Ardizo.in Ru-
bricella. Quandoꝗ feudum reuertitur ad agnatos, & videtur caſus in tit. de alie.
feudi paterni.c. 1. & in c. 1. §. hoc quoque : Ibi, nihilominus reuertitur ad me.
Ergo,&c.

Septimo adducitur, quòd in propoſito noſtro non ſit ſimplex venditio , ſed
qualificata,cum pacto de retrouendendo,quòd certè debeat aliquid operari. Arg.
l. 2.C.de pactis inter empt.& vend.& l.ex hoc edicto.ff.de alien.iudi. Et ſic vide-
antur potius venditæ cõmoditates, quàm ipſum ius inſeparabile , vt ſubtiliter no-
tat.in l. 1.C.ſi pig.pigno. datum. Nec eſt nouum vel inauditū prohibitum abalie-
nare,poſſe nihilominus vendere fructus & commoditates,vel etiam ad tempus lo-
care:immò etiam ad vitam ſuam,& totius temporis fructus vendere, quo apud cū
res fuerit feudalis:prohibitus etenim vendere, non prohibetur de fructibus diſpo- 10.
nere,l. codicillum, §. inſtituto, ff.de leg. 2. & in l. pater,in princip. ff.de leg. 2. Et
voluit Iac. de Alua. in c. 1. in princip. de prohib. feu. alie. per Frid. in 7. coll. in
verſ.Quæro an Vaſallus:Licet ſecundum eum non poſsit vſufructuarium conſti-
tuere,l.arboribus.§.1.ff.de vſufruct.l.fi.C.de rebus alie.non alie.

Octauo,Dato, quòd interuenerit conſenſus Domini, & ſic per iura vulgaria
in c. 1.de prohibi.feudi aliena. per Lotharium;vbi etiam glo.in verſ.permiſsione.
& Docto.& in d. cap. 1. in princ.de prohibita, ſeu aliena. per feud.cum concord.
quæ ad eum, & reſpectu 19.valeret : alienatio tamen adhuc non valeret in præiu- 11.
dicium agnatorum , abſꝗ eorum conſenſu. Caſus eſt in c. 1.de alie. feudi paterni.
Non valet ſine Domini voluntate : niſi agnatis conſentientibus , ad quos benefi-
cium quandoꝗ ſit reuerſurum. Nec in filiam Vaſallus feudi poterit confirmare,
agnatis nõ conſentientibus,vel poſtea ratum non habentibus.Et habetur per glo.
et Docto.ibi,& in c.Titius,ſi de feud.fuit contentio inter Dominum et Vaſallum:
quin immo,vti in eiſdem locis apparet, competit eis ius reuocandi abſꝗ ſolutione 12.
precij. Vnde familia de Vrbach poſſet,ſi vellet, reuocare bona feudalia, nullo da-
to precio pro tanto magis audiendi erunt offerentes precium ipſum ſolutum , per
iam dicta. Et volunt Bald.conſil. 265. coll. 5. & pleriꝗ in eorum conſilijs per
præallegata iura.

Nono & quidem fortiùs confirmantur iam dicta:quia per huiuſmodi alienatio-
nem,cum pacto de retrouendendo,non videtur omne ius , quod habuit familia de
Vrbach tranſlatum in illos de Ahelfingen, ſed remanſerit ſaltem vtile dominium
penes familiam de Vrbach.Sicut in ſimili videmus dominium directum remanere
penes Dominum,licet vtile tranſeat in ipſum Feudatarium;iuxta not.per glo.ma-
gnam,in §.præterea,quæ in quibuſdam libris habetur in c. 1.de Capitu Conradi;
quam ad hoc propoſitum allegauit Pau.de Caſt.conſil.ſuo 163.in 1.coll.circa me-
dium. Et quod tranſeat vtile dominium in Vaſallum,et probetur etiam per ſolam
inueſtituram. Tenuit Laur. Calca. conſilio 115.2.col.per l. 1. ff. ſi agere emphyt.
pe.Et in terminis etiam diſputauit & voluit glo.in c. 1.in princ.in verſ. vendicare,
de inueſtit.de re alie.facta. Vbi idem firmant Docto.maximè Iacob.de Aluar.di-
cens:quòd illam partem ſequantur omnes,per textum in d.c. 1. de controuerſ. in-
ter Vaſallum & alium, in verbis, Ipſe enim ſolus agendi & excipiendi habet po-
teſtatem, &c. & ibi glo.& in ſimili benè facere Textum , in l. emptor hæreditatis.
C.de hære. vel acti. vendi.per dationem. Ergo in Feudo tranſlatum eſt vtile do-
minium in Feudatarium ipſum primum.

Et tamen idem Vaſallus primus poteſt ſibi nouum auxilium acquirere , in-
feudando alteri feudum,ſine licentia etiam ſuperioris Domini,ſi ſit æqualis condi- 13.
tionis Vaſallo,& non fiat in fraudem: prout eſt expreſſum in tit. de lege Conradi.
& ponit Bal.in c. 1. in fine principij, qui feudum dare poſſunt. Et eſt textus, & ibi

notant Doćto. maximè Dominus Abb. in 4. not. & moderni in c. ex tranſmiſſa,
de foro compe. Eſt etiam tex. in c. 1. §. 1. qualiter olim feudum poterat alienari.
Quod etiam tenuit glo. quam ſequuntur Doćto. in c. quæ in eccleſiarum, de con-
ſtitu. & ibi moderniores. De quo etiam habetur in c. 1. §. callidis, de prohibi. feu.
alie. per fœde. Et ſic iterum transfertur vtile dominium, vt in eiſdem locis facilè
colligi poteſt. Et probatur in §. fin. c. 1. in quibus cauſis feud. amitt. nec contradi-
cere videntur illa verba, cum omni iure ſuo, quia poſſunt intelligi iuxta naturam
14. contractus feudalis, ſcilicet, quòd habeant iure feudi. Iſtæ enim clauſulæ acceſſo-
riæ regulantur ſecundum naturam principalis contractus. vt voluit glo. notab. in
l. ſi patronus. §. patronum. ff. quę in fraud. patro. & in Reg. generi. de reg. iur. in 6.
& bonus tex. in l. ſi. ff. de conſtit. pecu. quem pro ſingulari allegat Bal. in l. abſen-
tis. ff. ſi cer. petat. & alij in alijs locis. Idem dicemus in propoſito, vt illud reman-
ſerit ſuperius penes familiam de Vrbach, quæ non deſinat Vaſallitico iure ob-
ſtricta eſſe, ſed maneant quædam reliquiæ, & translata ſit tantum quædam com-
moditas rerum feudalium, vel vtile dominium inferius deſcribendum.

Decimo, Videtur poſſe fundamentum fieri in illa theorica communi, quæ
habet, Quòd Dominus non poteſt immutare formam antiquam feudi, in præiu-
15. dicium Feudatarij, nec illud auferre vni, & dare alteri. Ita Bal. in l. 1. penult. coll.
l. quando non peten. partes. Arg. l. impuberis. ff. de adminiſtr. tuto. Simile di-
16. cimus in nouatione, quod intelligatur facta cum qualitatibus primis Bart. & o-
mnes in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. Idem in prorogatione ſecũdum Barth.
in l. 1. §. & poſt operis. ff. de operis noui nunc. Inno. in c. præterea, col. 2. extra,
de appella. Refert & ſequitur Fran. Curtius in cõſil. eius 1. in 5. coll. dicẽs, Domi-
17. num non poſſe immutare formam inueſtituræ antiquitus conſtitutam. Et ideo
Bal. in Autent. excipitur C. de bonis mater. dixit feudum non mutari vel finiri
mutatione formæ, vel melioratione rei feudalis. Cùm ergo (& modò ad rem) fa-
milia de Vrbach ſemper habuerit certam formam inueſtituræ, non debuit neque
potuit Dominus, vti videtur per prædicta, illam in præiudicium eiuſdem familiæ
immutare, ſed illam potius ſequi neceſſe fuerat, alias non videtur valere, neque
ſubſiſtere poſſe.

Vndecimo, Nam clarũ eſt in iure noſtro, pactũ de retrò vel reuendendo valere,
& eum & ſui heredes eo aſtringi, ſaltem quando eſt in continenti appoſitum iuxta
contractum celebratum. Caſus eſt in l. 2. & ibi glo. et Doćto. C. de pactis conuent.
18. inter empt. & vend. volentes, quòd ex eo oriantur duæ actiones perſonales, ex
vendito, vel præſcriptis verbis, quæ dentur contra ipſum emptorem & eius ſuc-
ceſſorem vniuerſalem, vt in textu ibi. teq; parato ſatisfacere conditioni dictæ hæ-
res emptoris non paret, vt contractus fides ſeruetur, actio præſcriptis verbis vel
ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quan-
titatem ex eo fundo ad aduerſarium peruenerint. Et ibi glo. etiam, quæ colligit
ex eo textu, quòd ex illo pacto, ſic in continenti appoſito, duæ oriantur actiones.
Sic in propoſito noſtro dicamus: Quòd quum illi de V. ſucceſſores in familia ven-
ditoris feudi parati ſint, & offerant precium conuentum, & olim receptum: Certè
eis natæ fuere dictæ actiones duæ, per quarum alteram debent conſequi rem ven-
ditam: vel ſaltem ſorores de A. ſucceſſores emptoris, poſſe conuenire, vt illam ob-
tineant, & ſibi reſtituant per prædicta, & alia vulgaria iura, in d. l. 2. per glo. copi-
oſè allegata.

Duodecimo, Fortiter videtur facere, ſi probatum fuerit, conuentionem dictam
initam fuiſſe inter venditorem & emptorẽ de retrouendendo, et quòd dicti de V.
virtute huiuſmodi pactionis initę experiantur actione in rem cõtra Sorores de A.
vel ſaltem Marchionem B. poſſeſſorẽ ad dictum Caſtrum M. villamq; et alia bona
feudalia, in libello deſignata, precio eis oblato ſecundum formã dictæ conuentio-
nis, per l. ſi quis hac, in princ. ff. de rei vẽdica. et l. cõmiſſorię. C. de pact. inter emp.
et vendit. l. ſi. ff. de lege cõmiſſo. Vbi habet q; ſi dictũ ſit à partibus cum pacto legis
commiſſo-

cõmiſſoriæ,ſcilicet,quando non ſoluatur precium certa die,res ſit inempta,& con-
tingat precium non ſolui die ſtatuta,emptor ipſo iure deſinat eſſe Dominus,& do-
minium ipſo iure redit ad venditorem: adeò, quòd ipſi venditori detur rei vendi-
catio contra detinentẽ vel poſsidentẽ. Ita dicamus in propoſito noſtro: Quod &c.
Item & decimotertio fortificando prædicta, ſi quid venditum eſt cum pacto 20.
adiectionis in diem, ſcilicet, quòd ſi alius attuliſſet venditori meliorem conditio-
nem ad certum tempus, res eſſet inempta, & contingat meliorem conditionem af-
ferri infra dictum tempus,ipſo iure redit dominium ad venditorem, et contra quẽ-
libet detinentem datur ſibi actio in rem, ad vendicandum fundum, vt in dictis iu-
ribus. Cùm ergo videatur eadem eſſe ratio in hoc pacto de retrouendendo, adie- 21.
cto in fauorem venditoris, ſicut in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in di-
em debet eſſe eadẽ iuris diſpoſitio. illud, l. ff. ad legem Aquileÿ. c. inter corporalia,
de transla. Prælatorum.
Pro quo etiam & decimoquarto facere videtur, Quia ſi ratio, propter quam 22.
hoc operantur prædicta, ſcilicet, vt transferatur dominium ipſo iure, abſq; tradi-
tione, contra l. traditionibus. C. de pactis. & l. ſi ager. ff. de rei vendica. eſt illa, quã
reddit Barth. & Ange. in l. 1. ad finem, ff. de donat. ſcilicet, propter frequentiam
dictorum pactorum, propter quam lex ſpecialiter eis concelsit hoc priuilegium.
Non minus idem ſtatui debet in hoc pacto de retrouendendo; quod fortaſſe vide-
tur hodiernis temporibus, maximè in Germania, & his partibus Rheni, non mi-
nori frequentia & vſu, quàm ſit pactum legis Commiſſoriæ, & adiectionis in diẽ:
immò longe maiori, vt videmus quotidie. Ergo, &c.
Et decimoquinto confirmari videntur illa legis textu in l. ſi cum venderet, ff.
de pig. acti. vbi creditor, cui à debitore res pignori data fuerat, debitore non ſol-
uente, vendidit rem illam creditori, pacto appoſito, quòd ſi debitor precium red-
deret, liceret ipſi debitori rem recipere. & textus ibi dicit, Quòd cum tali pacto po-
teſt debitor, offerens precium, rem vendicare: & ſic dominium in eum ipſo iure
transfertur. & ideò videtur ibi eſſe caſus ad literam, decidens hanc quæſtionem.
Comprobatur & quidem decimoſexto autoritate Pauli de Caſtro, qui ibi di-
xit: Quòd licet iſtud non ſit pactum legis commiſſoriæ, vt not. glo. iuncto textu in
l. 2. C. de pact. inter empt. & vendito. Tamen tale pactum de retrouendendo ope- 23.
ratur, vt reddito precio, dominium ipſum vtile transferatur ipſo iure: ſicut per pa-
ctum legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem transfertur dominium, vt in iuri-
bus ſuprà allegatis, dicens, ſe habuiſſe caſum de facto, atque ſe conſuluiſſe, & ita,
quicquid aliÿ dixerint, reſpondiſſe, vt ibidem per eum & Rapha. in d. l. 1. per te-
xtum, in l. voluntatem, §. fin. ff. qui mod. pig. vel hypothe. ſolui. et l. fin. C. de lega.
Decimoſeptimo, quia vltra ius commune, quod habet, vaſallum ipſum non
debere neq; poſſe feudum in præiudicium agnatorum alienare, vendendo, impi- 24.
gnorando, vel alio quouis pacto dominium transferendo: vti caſus eſt in c. 1. de
alie. feu. pat. Per quem tex. traditur regula, Agnatum agnato præiudicare non 25.
poſſe. & in c. Titius, ſi de feudo fuerit contr. & vtrobiq; glo. et Doct. & Bald. etiam
conſulendo, conſilio ſuo 165. in 5. parte, & conſilio 315. in eadem parte, Tum
etiam conuentione & pacto eſt prouiſio facta, ne ſcilicet extra familiam alienetur
ſimpliciter: ſed facta oblatione per prius, & adhuc non aliter, quàm cũ pacto de re-
trouendendo: quod certè quia multum ſe conformare videtur diſpoſitioni iuris
communis, quare in propoſito, quid fortiùs operari debet, & minus poſſe contra-
ueniri, iuxta ea, quæ habentur in l. legitima. Vbi etiam alleg. de Imo. & moderni,
ff. de pactis, & in l. non impoſsibile, eo. tit. cum ſimil. ibi traditis per glo. & Doct.
breuitatis ſtudio obmiſsis, ſeu non traductis.
Decimo octauo, præterea, & quidem vltra communem Regulam, quæ ha-
bet, quòd pacta, & eorum verba ſunt ſeruanda, & diligenter cuſtodienda. l. iuris
gentium, §. Prætor ait, ff. de pactis. l. legem, C. eo tit. l. legem, C. loca. Specu. de ſa-
la. §. 3. verſ. quid ergo ſi litigatur & de fructibus & intereſſe, §. 3. & quidem etiam
hoſti, ſecundum Bald. in l. 1. C. de dedit. lib. collen. & Alex. poſt eum, in l. 1. §. non

autem,ff.de dolo. Poſſunt iſta corroborari autoritate Bartoli & aliorum in l. ſi ita
quis.§ ea lege.ff.de verb.oblig.Pe.de Suitza.& moderniorum, in l. ea lege, C.de
26. conditione ob cauſam,volentium pactum de non alienando poſitum in contractu
conforme iuri communi,operari,vt res,quæ regulariter non poſſet alenari,nec poſ
ſit etiam in caſibus, in quibus aliâs,ſi non fuiſſet pactum factum, potuiſſet aliena-
ri. Vnde videtur in propoſito,quód alienatio, facta etiam cum conſenſu Domini,
nõ debeat eo prętextu aliquo modo valere,propter huiuſmodi pacti appoſitionẽ.

Decimo nono adduci poteſt pro Actricibus,& earum hæredibus,quód omiſ-
ſa diſputatione,an feudum pecunia quæri poſsit,nec ne,illud ſaltem clarum & cer
27. tum ſit, fœminam ſicut maſculos in feudo empto ſuccedere. Ita originaliter Odo-
fred.in Summa ſua,in tit.qui feud.dare poſſ.de quo dicto Bal. fecit bis mentionẽ,
in c.1.§ & quia vidimus,eo.tit.ſubijciens,vt ibi per eum & inferius dicetur laté.Et
idem Bal. in c. ſignificauit,in 2.coll.extrà,de reſcript. in pace conſtantiæ, in verſ.
libellarium,in l.libertis,poſt C.2.C.de operis liberto Doct.cõmuniter in c.1.de
feudo da.in vicem legis commiſſor.vbi etiã ante eos Dñs Iacob.de Beluiſo, & In-
cola de Neap.ſequi videtur Roma.in conſil.367.in vltima coll.& Franc. Curt.in
tract.ſuo feudorũ,in 2.part.in tit.quemad. ſuccedant fœminæ in feudis, in verſ.6.
limitatur.Cùm ergo in propoſito noſtro feudum fuerit emptum pecunia,vti planè
conſtat atq; patet ex literis contractus emptionis & venditionis, & notorium eſt:
certè Sorores ipſæ quinq;, licet ſint fœminæ, & earum hæredes debent ſuccedere
in feudo, & de iure etiam admitti per Dominum feudi; maximè cùm habeant titu-
lum,& bonam fidem,vt inferius dicetur.

Vigeſimo dato,quód illud vel non ſit,vel ſaltem de iure nõ procedat:tamen iu-
28. uari videntur ipſæ ſorores Actrices,& earum liberi,eó,quód vbi cõceſsio feudalis
vel emphyteotica finitur per generationem, illud feudum & emphyteoſis, tunc eſt
potius renouanda agnato maſculi, vel filiæ,quàm alijs perſonis,alioquin fieret eis
iniuria,ob quam appellare poſſent.Ita Bart.ibi per tex.cum glo.in l.1.§.permitti-
tur,ff.de aqua quoti.& æſtiua.vbi etiam Ang.per Doct.in c.2,extrà,de feudis:&
late per Dñm Fran.de Aret.& Alex.de Imo.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.obli.
quam ſententiam etiam ſequitur Martin.de Fano,in tractatu de iure emphyteoti-
co,per ea,quæ not.glo.in c.bonæ memoriæ,etiam 2.de poſtula.Prælat. & quod
ibidem Panormitanus.Ad idem facit glo.in c.poſtulationem,eo.tit. Et Romanus
conſulendo conſil.ſuo 22.dicens,ita ſe habere cõmunem opinionem Doctorũ, &
in conſil.116.& 166.Specu in tit.de feudis,§.quoniam,verſ.27.Vnde dato in ꝓ-
poſito noſtro,quòd feudum ſit apertum Domino:tamen non potuiſſet alijs conce-
dere abſq; iniuria:vel etiam ipſe retinere,per iam dicta allegataq; iura.

29. Vigeſimo primo,pro hac parte Actricum facit, quòd quando eſt quæſtio inter
Dominum feudi, & agnatos vel filias, in dubio debet magis faueri agnatis, quàm
Domino feudi, ſecundum Raphael. Comenſ.per tex. ibi.in l.non puto,ff.de iure
fiſci,allegando Ioan.Andre.in c.in noſtra, de teſti.& in addit. Specul.eo. tit. §.
qualiter. verſ. quamuis. Idem Raphael Comenſ.in l.1.ff.ſolut.matrim.Ange.
Areti.in l.ſciendum,ff.de app.recipien.& in §.fin.quib.mod.teſtamen.infirmen-
tur. Et Franciſ. de Curt. referens iſta in conſil. 49.in 8. coll. Et videntur tenere
etiam alij in alijs locis: maximè Moderniores, in eorum tractatibus feudorum &
emphiteoſis,vel emphiteoticis.

Vigeſimo ſecundo, Quia hæres cùm poſsit propria authoritate poſſeſsionem
30. hæreditatis ingredi,ſaltem ſi nemo poſsideat eam:Bart. in l.2.C. quando & quib.
quarta pars deb.lib.10.per l.cum hæredes.et Docto.ibi.ff.de acqui.poſſeſſo. et l.
non dubiũ,de leg.1.et ibi glo.et Barto.in 9.coll.et in 2.q.Bal.in Auten. licentia,
de Epiſc.et Cleri.et in l.ſi quis.§.legis,C.de inoffi.teſta. et in l.ſi pater tuus. C.de
actio.emp.Ang.et Pet.de Sunza in l.2.C.quorum bono.in l.ex facto. Vbi etiam
Bart.ff.de hæredi.inſtituen.Certè huiuſmodi ſorores, vel alij earundem nomine,
licitè potuere ingredi poſſeſsionem rerum hæreditariarũ,tã alodialiũ,ꝗ etiam feu-
dalium,ſaltem vacantium,d.l.cum hæredes; et eorum arg.quæ volunt Docto.vbi

ſuprà:

ſuprà; & Specu. de acto. verſ. Item quod vult. Inno. in c. cum in officijs, de teſtamen. Barto. & Alex. de Imo. & cæteri in l. quotiens, ff. de hæredi. inſtituen. & Bal. in addit. Specu. de teſtamen. verſ. hæres ſcriptus, & alij in alijs locis. Iuſtè ergo & legitimè ingreſſæ ſunt ſorores ſeu Actrices; vnde taliter ingredientibus vel ingreſsis non eſt poſſeſsio auferenda.

Quinimo & vigeſimo tertio videtur, Quòd poſſeſsio continuetur in hærede, ſaltem feudatarij, ſine ingreſſu, vel noua apprehenſione, c. 1. in fi. de feudi cognit. Bald. in l. cum antiquiorib. 6. coll. in fi. verſ. 10. ſic C. de iure deliberan. Paul. de Caſt. in l. 1. §. fi. ff. de acqui. poſſeſſ. quicquid ſit in alijs bonis, in quibus etiam in filium non continuatur: ſecundum glo. in l. cum miles, ex quibus cauſis maiores: & in l. cum hæredes, de acquir. poſſeſſ. & ibi Barto. & Docto. & Bal. in l. fi. C. de edict. diui Adriani tollẽ. & in l. 1. C. de appella. & in Autẽ. defuncto, C. ad Tertullia. & in c. 1. de contro. inter maſc. & fœmi. de beneficio in authen. ingreſsi, 3. coll. de ſacroſancta eccleſia. & in l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamen. liber. & Alex. de Imo. & Docto. contra glo. in l. in ſuis, de liberis & poſthu. & inſtitu. de hære. qualita. & diffe. in §. ſui. Siue ergo in propoſito ipſæ Sorores, vel earũ liberi, ingreſsi ſint de nouo eam vacantem, ſiue etiam cõtinuata cenſeatur, ſemper inueniemus eos iuſtè & legitimè poſſediſſe ſeu adeptos eſſe poſſeſsionẽ ipſius Caſtri & aliarum, tam allodialium, quàm feudalium rerum. Ergo, &c. 31.

Vigeſimo quarto, Tum ſuccedit pro hac parte regula vulgata, quòd poſſeſſio, etiam iniuſta, nemini eſt auferenda ſine cauſæ cognitione, & poſſeſſore non citato, l. 2. in fi. & ibi Bart. & Bald. in 1. notabi. C. ſi propter publi. penſita. l. fi. & ibi Bald. C. ſi per vim vel alio modo. & in l. meminerint, paulò poſt princip. C. vnde vi: Vbi etiam authoritate reſcripti principis non licet poſſeſsionem alterius occupare, c. in literis. & ibi Inno. in 1. coll. in verſ. Item, de reſti. ſpolia. c. licet Epiſcopus, de præben. in 6. & quod ibi demum in penult. col. Inno. in c. inter quatuor, de maio. & obe. Barto. in l. ſi. 6. coll. verſ. Item, extrà, glo. quæro. C. de edict. diui Adriani tollen. Et dicitur prior poſſeſſor, qui occupauit poſſeſsionem vacantem; nec debet vim pati, Inno. in c. in præſentia, in 1. coll. in verſ. & peruenerit, de proba. Bal. in margari. verſ. poſſeſsio. & in l. ſi. C. de bonis vacantibus. lib. 10. l. 1. C. de priuile. fiſci. l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito. l. facultas, C. de iure fiſci, lib. 10. l. cum miles, §. 1. ff. ex qui. cauſis maiores. l. à diuo, §. ſuper, de re iudi. Inno. in c. inter quatuor, de maiori. & obedient. Etiam ſi ſit iniuſtus poſſeſſor, dictis iuribus. & in l. fi. C. de edict. diui Adriani tollen. in c. licet, de præben. in 6. Laur. Calcag. conſil. 77. in fine, & alij alibi. Et hoc permaximè ex regula generali, diſponente, quòd vbicunque de alicuius præiudicio tractatur, debeat is moneri aut citari, vt poſsit ſe defendere, aliâs non valet quod agitur: vt eſt tex. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & l. nam ita diuus. ff. de adopti. Clement. paſtorali, de re iudica. cum ſimi. Vnde in propoſito de facto non debuit ſic auferri poſſeſſio abſque cauſæ cognitione ipſis ſororibus quinque, & earundem hæredibus. 32. 33. 34.

Vigeſimo quinto, & quidem aliud pinguius ſuccedit remedium, cùm quia poſſeſſor ſemper tuendus eſt in poſſeſsione ſua, tum quia pro poſſeſſore præſumitur. Primum habetur per nota. in c. licet cauſam, & in c. in præſentia. Vbi etiam per Inno. de proba. & in l. ſi duo, ff. vti poſsidet. Benè facit quod voluit Bal. in l. manifeſtiſsimi, 1. coll. verſ. ſed contra hanc ſo. C. de furtis, dicens, ſpoliatũ qui poſſidebat ex cauſa damnabili reſtituendum fore, per l. 1. §. qui vi. ff. de vi & vi arma. & quidem ſpoliato vi, furto, vel clàm. Bald. in l. in ciuilem; verſ. concluſiuè ergo tene. glo. C. de furtis. Secundum verò in l. ſiue poſsidetis, C. de probationibus. Et traditur in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. cum ſimil. & alibi in diuerſis locis. & Soci. in cõſil. ſuo 164. verſ. 2. loco, in 2. vol. Illam ergo adeptam per ſorores poſſeſsionẽ, de iure non potuit, nec Dominus debuit ipſis eam auferre: cùm iura tueantur etiam prędonem in ſua poſſeſsione, vt non liceat cuiquam, etiamſi ipſe fuiſſet ſpoliat⁹, poſſeſsionẽ, qua ſpoliatus fuerat, propria autoritate apprehẽdere: l. ſi quis ad ſe fundũ, C. ad l. Iul. de vi. l. colonus, & l. cũ fundus, ff. de vi & vi arma, 35. 36. 37.

& c. in literis, extrà de reſtitu. ſpolia. & l. diſ. c. vt conſtiteretur. Potiùs ergo illæ ſo-
rores Actrices, & earum liberi debebant defendi in earum poſſeſsione, quàm of-
fendi vel ſpoliari: per iam dicta, & alia, quæ breuitatis cauſa obmiſi.

Vigeſimo ſexto pro hac parte adducitur, quòd Sorores illæ quinq; & earum
filij fuerint in poſſeſsione. In qua licet meritò debebant iuris autoritate tueri, vti
proximè viſum eſt: ſed nedum ſunt defenſi in ea: verum etiam vi & de facto, vel ſal-
tem terrore armorum ſpoliati, ſeu deiecti de dicto Caſtro M. & alijs bonis,
de quibus eſt quæſtio. Quare ante omnia, & priuſquàm diſcutiatur ſuper caduci-
tate feudi, ſeu alio iure proprietatis, etiamſi iniuſtè occupaſſent, ſe reſtituẽdos fore,
38. ex capite generali regulę, quę habet, Quòd ſpoliatus, etiam prædo, & iniuſtus poſ-
ſeſſor, ante omnia ſit reſtituendus, dicta l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iuliam, de vi
publ. c. itẽ cùm quis. & c. in literis, & ibi Abb. et alij, de reſtit. ſpolia. 3. q. 1. in Sum-
ma. & q. 3. c. reintegrando: vbi pleniſsimum datur illis remedium, quod verum,
etiamſi non eſſent paſsi vim, ſecundum Bart. in l. ſi coloni, verſ. vlti. patet C. de a-
gri. & cenſi. lib. 11. & quidem in priſtinum ſtatum. Bart. in l. 1. §. qui autem. ff. de
vi & vi arma. per Inno. & alios, in c. ſuper, de cauſa poſſeſſoris & propriet.

Vicesimo ſeptimo fortificantur iam dicta pro eadẽ parte, Quia quando ſpo-
liatus poſſeſsione habuit etiam titulum coniunctum, et bonam fidem ingreſſus vel
acquiſitionis eius, fortiùs illa procedunt, et vendicãt ſibi locum: præſumitur enim
tunc in eo bona fides, & præſcriberet. Poſsidens verò ſine titulo præſumitur in
mala fide & non præſcriberet: ſecundum Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. &
cenſi. lib. 11. in col. 1. in fi. verſ. not. ex hoc, verſ. & in l. fi. C. vnde vi, in vlti. col.
39. verſ. ſed contra: Quinimo tunc poſſeſſor ſine titulo præſumitur prædo, niſi oſten-
dat cauſam poſſeſsionis: Bald. in Marga. in verſ. quęſtio. & etiam tunc pręſumitur
ipſum ſcire eſſe rem alienam. Bald. in l. cum alienam, vltra col. verſ. vnum ſcias. C.
de lega. et in l. poſt ſententiam, C. de ſententia, in vlti. col. verſ. extra not. quod etiã
ſentiunt alij: & quod pręſumatur violentus. quare alienans eam non transfert etiã
vſucapiendi conditionem, glo. not. in verſi. competat, inſtitu. de vſucap. §. quod
autem: de quo etiam per Bart. in l. ſi coloni, C. de agri. & cẽſi. lib. 11. Multum ergo
refert & intereſt, quis habeat titulũ nec ne, in hac materia. Vnde ſi ſine titulo poſ-
ſidens in propoſito eſſet reſtituendus, quanto fortiùs Sorores & Actrices, haben-
tes titulum pro hęrede & exempto, & præterea bonam fidem & iuſtam cauſam, vt
inferius dicetur latiùs, et quia bona ipſa pręſumuntur allodialia & libera, vt infrà.

Vigeſimo octauo, etiam ſtrictius prædicta videntur confirmari, Quia ſorores
40. ſucceſſere in ius alterius: quare iuſtam cauſam habuere ignorandi, vtrum dictum
Caſtrum eſſet feudale nec ne, per Regulam l. qui in alterius, ff. de re. iur. & in Re-
gula, cum quis in ius, de reg. iuris, lib. 6. Et ideo, antequàm ſorores ipſæ fuerint de
eo certificatæ, ita, quòd plenam & indubitatam notitiam habuerint, quod Ca-
ſtrum M. & villa, ac cætera in libello deducta fuerint feudalia, vel tali nexu affe-
cta, potuere liberè ingredi poſſeſsionẽ, maximè vacantem: & donec talis certifica-
41. tio eis facta fuerit retinere & non reſtituere illa: nec tenebantur cuilibet referenti
credere, quòd dictum Caſtrum ſit feudale, c. per tuas. La. 2. de Simo. quum homo
non debeat eſſe nimis credulus, & imputatur ei (vt quidam volunt) quòd credulus
fuit. l. 1. §. dolum, in fi. ff. de eo, per quem fact. erit, quo min. quis in iudi. ſiſt. & l.
3. §. ſed ſit, ff. de in rem verſo. & in l. fin. in princip. C. de accuſa. cum ſimil. Et
ideo non poteſt rationabiliter dici, Sorores ipſas acquirendo poſſeſsionem, et non
reſtituendo eandem, malè, vel contra ius egiſſe.

42. Vigeſimo nono, & permaximè corroborando iſta proximè relata, ex quo ha-
buere iuris præſumptionem pro ſeipſæ ſorores: & quidem vulgatam, vt quælibet
res in dubio præſumatur allodialis, ſeu non feudalis, & libera, glo. in l. ſi cuius, ff.
de vſufruct. Et in materia noſtra, in c. quanquam, de cenſib. in 6. & inſtit. de iure
natu. genti. & ciui. §. Ius autem gentium. & l. altius, C. de ſerui. & aqua. vbi etiam
glo. Bald. in c. inter filiam, ſi de feu. fuer. controuer. & in c. 1. de contro. inueſtitu-
ræ, in l. libertas, ff. de ſtatu homin. in c. ſignificauit, extrà de reſcript. Card. &

Imo.

Imo.in Clement. 1.verſ.porrò,de iureſur.Hoſtien. Io Andr.& omnes in c.nimis,
extrà,de iureiur.& additi.Specu. in tit. de feudis, §. quoniam,in additio. ceſſante.
ſuper verſ. 2 1.& alij in alijs locis,per Alex. de Imo.in conſil. 129.incipiente,pon-
deratis his,in 1.vol.& Dominum Franciſ.de Curtis in conſil.75.in 2.col.allega-
tis:vbi etiam per expreſſum volunt, quòd huiuſmodi præſumptio libertatis tranſ-
ferat onus probandi in aduerſarium. Barto. in l.ſi prius, in 4. charta, verſ. venio 43.
ad tertiam partem. arg. dictæ l.altius. ff. de ſeruitu. & aqua. poſt glo. in l.ſicuti.§.
ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vendi. Bal. allegans Archidia. in auten. ſicut, C. de
ſacroſanct. eccleſ. Certè habent fundatam ergo intentionem ipſæ Actrices de iure
communi, nec indigent alio: quare videbatur etiam de hoc vlterius diſputandum
non fore.

Triceſimo, Quia ex quo ſorores, vel earundem mariti, fuère in poſſeſsione Ca-
ſtri & villæ M. certè adhuc retinebunt illius effectum, vt ſcilicet ipſæ, tanquam
poſſeſſores, non cogantur probare librum vel tale eſſe feudum, ſcilicet hæreditari-
um vel fœmininum, & non maſculinum vel ſimplex, cùm onus probandi illud in-
cumbit nō poſsidenti ſaltem legitimè: ſecundum Iac. de Beluiſu, in c. 1. de gra. ſuc-
ceſsi. in feu. per id quod habetur in c. 1. de content. inter me & Dominum, & in c.
1. §. cum autem, de cont. inueſti. Pau. de Caſt. conſil. 151. incipiente. circa præ-
ſentē caſum. Alex. de Imo. conſil. 101. col. in 3. volu. & Dominus Frāciſ. de Cur-
tis in conſil. 49. in 8. col. circa medium, & alij in alijs locis ibidem allegatis. Sicut
in ſimili ad idem videmus in eo, qui poſsidet feudum antiquum vel nouū, allegans 44.
vt pro poſſeſſore præſumatur. Vnde cùm Sorores repertæ fuerint in poſſeſsione,
pro eis præſumendum quod fuerit nouum & fœmininum, vel hæreditarium, vt in
iiſdē locis habetur cumulatiſsimè, & quia bonam, indubitatamq; fidē habere quis
præſumitur ex communi regula, de qua not. in l. penult. C. de euicti. per Bart. in l.
Celſus, de vſucap. per Canoniſt. in c. ſi diligenti, & c. ſi. de præſcriptio. Dominus
Alex. de Imo. in conſil. 241. in 1. volu. & alij in alijs locis.

Triceſimo primo, Videbatur omnino eſſe iudicandum pro ipſis Actricibus, &
earum hæredibus, & quòd Marchio B. in pluribus ſit condemnandus: nā vltra in-
terdictum vnde vi ad recuperandam poſſeſsionem, vel actionē in factū ad damna
& intereſſe, de quib. ſuprà in 26. fundamento, vel motiuo, & in l. ſi quis ad ſe fun-
dum, C. ad l. Iuliam, de vi publi. & l. quoniam multa facinora, ff. de vi & vi arma.
l. 1. §. qui autem, & §. rectiſsimè. l. nec quicquam. ff. quod ſoti. & l. qui nomine, ff.
de falſis, vbi etiam de criminali accuſatione habetur: tenebitur etiam cōſtitutione
diui Marci, quia ex quo ſibi ius dixit, & propria authoritate rē, in qua ius prætēde 45.
bat habere, inuaſit, incidit in pœnā iuris, de qua in l. extat, ff. quod met. cau. quia
perdidit ius ſuum, ibi. vis enim eſt & tūc, quotiens quis id, quod deberi ſibi putat,
non per iudicem repoſcit, & in fi. ibi. isq; ſibi ius in eam rem dixiſſe ius crediti non
habebit. & quod ibi glo. & Docto. Vnde Marchio ipſe B. ad reſtitutionem rerum
videtur teneri: ſed etiam ſi quid iuris in eis habuit, illud amiſit per iam dicta.

Triceſimo ſecundo, Quia eſto etiam, quòd prius fuerit violentia cōmiſſa per
ipſas Sorores Actrices propter eorū vel ſuorum ingreſſum violentum, vel ſaltem
clandeſtinum: tamē videtur, quòd illa per alteram, quæ fuit cum armis, vel ſaltem 46.
terrore eorum, incuſſa, penitus abſorpta, per dictam l. ſi quis ad ſe fundum. ſecun-
dum communem Lecturam glo. & Doct. & maximè ex quo ſorores ſunt ingreſſæ
caſtrum non violenter (vt apparet & dicitur) ſed clandeſtinè, abſente Marchio-
ne, & nullo ibi reperto reſiſtente: per quem ingreſſum, naturalem poſſeſsio-
nem, quæ pro tunc vacabat, ſibi acquiſiuère, et ideo dicitur clandeſtina, non
violenta, nec eſt ita vitioſa ſicut violenta. l. clam poſsidere, in princ. ff. de acqui.
poſſeſsione. Et ſic videtur, quòd ipſam acquiſiuerint ex puſillanimitate aduer-
ſarij, qui ipſam ſua voluntate permiſit illis habere, l. 3. §. in admittendæ, & in
l. ſi quis autem, in glo. quæ incipit, ſi alio, ff. de acqui. poſſeſsio. not. etiam ex-
preſsè per glo. in d. l. clam, §. qui ad nundinas, ff. de acqui. poſſeſs. & quod
in ſimilibus terminis voluit Pau. de Caſt. in conſil. 35. in 2. col. incipiente,
Poſt-

47. Poſtquàm iura fierent. Ergo debent in iudicio obtinere: præſertim cùm etiam ad cõtegendum vel palliandum tale vitium clandeſtinitatis ingreſſus illarũ ſororum videtur ſufficere quæcunque cauſa, etiam iniuſta, per tex. in l. clàm poſsidere, §. qui ad nundinas, ibi, aliqua ratione. Vbi etiam hoc notat Dominus Franciſ. de Aretio, ff. de acquir. poſſeſsio.

Triceſimo tertio adducitur pro hac parte ſororum & earum hæredum, et quidẽ eorum ac conſulentium pro eiſdem (vt videtur) opinione inconuincibiliter. Nam
48. iure apertiſsimo compertum et traditum eſt, quòd quando Dominus rem aliquam ſuam propria authoritate, & ſic violenter occupat, poſſeſsionem reſtituit, & illius rei dominium amittit. Quando verò non Dominus aliquam rem nõ ſuam, ſed alienam inuadit, tenebitur ad eiuſdem rei ęſtimationem, iuxta nouam conſtitutionem l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, ibi ante euentum iudicialis arbitrij violẽter inuaſerit, dominus quidem conſtitutus poſſeſsionem, quam abſtulit, poſſeſſori reſtituat, ac dominium eius rei amittat. Si verò alienarum rerum poſſeſsionem inuaſit, non ſolùm eam poſsidentibus reddat: verùm etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur tranſumptiuè. in c. ſi quis in tantam, 1. q. 4. Modò ad propoſitum: ſiue dicamus quòd Marchio B. fuerit Dominus Caſtri M. atque villæ, & etiã aliarum in libello nominatim expreſſarum rerum, & tunc amiſit dominium eius, ſiue fuerit non dominus, & tenebitur ad æſtimationem eius, per iam dicta.
49. Et quòd illa conſtitutio etiã habeat locum in Domino feudi videtur tenere Andr. de Iſernia in d. c. 1. §. ſi de milite vaſal. qui cõtumax eſt, & quòd teneatur ad omnia ea, ad quę alter teneretur, arg. eorum, quæ nominantur in d. l. ſi quis in tantã. Ergo pro ſororibus, earundemque filijs pronunciandum.

Triceſimo quarto, pro eadem parte, Actricum ſcilicet, facere videtur, Quia etiam in materia noſtra, & cauſis feudorũ, in vſibus eorum, col. 10. ſpecialiter pro-
50. uiſum eſt clariſsimè, non licere Domino ſpoliare vaſallum re feudali, abſque iuris ordine: & ſi de facto ipſum priuauerit, quòd teneatur ad reſtitutionem. Quam ſi Dominus poſt trinam admonitionem facere recuſauerit, poterit vaſallus manu militari, & violenter, & quidem propria authoritate recuperare feudum ſuum, ſeu res feudales. Caſus eſt rotundus in c. 2. §. 1. de milite vaſallo, qui cõtumax eſt: vbi hæc verba habentur: Si verò vaſallus conqueritur de Domino forſan, quia feudo malo ordine intrauit, Domino perperam reſpondente, quid faciendum vaſallo ſit querit ur. Reſpondetur: Eum Curiam debere vocare, & in eadem Curia de Domino conqueri: Curia debet audire Dominum, eumque, ſalua reuerentia competente cogere, vt vel poſſeſsionem reſtituat, vel acquieſcat, vel iudicio Curiæ ſe committat. Quod ſi ter admonitus facere diſtulerit: tunc licet vaſallis ad aliam maiorem poteſtatem ire, & ſibi conſulere. Et ſi Dominus ei iuſtitiã facere noluerit, poterit eum deprædare. Si ergo Vaſallus poteſt hoc caſu propria autoritate ablatam poſſeſsionem recuperare: quanto magis debet illam poſſe conſequi iudice mediante, & eius autoritate interueniente atque implorata: Arg. autoritate multò magis, C. de ſacroſanct. eccle. c. cum in cunctis, de electi. cum ſimi. Et quia tutius facit, qui autoritate iudicis agit, ſecundum Specul. in tit. de feudis. §. quoniam, verſ. 18. Bal. in l. 2. in princ. C. de ſer. fug. cum ſimil. ibi allegatis. Ergo debent obtinere Actrices.
51. Trigeſimo quinto, corroborantur hæc omnia, & quidem adhuc fortius: & videtur omnino, quòd Marchio B. amiſerit etiam ius ſuum, quod habuit, hoc eſt, proprietatem ipſam, propter huiuſmodi cõmiſſam violentiam eius. Ita decidit per expreſſum glo. c. 1. §. fin. de mil. vaſal. qui contu. eſt, in verbo deprædare, ibi. & hoc caſu amittit Dominus proprietatem, quam etiam ſequuntur Doctо. ibidem, Ratione: quia ſicut Vaſallus fuiſſet priuandus iure ſuo, & ſic vtili dominio, ſi hoc feciſſet in Dominum: Ita & è contrâ, c. 2. in fi. de for. fidelitatis, & c. 1. de noua for. fidelitatis, cũ ſimil. & vtrobique Docto. Et ſic dato, quòd conſtitutio l. ſi quis in tantam, non vendicaret ſibi locum in caſu noſtro: tamen per prędicta iura pœna amiſsionis proprietatis plecteretur, ſecundum illos: & quidem abſque dubio etiam Dominum ipſum feudi, inuadentem bona feudalia, iure vtilis dominij ad vaſallum

ſpectantia

ſpectantia, comprehendere debet. Priuato ergo iure ſuo Domino Marchione B.
quid aliud ſibi incumbit, quàm dimittere caſtrum non ſuum? et quòd teneatur tan-
dem ad eius reſtitutionem, vel earum rerum æſtimationem?

Trigeſimo ſexto, Eſto hæc omnia non eſſe, nec habere locum in propoſito: ta-
men quia pactum de retrouendendo appoſitum debet aliquid & non leue operari,
l. 2. C. de pactis conuentis inter empt. & vend. l. ex hoc edicto, ff. de aliena. Iudi.
mutandi cauſa fac. Et vt videatur potius vendidiſſe commoditates, quàm ipſum 52.
ius inſeparabile, vt in ſimili ſubtiliter notatur, in l. 1. C. ſi pig. pignori datum ſit. In
quo Sorores ipſæ, vel Actrices, & earundem hæredes potiſsime ſe fundare conan-
tur, dum ſæpè & ſæpius repetendo dicunt, Bernhardũ & Guilielmum de V. vendi-
diſſe commoditatem rerum feudalium Ioan. Conrado & Philippo de A. non autẽ
vtile dominium, quod habet vaſallus in re feudali, ſed illud remanſiſſe in familia
de V. quę reſeruato illo, iuxta tenorem conuentionis; potuit redimere ius ſuum,
quandocunque & pro libito; nec etiam propterea cenſeri recidiſſe ab eodem iure
ſuo, quod ab antiquo & multis annis à maioribus habuit; maximè attentis pactis
& conuentionibus inter exiſtentes de familia factis, & clarè appoſitis. Quare illi
potuêre: & videtur quòd adhuc hodie poſsint redimere à ſororibus Actricibus, ac
ipſis reddere precium conſtitutum, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium
allegatis per dominum feudi, vel alium: & quòd commoditas feudi etiam abſque 53.
pœna caducitatis vendi poſsit latè conſequitur. Alex. de Imo. in conſil. 18. in 1.
& 2. col. multa allegando dicens: illam eſſe quandam obligationem perſonalem,
quæ propriè non ſit alienatio, l. ſi. §. ſi. C. communia, de legatis. & ibi not. Bald. in
verſ. no. Quòd ille, qui non poteſt alienare. & ibi per hanc alleg. l. alienatum. ff. de
verb. ſig. & l. ſi profundo. C. de tranſactio. & not. Bart. in l. fin. §. filij autem. C. de
boniſque libe. Ergo dictam obligationem & conceſsionem facere videtur potuiſſe
ipſe Bernhardus de V. ſaltẽ pro eo tempore, quo daturũ ſit feudũ in familia ſua.

Triceſimo ſeptimo, Quia quando feudum eſt ſimpliciter rectè & purè cõceſſum,
indeterminatè non appoſito aliquo pacto ſpeciali, vel aliqua conditione, ſed ſolũ
& ſimpliciter, ſecundum propriam, & recti feudi naturam, prout diſponitur in c. 1.
de forma fideli. Feudum dicitur ſimplex, rectũ & purum, non conditionatũ, & non
tenetur tunc vaſallus ad aliquod ſpeciale ſeruitiũ, ſed ſolùm ad illa, quę continen-
tur ex prima & ſimplici natura feudi, de quibus in d. c. 1. Sed certum & clarũ eſt, quod 54.
filiæ & ſorores fœminæ in talibus feudis liberis, puris & rectis, ac franchis, & de
quibus nullũ debetur ſeruitium, ſuccedunt licet aliâs, & regulariter excludãtur: vt
voluit Bal. in d. c. 1. §. & quia, qui feudum dare poſſ. in pen. col. ad hoc allegantẽ c.
ſi cui militi extraordi. c. in vſib. feudo. quem titulum pauci libri habent: ipſum tñ
etiam allegat Bal. vbi ſuprà proximè. & in l. quotiens de ſuis & legiti. Roma. cõſu-
lendo conſil. ſecundum meorum. & in conſ. 364. aliâs 367. incipiente, Circa primũ
conſultationis articulum, in pen. col. Hinc eſt, quod in feudo libero & francho, ab
omni ſeruitio præſtando, trãſitus eſt ad fœminas, vt in c. 1. in fi. in tit. Quibus mo-
dis feu. amitt. & tunc etiam poteſt legari & alienari, etiam eccleſiæ, ſecundũ Hoſti. 55.
et Ioan. Andr. in c. ſi de rebus eccleſiæ non alienan. Idem voluit Bal. auten. niſi ro-
gati, in fi. C. ad Trebelli. vbi inquit, ita poſſe intelligi tex. in c. inter dilectos, extrà,
de fide inſtrumẽt. & Alex. de Imo. in conſ. 30. 1. volu. & alij in alijs locis, breuita-
tis cauſa obmiſsis. Quare poſito, quòd ex familia de V. exiſtentes, nullum ius am-
plius haberẽt: tñ quia illa bona conceſſa fuere familiæ de A. in feudum rectũ. Ergo
in eo debent ſuccedere etiam fœminę, excluſo domino, et per conſequens obtinere
ſorores in terminis noſtris, atque iudicãdũ pro eis (vt videt) ſine ſcrupulo, fortè ali-
quibus in cauſa ipſa in fauorẽ ſororũ cõſulẽtibus inaduertẽter vel minꝰ deliberatè.

Triceſimo octauo, Quòd ſorores ſeu Actrices debeãt obtinere probatˀ ſic. Quo-
tienſcunque probatur ex parte Actoris interueniſſe ea, quæ reperiuntur eſſe neceſſa-
ria ad eſſe, ſeu ad formã ſubſtantialẽ alicuius actionis inſtitutę: ſequitur effectus & 56.
victoria pro ipſo actore. l. 3. §. hoc aũt. ff. de iti. actuque priua. l. ſed ſi remunerãdi. §.
1. ff. mandat. Sed in caſu noſtro videntur interueniſſe omnia ea, quę neceſſaria ſunt

ad

ad eſſe ſubſtantiale actionis inſtitutæ, ſiue dicamus illam fore petitionem hæreditatis, ſiue rei vendicationem, ſaltem vtilem, ſiue poſſeſſorium recuperandæ, ſiue etiam actionem perſonalem, ex pacto appoſito in continenti ortam. Primum conſtat ex libello, & veritate rei, quia ſunt proximiores, puta, ſorores & hæredes. Quare eis competit petitio hæreditatis. Secundum, quia vtile dominium fuit in perſona defuncti, quod recta via videtur tranſire in hæredes, qui ſuccedunt in omne ius defuncti. Tertium, quia clarum eſt, ipſas ſorores poſſediſſe & deiectas eſſe.
57. Quare eis competunt reſtitutoria remedia. Quartũ verò, quòd actiones perſonales etiam tranſeant in hæredes actiuè & paſsiuè, non habet dubium. l. 1. §. ſi hæres. & ibi Bar. ff. ad Trebelli. nec poteſt ab oſsibus eorum ſeparari. l. quis ergo caſus. ff. de peculio.

58. Triceſimo nono, Quia licet agnatus feudum ſuum refutare poſsit in ſuum & ſuorum præiudicium: tamen nõ poteſt refutando, vel etiam alienando afferre præiudicium ipſis agnatis, à primo quærente deſcendentibus. Caſus eſt in c. 1. de alie. feudi pater. ibi. Alienatio autem feudi paterni non valet ſine domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus; ad quos beneficium quandoq; ſit reuerſurum: nec in filiam vaſallus feudi poterit confirmari, agnatis non conſentientibus, vel poſtea ratum non habentibus. vbi etiã glo. & Docto. maximè moderniores, qui illud ibi expreſsè dicũt & notant. & in §. præterea. c. 1. quib. mod. feudũ amitta. & in c. 1. §. Hoc quoq;, de ſucceſſ. feu. & de feudi alienat. in princ. & in §. ſi clientulus, & c. 1. Quemadmodũ feudũ ad filiã pertineat, & alijs iuribus ibi allegatis. & per Iaco. de Ardiz. ſub rubricella: conſenſus etiam agnatorũ interuenire debet in alienatione. Bald. in cõſ. 265. in fi. 5. volu. etiã in vltima voluntate, vt refert Alua. de ſucceſsi. feudi. & idẽ in refutatione, vt in dictis iuribus, & maximè per c. 1. in princi. de alie. feu. pater. Pau. de Caſtro in cõſ. 155. incipiente, Circa præſentẽ caſum. Et Franciſ. Curtius in ſuo tractatu feudali, in 4. par. poſt nonam quæſtionem, verſ. Tertia igitur eſt regula, in fi. ibi ſtat. Ergo ex præmiſsis declaratur & concluditur, quòd feudum antiquum non poteſt alienari in præiudicium proximioris agnati, ſine conſenſu ipſius extenditur hæc regula, & eſt communis concluſio, etiamſi vaſallus refutaret feudum antiquum, in manibus Domini; quia tum refutatio non præiudicaret agnatis, niſi in vita ipſius refutantis, & deſcendentium ſuorum. Ita tenuit Iac. de Ardi. in ſumma ſua feudorum, in tit. Quib. mo. feu. amitt. ſub Rubricella, ſi vaſallus refutat feudum Domino. Eandem opinionem tenuit Bal. in c. 1. §. Hoc quoq;. in col. 1. concluſ. 1. de ſucceſsi. feudi. Et idem Bal. in c. 1. col. 2. de aliena. feu. pater. In quam etiam inclinat Dominus Iaco. de Alua. in c. 1. §. ſi. in 37. concluſ. Quæ fuerit prima cauſa benef. amitt. Vnde Bernhardu de V. non videtur potuiſſe alienando vel refutando feudum præiudicare alijs agnatis de eadem familia. Ergo, &c.

Quadrageſimo, pro hac parte, & contra Marchionem. B. etiam videtur facere:
59. Quòd licet Actrices, vt fœminæ, non ſint capaces feudorum, neq; habiles ad ſeruitia & ad pugnandum, vt inferius latiùs dicetur & probabitur: tamen ſaltem earum mariti, & filij maſculi, offerentes ſe ad ſeruitia, & ad faciendum fidelitatem, & alia neſſaria, erunt nomine earum admittendi. Arg. eorum, quæ habentur in l. 1. §. permittitur. per Bar. Bal. & alios. ibi eleganter per illum textũ. ff. de aqua quoti. & æſti. Et ad hoc benè facit, quod notatur in ſumma de feudi ſucceſsi. §. Sic ergo nepos, in 2. col. Vbi etiam addicit Summiſta: generum, hoc eſt, maritum debere iurare Domino, & ei ſeruire, aut eius filios, vt nihil interſit, per quem præſtetur ſeruitium Domino, &c. & ibi optimè facientibus iuribus approbat: hancq; ſententiam penè in ſimili materia confirmauit Imperator, in l. 3. in fi. C. de naturalib. liber. vbi decidit Legislator: quia mulieres non poſſunt Curijs, & onerib. Curiarum deſeruire: ideo pater filias naturales, vt ei ſuccedant offerre non poteſt, ſed ſi ipſas filias naturales Curialibus maritauerit, eas poſſe in bonis patris & hæreditate ſuccedere. Quid enim intereſt, ait Legislator, vtrum per filios, an verò per generos commoditatibus ciuitatum conſulatur. Sic in terminis noſtris nihil

intereſt,

intereſt, an huiuſmodi ſorores actrices per filios ipſius quondam Philippi ab A.
proprios, ſeu etiam earum maritos commoditatibus Marchionis conſulatur.
Quod in terminis videtur voluiſſe conſulendo Dominus Raphael Fulgoſus, in
conſ. ſuo iij. circa finem, ubi etiam dicta ſupradictorum retulit. Vnde non vide-
tur ratio concludens, quare ſorores non debeant inueſtiri per iam dicta, uel ſaltem
earum mariti, vel filij maſculi, in quib. ceſſat huiuſmodi ratio: de qua in c. 1. §. hoc
autem notandum, qui feudum dare poſ. ſuprà relata.

Quadrageſimo primo, vltra prædicta etiam poſſet adduci, quòd illæ ſorores,
& earundem filij, & præterea etiam illi de familia V. agentes, poſſent ratione mi-
noris ætatis, vel quod aliter fuerint in probabili ignorantia, aduerſus præſcriptio-
nem decurſam & alia implorare beneficium reſtitutionis in integrum, ex clauſula
generali, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur: vt not. glo. in l. ſi partem. §. 1. in verſ.
nõ vtendo. ff. quemad. ſerui. amitt. et in l. 1. de patria poteſta. Specul. in tit. de præ-
ſcrip. §. 1. verſ. pone colonus. Bart. in l. pen. §. ſi quis aũt propter inundationem.
ff. de iti. actuq; priua. cum ſuis concordanti. in eiſdem locis traditis. quia præſumi-
tur etiam ignorantia, vel probatur eo ipſo, quòd non probatur ſcientia. l. ſuper ſer- 60.
uis. & ibi Bart. C. qui mili. poſ. lib. 12. & Bart. in l. ſi cui. §. 1. ff. de accuſa. de elect.
c. innotuit. & in ſecunda præſumitur, de reg. iu. lib. 6.

Quadrageſimo ſecundo, Quidquid ſit vel eſſet aliâs: ſaltem hoc caſu, quo appo-
ſitum eſt pactũ de incõtinenti de retrouendendo, iuxta l. 2. C. de pactis inter empt.
& vend. debet habere efficaciam, atq; aliquid operari, ſaltem arg. l. ſi quando. ff. de
lega. primo. & l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. bonus tex. in c. ſi Papa, de priuile.
lib. 6. cũ etiam nullum verbum nõ debeat eſſe ſine virtute aliquid operandi. l. ſi ſti- 61.
pulatus. ff. de vſuris. & in l. 1. ff. de contrah. empt. cum ſim. & ſuas vires extendere
quidem ad hæredes (ſimiliter vt ſonant verba) etiam non maſculos, cùm & verba
ſint intelligenda cum effectu. l. 1. §. 1. & ibi Ange. & Alex. de Imo. ff. quod quiſq;
iuris. & in l. Barſatorũ. C. de fideiuſſo. Nec inaniter ponenda Cle. exiui. §. cùm au-
tem. & ibi Card. de verb. ſignif. Vnde etiam ſorores, licet fœminæ, & earum liberi,
debent ſub verbis generalibus pacti appoſiti comprehendi: vt ſic verba recipian-
tur cum effectu, & aliquid operentur. Quare videntur ſuccedere in feudo, ſicuti in
cæteris bonis ipſius Philippi de A. ſaltem quo ad hoc, vt recipiant ipſum precium
debitum in reemptione fienda: quod & æquitas ipſa ſuadere videtur: vt patebit in
ſequenti fundamento.

Quadrageſimo tertio pro actricibus & earum hæredibus poteſt adduci, quòd 62.
æquitas potius, quàm rigor, ſit attendenda, et à iudice etiam potius obſeruanda: vt
in Specu. de offi. omnium iudicum, §. 6. in verſ. Item ſi. & verſ. generaliter. & in
Specu. de poſitio. §. 7. verſ. verum tamẽ. & verſ. et not. in fi. De qua etiam in l. pla-
cuit. C. de iudi. vbi hoc claris habetur verbis: Placuit in omnibus rebus præcipuè
eſſe iuſtitiæ æquitatiſq; ſcriptæ quàm ſtricti iuris rationem. Benè facit l. quod E-
pheſi. §. ff. de eo quod cer. loco. ibi in ſumma: Æquitatem quoq; ante oculos debet
habere iudex, qui huic rationi addictus eſt. & in l. at ſi quis. §. idem Labeo ait. ff. de
religi. & ſumpti. fune. Eſt enim ſecund. Bald. in c. ad hæc. 7. col. de pace iurã. fir. re- 63.
rum conuenientia, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, & omnia benè æ-
quiparat. & Bart. in l. 1. in fi. C. de legi. quandam facti conuenientiam fore. Vbi e-
tiam Sali. Ant. de But. & cæteri Canoniſtę in c. fi. de tranſact. Eſt etiam ſecundum
Hoſtien. æquitas iuſtitia, dulcore miſericordiæ temperata, in c. fi. de transla. præ-
la. Ioan. Andr. in c. magnæ, de voto, poſt princ. Specu. in tit. de diſpenſa. §. 1. verſ.
æquitas. De qua etiam per Bal. in l. 1. ff. de iuſti. & iure: quæ etiam eſt vna & eadẽ
ſẽper permanens. l. 1. ff. de in ius vocan. Not. l. Bal. apud hoſtes. C. de ſuis & legit-
ti. Eſtq; pars iuſtitiæ, ſecund. ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ, q. 80. art. 1.
Quæ autem maior eſt æquitas, quàm quòd mares & fœminæ ad paria iudicen-
tur & veniant: ac quæ maior iniquitas, quàm inter eòs inducere differentiam: vt
eſt caſus in c. maximum vitium. C. de libe. præteritis, ibi. qui enim tales differen-
tias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, &c. & demum ibi, Quum etiam

64. centum viri aliam differentiam introduxerunt, & ex hac iniquitate vitium emer-
ſerit. Quare, &c. Quæ æquitas etiam in feudis videtur ſeruanda, per ea, quæ ha-
bentur in c. 1. in princ. de beneſi. fœminæ, & de controuer. inueſti. §. 1. & an mari-
tus vxori ſuccedat. c. 1. cum ſimi. Ergo videtur ſorores ſeu actrices ipſas præferen-
das fore ipſi Domino.

Quadrageſimo quarto, & non à remotis quidem adduci poteſt, retento præ-
dicto themate de æquitate ſeruanda, Illud etiam videtur ſuadere alia naturalis ra-
65. tio & æquitas, ne ſcilicet quis locupletetur cum iactura aliena, per l. nam hoc na-
tura. ff. de condi. indebit. Vbi egregiè dixit tex. Nam hoc natura æquum, eſt nemi-
nem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. Et ibi glo. dicens, hanc bonam
regulam æquitatis eſſe notandam: quæ etiam probatur in l. conditio. ff. de tit. & in
l. rerum quidem, in fi. ff. rerum amo. in l. ſi pupilli, in princ. ff. de nego. geſt. in l. 3.
§. ſi ſeruus. ff. de tributo. l. iure naturæ, de reg. iur. c. ſententia, de pœnis. Sed in
propoſito noſtro, ſi feudum remaneret penes Dominum feudi, vt prætenditur:
Certè ipſe locupletaretur cum iactura vtriuſque familiæ de V. & A. ſaltem ſoro-
rum, quæ amitterent & rem feudalem, & precium, ſeu pecuniam expoſitam: Illi
autem de V. ipſa feudalia bona, ad eos ſpectantia. Ergo non tolerandum, ſed iu-
dex debet ſequi naturam ducem, & æquitatis tramitem, atq; ſororibus adiudica-
re: maximè in dominio contra Dominum iudicare, vt aliâs dixi, & oſtendi ſuprà.

Quadrageſimo quinto venit in mentem vnum, de quo aliqua dixi in trigeſi-
66. mo ſexto fundamento, quòd ex contractu nullo, vel prohibito à lege, & penitus
inutili, non transferatur aliquod dominium directum: vel vtile. l. non dubium,
cum ibi notatis. C. de legi. Et quod voluit Bal. & Petrus de Succzaria in l. 1. C.
de ſuffragijs. Vbi dixit Bal. Quòd ſi contractus peccat in cauſa intrinſeca: vt quia
contrahens non poteſt conſentire, vel res non eſt in commercio, non tranſit do-
67. minium ex eo. Sed ſic eſt, quòd in propoſito noſtro vaſallus non poteſt conſentire,
neq; alienare rē feudalem iuribus vulgaribus ſæpè ſuprâ allegatis. Et videtur text.
apertus & clarus in c. 1. §. 1. de prohib. feu. alie. per Lothar. ibi. vel aliquod com-
mercium aduerſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod imperij,
vel dominiorum minuatur vtilitas, coniuncta ſua glo. & quod ibi Docto. maxi-
mè Aluaro. in 1. nota. dicens notabi. Quòd vaſallis eſt interdicta omnis diſtra-
ctio vel commercium ſuper re feudali Dominorum: aliâs perdant feuda, & quic-
quid inde conſequuti ſunt: multa allegans, de quibus ibidem per eundem, & in c.
1. §. 1. de prohibi. feu. aliena. ibi. Sed etiam huiuſmodi alienationes illicitas, hacte-
nus perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nul-
lius temporis præſcriptione impediente: quia quod ab initio de iure non valuit,
tractu temporis conualeſcere non debet, cum concord. ibi. & in c. 1. in princ. qua-
liter olim feudum alī poterat, allegatis. de quo & copioſè in 19. fundamento, & in
diuerſis alijs locis. Vnde adhuc videtur verum illud, quod in obiectione 56. fuit
dictum, quòd non dominium, ſed commoditas ipſa cenſeatur eſſe vendita.

Ex quibus omnibus, & alijs, quæ adduci potuiſſent pro ipſis ſororibus actrici-
bus, & in fauorem earum, contra Dominum illuſtriſ. Marchionem B. adhoc, ne
admitti debeat ad feudum Caſtri M. villæq;, cum eorum pertinentijs ac cæteris, vi-
detur omnino concludendum, actrices fore fundatas, ac iuſtitiam fouere, propte-
reaq; pronunciandum pro eis, & dictum Dominum Marchionem iuxta contenta
& petitionem, in libello factam, condemnandum, atq; ad earum rerum reſtitutio-
nem ad minus compellendum, cum refuſione expenſarum.

Pro Domino Marchione B. pars ſecunda primæ principalis.

SEd his omnibus, & alijs quibuſcunq;, quæ vltra prædicta
adduci potuiſſent, non obſtantibus, quæ in effectu, & ipſarum rerum veritate
non

non obſtant, neq; ſubſiſtunt, vel in propoſito etiā noſtro concludere poſſunt: con-
trarium eius arbitror, & dico indubitanter & ſine ſcrupulo, de iure eſſe verius, ac
omnem iuſtitiam & æquitatem pro, & in fauorem illuſtriſs. Principis Marchio-
nis. B. rei vel conuenti & militare & eſſe, varijs ac multiplicibus rationibus et fun-
damētis (mea quidem opinione atq; ſententia) ſolidiſsimis & inconuincibilibus:
ex quib. etiam veritas ipſa, quæ (vt inquit Bald. in l. libertini. ff. de ſtat. homin.)
mater eſt iuſtitiæ: vel ſaltem pars eius, ſecundum ſanctum Thomam ſecunda ſe-
cundæ, q. 109. & manet & inualeſcit in æternum: & viuit atque obtinet in ſæcula
ſæculorum. 2. Eſdræ 4. ac etiam, & quidem vulgato prouerbio omnia vincit. l.
fi. ff. de probat. in fi. & ei cedunt omnia, c. veritate 8. diſtinct. & c. fraternitatis, de 68.
frigi. & malefi. Innoc. in c. niſi, de renunc. Hoſtieñ. in c. audientiam, de ſenten. ex-
commu. & alij alibi. Obq; id ſuper omnibus eſt adamanda. l. cum ita. §. 1. ibi. Imò
ſi verum amamus. ff. de coditi. & demonſtra. & Bal. in tractatu ſchiſmatis, & ſem-
per & permaximè iuriſperitis et iudicibus ſequenda, obſeruanda & colenda eſt. l. 69.
nemo. C. de ſenten. & interlo. omni. iudi. l. ſi qua. C. ad ſctām Orfit. l. per hanc. C.
de tempo. appella. l. 1. C. de lati. libe. tollen. detegetur & ſplendeſcet: ac inſuper et
reſponſiones, ad in contrarium ſuperius deductæ & allegatæ, copioſiſsimè, & ad
ſaturitatem & colligi, deprehendi ac annotari poſſunt. vti & illud, quòd præfatus
Marchio minimè ſit condemnandus: ſed ab actionibus inſtitutis, omninò cum
expenſarum refuſione, vel fortè compenſatione earundem, abſoluendus, inferius
ordinatim, & luce meridiana clarius apparebit. Nec facilè credendum fore exiſti-
mo, vel ſaltem mihi hoc perſuadeo infallibiliter, & ita neque ambigendùm vel ti-
mendum cenſeo, venerandos ac præſtantiſsimos dominos Ligæ Sueuorum, iu-
dices deputatos, ob ſingularem induſtriam, integritatemq; exploratam: etiam fi-
dem, ac rerum experientiam, & grauitatem in iudicando, proq; ſcientia, ſapien-
tia, deniq; & luce dignitatis eorundem (vt vtar egregijs verbis Aurelij iuriſcon-
ſulti, in l. 1. in fi. ff. de offi. præſe. præt.) ab his diſceſſuros, vel aliter iudicaturos.
Repetito itaque diuini numinis auxilio, & aliorum paulò antè imploratorum de-
ſcendo modò ad rem viriliter, & dijs propitijs, aggredior hanc ſecundam partem
primæ principalis huius: & inhærendo veritati comprobo illam. Et quidem
primo, &c.

Primò, ex regula vulgata & communi, quæ habet: quòd actore non proban- 70.
te, Reum, etiamſi nihil præſtiterit vel docuerit, fore abſoluendum. l. actor. C. de
proba. l. ei qui. ff. è tit. l. quæ accuſare. C. de edendo. c. vt noſtrum, vt eccleſiaſt. be-
nefi. Specu. in tit. de iura. dela. verſ. Sed cui. & verſ. Si autem actor: & de actio. &
petitio. in anterioribus verſic. Si verò non habes: & de exceptio. §. viſo. verſ. illud
quoque. cum ſimilib. in eiſdem: & per moderniores in diuerſis locis allegatis. &
per Aul. Gellium, lib. 13. cap. 2. Sed in propoſito ipſæ Actrices earum intentio-
nem non probauêre ſaltem legitimè, ſiue loquamur in poſſeſſorio, ſiue etiam in pe-
titorio, perſonali ſimiliter vel reali actione, vt patebit diligenter intuenti per di-
ſcurſum, ex actis & actitatis, inferiusq; dicendis nominatim, & expreſsim. Eſt ca-
ſus: & ibi Bart. & alij in l. eum qui. ff. ad Trebell. Ergo Marchio, eò, quòd contra
eum probatum eſt nihil, ab impetitione, & inſtituta actione ac libello erit de iure
abſoluendus, cum refuſione expenſarum, etiamſi omnino nihil præſtiterit neque
probauerit.

Secundo, & modò pro tanto fortius, ex quo Marchio ipſe ad probanda pleraq;
ſe obtulit, & legitimè literis reuerſalibus, & alijs documentis id præſtitit: vti ex
actis conſtat, & per quemlibet diligentem indagatorem inueſtigari, & liquidò
colligi poteſt. Et dato etiam, quòd nihil poſtmodum probaſſet: tamen cùm in ipſa
oblatione adiecerit clauſulam, non aſtringens ſe ad non neceſſaria vel ſuper-
flua, &c. certè non præiudicaret ſibi. Licet enim, quando Reus ſuſcipit in ſe onus
probandi, ſi non probet ſuccumbat, ac ſi ageret: tamen illud non procedit, & fal-
lit ſaltem, quando apponitur dicta clauſula, non aſtringens ſe, &c. Ita notabili- 71.

ter Barto. in l. circa. ff. de probat. in l. actor. C. de probatio. Tex. & glo. in c. fi. in
verb. probatione. & in c. mulieri. in verſ. abſoluto, de iureiuran. in c. inter dile-
ctos, circa fin. de fide inſtrumen. Imo. & alij in c. in præſentia, de proba. Specu.
de teſte. §. nunc videndum. verſ. item agens. Card. in. Clem. 1. vt lite penden. Do-
mini de Rota deciſ. 162. in no. incipiente, Reus. & 15. in no. incipiẽ. In cauſa. Vbi
etiam multa alia allegant, quæ breuitatis ſtudio obmiſi.

Tertio, dato & non conceſſo, quòd etiam obmiſſa fuerit dicta proteſtatio, ta-
men adhuc nihil referret, neque officeret Reo ſeu conuento: quia immò etiam præ-
72. termiſſa illa proteſtatione: nihilominus eo caſu, quo Reus, ſuſcipiens in ſe proba-
tionem, actore non probante, Reus eſſet abſoluendus. vt volunt Bal. & Salic.
& maximè Moderni, in d. l. qui accuſare. allegando glo. notab. in d. l. circa mag.
circa medium, quam ſecundum eos Bart. ibi multum not. Idem Bart. in l. diuus,
vltima col. ff. re iudica. Et eſt ſimilis glo. in c. ex inſinuatione. in verb. probare,
de procura. Bal. in l. 1. C. ſi aduerſ. credi. & notabiliter in l. fruſtrà. C. de proba-
tio. Dominus Abbas Panormi. in c. 2. in pen. col. de reſcrip. & in c. 1. vt eccleſia
benefi. ſine diminut. conſ. Areti. in §. 1. in 20. col. inſtitu. de actio. cum ſimi. in eiſ-
dem locis allegatis. Per quæ limitatur regula proximè relata, quam poſuit Bar-
to. in l. 1. §. item quæſitum. ff. de aqua quotidi. & æſti. quòd quando aliquis a-
ſtrinxit ſe ad aliquid probandum, ſi non probet, perdat cauſam. Quam etiam po-
nunt Canoniſtæ, in c. 2. de reſcript. vt procedat ſolùm in actore: ſed non in Reo,
per proximè dicta. Et hoc in ſpecie vult Bart. ſi benè inſpectus fuerit, in d. l. di-
uus, in vlt. col. ff. de re iudica. Cùm autem in propoſito Marchio ſit Reus vel con-
uentus, non refert proteſtatus de eo vel non, quin ſemper, & in omnem caſum ve-
niat & ſit abſoluendus, cum refuſione expenſarum, vt dixi.

Quarto, confirmantur iterum fortius prædicta: Quoniam retento eodem
themate, quòd ſcilicet ipſe Marchio ſiue obtulerit probationem, proteſtatuſq;
ſit, ſiue non, & omnino nihil probauerit vel docuerit de dominio, vel iure ſuo:
imò ſi etiam iniuſtè poſsideat, & perperam vel iniquè: tamen adhuc arbitror
ipſum fore abſoluendum per dictam vulgatam Regulam, vt actore non proban-
73. te Reus abſoluatur: quum procedat, & habeat etiam locum, quando Reus iniuſtè
poſsidet, & non iure. Ita Bart. per expreſſum, in l. fi. C. de rei vendi. & l. vſufrut. §.
quod ſi fortè. ff. ſi vſufruct. peta. vbi clarè habetur, quòd poſſeſſores ſint potio-
res, etiam ſi nullum ius foueant. Et voluit etiam conſulendo Paul. de Caſt. in conſ.
3 in 2. col. & Romanus conſ. 166. & Moderni, vbi ſuprà. Vnde poſito, quòd
Marchio penitus nullùm ius talibus in rebus, vt plerique autumant, haberet: ta-
men per iam dicta, & quia iuſtè poſsidet, & ius in eis habet, dominium ſcilicet
ipſum, eſt abſoluendus.

Quinto facit, Quia Reus excipiens etiam non videtur ſe aſtringere ad
probandum aliquid, niſi actor probauerit. Ita Bal. in l. alia, in 1. col. in verſ.
74. quæro nunquid. C. de his, qui vt indig. & in l. exceptionem. in pen col. in fi. in
verſ. Modò ſequitur videre. C. de probationi. Hinc eſt etiam, quòd Reus appo-
nens actori exceptionem excluſiuam iuris actoris, non tenetur probare de iure
ſuo. l. Paulus. §. fin. & ibi Barto. in fi. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. ſoluitur. nec
poteſt iudex ipſi Reo aliquid mandare, actore non probante. Ita Inno. in c. ſolet.
in 3. col. de ſenten. excom. Bal. in c. 1. §. ſancimus, circa princip. in verſ. nota φ iu-
dex, quo tẽpore miles, in vſi. feud. Ex quo ergo in propoſito noſtro Actrices nihil,
quòd earum intentum iuſtificare poſsit, probauêre, ideo dato, ſalua veritate, quòd
Marchio multa etiam deduxerit: attamẽ penitus nihil probauerit: illud tamen ne-
quaquam ſibi obeſſe poterit: nec quidem efficere, quòd non veniat nec ſit abſol-
uendus per iam dicta, & paulò pòſt dicenda.

Sexto adduco, & quidem probabiliter, Quia Reus ſeu conuentus, etiam

nihil

nihil opponens,debet abſolui, quando Actor caret actione, vel agit de facto, glo. 76.
& Bart.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,in 9.col. verſ. Item notat. ex iſta glo.ff.de
pactis. Eſt glo.illa magna, in verſ. pœna. in l. vbi pactum. C. de tranſacti. ſaltem
regulariter. & Bart. & Docto.maximè Alexan.de Imo.in l.eum qui ita.§.qui ita.
ff.de verb.oblig.Sine actione enim nemo experitur. Specu. de exceptionib. §. vi- 77.
ſo. verſ. tu ergo. & de aduocatis, §.conſequenter. verſ. ſtudeat. Sed in propoſito,
ſeu in cauſa noſtra Actrices, & earum hæredes non habuêre actionem aliquam,
quæ appareat,ſeu legitimam,quæ competat,vel inſtitui poſsit ſaltem contra Mar-
chionem, vt patebit ex inferius ponendis, & maximè ex reſponſionibus ad fun-
damenta partis aduerſæ dandis: & etiam, quia perſonales actiones non ſequun- 78.
tur fundum vel rem ipſam.l. 1.§.ſi hæres.ff. ad Trebelli.l.1. C.ſi cert. pet. & Bal.
conſil.38. in 3. parte. Ergo debet abſque omni hæſitatione abſolui: & hoc ſiue lo-
quamur in petitorio,ſiue in poſſeſſorio,ſiue etiam in criminalibus, vel pœnā inge-
rentibus, perſonaliter vel realiter.nam ſemper prędicta & æquè vendicant ſibi lo-
cum, vt patet illud ex iam dictis, & volunt omnes, in d. l.qui accuſare, maximè
moderniores, Papień.ibi per glo.communiter approbatam.

Septimo, Quia Reus, conuentus rei vendicatione, ſi probat de dominio ſuo, 79.
confirmanda eſt ei poſſeſsio, & proprietas adiudicanda, ac ſi egiſſet. Inno.in c. ex
conquæſtione, circa medium,in verſ. Idem etiam dicimus.Bald.in Marga. in ver-
bo,Reus. verſ. 4. & in d. l.fruſtra. C. de proba. ſaltem quando hoc petijt,aliâs ſo-
lùm deberet abſolui. Hoſtień. & plerique alij,in c.examinata, de indi. & Bal.in Mar-
ga.in verſ.6.nec faceret ſententia eum Dominum. l.ſuperatus. & ibi Bart. in verſ.
vlt.notam. ff. de pig. not.in l. exceptio, de excep.rei iudi. & per Barto.in l. Pom-
ponius.§. ſi iuſſu, 2.col. in princ. in verſ. videamus ergo. ff de acqui. poſſeſsi.Sed
tamen præſumetur Dominus. l. 2. & ibi Bald. in princi. C. de proba. per Alex.
de Imo. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. Modò ad rem noſtram. Licet Actrices
careant actione, & maximè rei vendicationem habere non poſſunt: ſi tamen de
facto fuerit inſtituta, vti ex quibuſdam libelli verbis colligi poteſt, prætenſum eſ-
ſe, certè ex quo Marchio de proprietate & dominio docuit pleniſsimè, vti con-
ſtat, & clarè patet ex actis deductis, debet abſolui ad minus: vel, ſi iudici oportu-
num videbitur, eidem poſſeſsio & proprietas per iam dicta adiudicanda erit, vel
ſaltem confirmanda.

Octauo, Quia dato, & non admiſſo, quòd vterque commiſerit violentiam,vel
quòd eſſemus in pari cauſa turpitudinis vel delicti (quod abſit) Tamen adhuc ve-
niret Marchio, quia poſſeſſor, abſoluendus, iterum per aliam regulam vulgatam,
Quòd in pari cauſa delicti etiam, vel turpitudinis potior ſit conditio poſsidentis; 80.
Bal.in l.quotiens.in 2.col. C.de fideicom.l. 2.C. quod met.cauſ. & in l.ſi ob tur-
pem. C. de condi. ob turp. cauſ. cum ſimilib in dictis locis, & in regula, in pari
cauſa, de reg. iur. lib. 6.allegatis. etiamſi teſtes hinc inde fuerint pares: adhuc, vel
nihilominus debet Reus abſolui. glo. not.in c.in noſtra, de teſti. Barto. & Alex.
de Imo.in l.ſi duo.ff. vti poſside. Vnde Marchio, qui poſſeſſor in propoſito eſt, erit
abſoluendus. Ad quod etiam optimè facit textus in §.retinendæ, inſtit. de inter-
dict. ibi. Et quia longè commodius eſt & potius, poſsidere quàm petere: ideo ple-
runque, & ferè ſemper, ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſsione. Commodum
autem poſſeſsionis in eo eſt, quòd, etiamſi res non eius ſit, qui poſsidet, ſi modò
Actor non potuerit rem ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſsio. Propter
quam cauſam cùm obſcura ſunt vtriuſque partis iura, contra petitorem iudicari ſo-
let: & quæ ſequuntur.

Nono, Quia Reus, ſeu conuentus fauorabilior eſt, quā Actor, & proniora ſunt 81.
iura ad abſoluendum quâm condemnandum, l. fauorabiliores, de reg. iur. & in
Specu. de aduocatis. §. ſemper, in princ. & § vtriuſque. 1.col. verſ. ſit etiam cautus:
& de ferijs, §. 1.in 2.col.in fi. verſ. ſed pone. & plenius per Alex.de Imo. in l.de die,
qui ſatisdare cog. l. præſes. l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis. l. Arrianus. ff. de
actioni. & oblig. cum ſimilib.

Decimo, Quia licet Reus poſsit pati, ſe conueniri ſine actione, vt notant A-
lex. de Imo. & alij, in l. ſi Titius. ff. de verb. oblig. & in l. ſi quis, aliàs Iulianus. §.
quantum. ff. ad exhiben. & in l. vbi pactum. C. de tranſactioni. l. eleganter. §. pe-
12. nult. ff. de dolo. Cyn. & Barto. in l. cum mota. C. de tranſacti. tamen illud proce-
dit, & eſt verum, quando actio ſemel orta fuit, & deinde extincta. Secus, ſi nun-
quam fuerit orta. per l. 2. & ibi Barto. ff. de dote præleg. Raphaël, Lodo. & Alex.
in d. c. Titius. Quoniam tunc, etiam ſi de facto actum eſſet, poteſt iudex ex offi-
cio agentem repellere. l. 1. de aſſeſſo. glo. & Docto. Butrig. & Bal. in d. l. vbi, in
3. col. verſ. Tertia ratio eſt. & ibidem etiam Salic. glo. Bart. & Docto. in l. ſi vnus.
§. pactus. verſ. in opponendo. ff. de pactis. & Bartol. in 9. col. verſ. Sed contra
prædicta. & in l. ita ſtipulatus, ad finem. verſ. 2. principaliter quæritur. ff. de ver-
bo. oblig. & in l. poſt legatum, 4. col. in verſ. Ad vnum tamen aduerte. ff. de his
quib. vt indig. Inno. & alij in d. l. ſi Titius. Inno. in c. 1. in glo. in verſ. à petitione,
extrà, de offi. vica. & Ang. conſulendo conſil. 291. & Alex. de Imo. in conſ.
136. in 3. col. verſ. item alia, circa finem volu. etiamſi Reus non haberet ius. Ita
Raphael Cuma. conſ. 145. poſt medium: per l. fin. C. de rei vendica. Cùm ergo
in propoſito Actrices nullam actionem vnquam ortam habeant, vti ex dictis ſu-
prà, & latius ex infrà dicendis apparebit: certè, etiamſi Marchio illuſtriſs. paſſus
vel coactus ſe conueniri: ipſe iudex tamen ex officio debet repellere Actrices, vel
ſaltem per prædicta Reum abſoluere ab impetitione earum.

Vndecimo comprobatur præcedens concluſio per aliam regulam vulgatam
13. vtriuſque iuris, quæ habet: Quòd cui damus actionem, multò magis exceptionem
dare debemus. l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. c. qui ad agendum, cum ma-
teria de reg. iur. l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfi. & propriè & in mate. feudali eſt text.
& ibi Iaco. de Alua. in c. 1. §. rei autem, de inueſtit. de re aliena facta, in vſi. feu-
dorum. et per Specul. in tit. de ſalario. verſ. ſequitur. et verſ. ſed pone, cum ſimi-
lib. ibidem allegatis. Sed domino Marchioni, illuſtriſs. Principi, ſi non eſſet poſ-
ſeſſor, daretur actio contra poſſeſſores, vt domino feudi, tam in petitorio, quàm
in poſſeſſorio. Primum probatur in c. 1. de controuer. inter Dominum et empr.
feudi. cõiuncta ſua glo. in verſ. agente ſcilicet rei vendicatione, ſcilicet ſi crediderit
ſe probare dominium, vel ſecundum glo. ibi. conditione ex morib. vel ex illa l.
imperiali. & ibi Bal. et Docto. & in c. 1. de controuer. inter vaſallum et alium de
benefi. & clariſsimè per Bal. in d. loco, paulò pòſt principium, ibi. ſed quæro,
14. quo iure aget, & reſpondetur rei vendicatione directa, nam ſecundum eum ſem-
per illam ſibi retinet. c. 1. §. ſi verò de inueſti. de re aliena facta. vbi Feu. in §. 1.
Hoc etiam voluit Iac. de Alua. et idem Bal. multùm eleganter in l. 1. C. de bonis
mater. volens quòd illud procedat, etiamſi emptor ignorauerit rem eſſe alienam.
Secundum verò probatur in ijſdem ferme locis, & maximè in d. c. 1. de contro-
uer. inter Dominum & empt. vbi etiam glo. quòd Dominus condicat ipſam poſ-
ſeſsionem. et in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, & in alijs locis inferius deducendis.
Ergo multò magis debet ſibi dari exceptio, & ſuper eadem abſolui.

Duodecimo, Quia ſi verba libelli quinque ſororum rectè inſpiciantur, tam
in narratione, quàm concluſione: cenſetur intentata ipſa petitio hæreditatis, vel
quædam verba libelli videntur innuere, dum dicitur in eo, ipſas fore hæredes, &
petitur tales pronunciari: ſic enim concluditur in petitione hæreditatis, vt patet ex
notat. per Bart. in l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vendica. in princ. Et licet in narratio-
15. ne multa alia dixerint Actrices: tamen quia quæ actio cenſeatur in iudicium de-
ducta cognoſcatur penes medium concludendi, non penes medium narrationis:
iuxta ea, quæ habentur per Bart. et alios, in l. certi conditio. in princ. ff. ſi cer. pe-
ta. & Cy. in l. edita. C. de edendo. in 5. quæſt. et quia ex concluſione apparet qua-
liter quis narrationem intellexerit. l. Aurelius. §. Sticho. & per Guliel. et Barb.
16. ff. de libera. lega. Sed illa non datur ei, qui quandoque poſſedit, & à poſſeſsione
decidit.

decidit. Azo in Summa. & glo. et Bart. in l. 2. ff. de fide commiſſa hæredi. peti.
rationem aſsignans. quod & voluerunt Cy. et Raphael Fulgo. in l. edicto. C. de
edict. diui Adri. tollen. et Pau. de Caſt. conſulendo in conſ. ſuo 94. aliàs, & ſecun-
dum ordinem meum eſt 96. incipiente, viſo quodam proceſſu. Et Philip. Corne.
de Peruſio in conſilio, incipiente, ſtatutum ſic diſponit, ſi quis autem, &c. et idem
Philip. Corne. in quodam ſuo conſilio 254. incipiente, principalis difficultas, in
vlti. col. in verſ. & petitio hæreditatis, in 4. volu. Item nec contra titulo poſsiden- 87.
tem. l. hæreditatis. et ibi Bart. & Docto. C. de petiti. hæredi. et in l. pro hærede. ff.
è titulo. & Bald. ſingulariter in l. fin. 11. oppo. C. de edict. diui Adri. tollen. et 9.
oppoſ. Et ibidem etiam Paul. de Caſt. et in conſ. 6. dicens, eius rationem eſſe, quia
ille innitatur ſe fortiori. vt not. glo. in l. hæreditatem, C. in quib. cauſis ceſſ. longi
temp. præſcip. Patet ergo ſororibus via, quam ipſæ eligère. l. pen. §. fi. ff. quod me-
tus cau. Sed ſorores ipſæ, vt confitentur in actis proprijs, poſſederunt: & prætetea
agunt contra titulo poſsidentem, et dominum, ergo non competit eis talis actio,
petitio ſcilicet hæreditatis, ſaltem contra Dominum Marchionem ipſum titulo
poſsidentèm: nec ex cauſis prædictis quoquo modo competere potuit. Quare
idem Dominus Marchio de iure iterum debet abſolui à petitis, vel ab obſeruatio-
ne iudicij ſaltem.

Decimo tertio confirmantur iam dicta, Quia Reus, quando actio inepta eſt 88.
propoſita, quod (vt ſtatim dixi) cognoſcitur ad concluſionem, Cy. & alij in d. l.
edita. Bal. in l. fin. C. de reſtit. in integ. & in l. 2. C. de infami. Bart. in l. Aurelius.
§. idem quæſiuit, de libera legat. Ang. in l. qui interrogat. ff. de petiti. hæredi Butr.
in c. ſuper literis, de reſcrip. & latè per Franciſ. de Curtis conſ. 32. col. 6. ante me-
dium: debet abſolui. ita Specu. in tit. de allegat. et diſputatio. §. ſatiſdare. verſ. in
ſententiæ, & ſequenti. et omnes in c. examinata, de indi. per Bart. in l. ſed & pu- 89.
pillus. §. ſi inſtitutoria. ff. de inſtitut. nec valet libellus ineptus. l. 1. §. Labeo. ff. de
Clemen. ſi. de appella. & Angel. de Peruſio. l. Titie textoris. ff. de lega. 1. et in
l. 1. ff. ſi menſor falſum modium dixit Paul. de Caſt. conſil. 390. Ideo lacera-
ri debet per iudicem libellus ineptus. Bart. in l. inſtar, in fi. C. de iure fiſci. lib.
10. glo. & Bart. et omnes in l. 1. ff. de offi. aſſeſſo. & ibi etiam Alex. et Modern.
Cardin. in Clemen. 1. q. 3. de offi. ordina. etiamſi non opponatur. l. libellorum. §.
quod ſi libelli. & ibi Bart. ff. de accuſa. et Alex. de Imo. in l. 1. §. 1 ff. quod quiſq; 90.
iuris. Sic etiam non valet continens cauſam ineptam, etiam Reo non opponente.
Ita Alex. de Imo. in l. 1. ff. de eden. et in l. edita: eo. tit. contra Fulgo. tenentē con-
tra Bald. ibi. in 2. col. et Bal. in 17. col. & Butr. in c. dilecti, de indi. Et imputet ſibi
ipſe libellans ineptè. l. quidam. ff. de in rem verſo. & Bal. in l. 1. C. vt in poſſeſsio-
nem lega. Ita dicamus etiam in propoſito, ex quo libellus ineptus, & actio in-
ſtituta inepta, vt patet ex proximè relatis, Certè debet Dominus Marchio Reus
vel conuentus abſolui, etiamſi probationes eſſent aptæ: dicto c. examinata. cum
ibi notatis, & alijs locis præallegatis, et quod voluit Bal. in Autenti. ſed ſi quis. pē.
col. C. de ſecun. nupti. & alij in alijs locis.

Decimo quarto, dato & non conceſſo, ipſam ſcilicet petitionem hæreditatis
non fore intentatam, ſed de mente agentium fuiſſe ac voluiſſe proponere aliam, 91.
ſcilicet rei vendicationem: vti etiam quædam verba libelli inferre videntur: ſal-
tem vtilem, quæ competit vel datur vaſallo vtili domino. iuxta ea, quæ voluit
glo. in c. 1. §. 1. de capitulis Conradi. Vbi etiam Iaco. de Alua. et alij. & in c. 1.
§. 1. de inueſtitu. de re alie. facta. vbi ex illo textu colligunt, quòd vaſallus, tan-
quam dominus vtilis, quaſi vendicet rem feudalem à poſsidente, & ex illo in-
ferunt. Quòd ſicut in iure ſit dare poſſeſsionem, & quaſi poſſeſsionem: ita etiam 92.
ſit dare proprietatem, & quaſi proprietatem, & dominium, & quaſi domini-
um, per illum text. Et hoc etiam voluit vna glo. quæ ſolet allegari pro ſingulari,
ſecundum Bal. in l. 2. §. quædam. ff. de interdict. facit alia glo. notab. in l. te-
ctè. ff. de verb. ſigni. tamen adhuc erit abſoluendus ipſe Dominus Marchio.

tum quia ex prædictis liquet, & etiam in perſecutione cauſæ manifeſtatum eſt, non illam, ſed petitionem hæreditatis fuiſſe intentatam; tum quia, vt ex actis clariſsimè patet, Actrices non eſſe dominas; & quidem neq; directas neq; vtiles: quorum alterum ſcilicet ad eius actionis eſſentiam requiritur: ſecundum ea, quæ proximè dicta ſunt, & ſtatim inferius dicentur. Ideo erit abſolutio ipſius conuenti in promptu fienda, & per iudicantes minimè negligenda; & hac euam vnica ratione taliter pronunciandum.

Decimo quinto iterum, & ſtringendo fortius, pro hac parte, Domini ſcilicet Marchionis adduco, meo iudicio, inconuincibiliter. Quia eſto, quòd propriè iſta actio, ſcilicet rei vendicationis, directa vel vtilis, fuerit etiam, reſpectu rerum feudalium, intentata: (quod tamen, vt ex iurib. allegatis & actis patet, minimè verum) Nihilominus tamen adhuc Dominus Marchio eſſet abſoluendus: cùm aliâs,
93. tum & permaximè, quia qui agit rei vendicatione, debet probare dominium directum vel vtile. l. in rem, in princ. ff. de rei vendica. vbi caſus etiam, ſi quis agat contra illum, qui habuit ab eo cauſam, puta commodatarium vel depoſitarium, & imputet ſibi, cur elegerit rei vendicationem, non autem actionem commodati, vel depoſiti petitionem hæreditatis, vel aliam competentem, in quibus non requirebatur probatio dominij: vt patet ex his, quæ habentur & notantur in l. ita vt ſi fur. ff. commoda. in glo. & ſic fundare ſe, & formare libellum ſuper illa cauſa, ſuper qua ſe ius fundat: non ſuper extranea. Inno. in c. cùm ſit generale, de foro compe. Bal. in Margari. in verſ. actor. verſ. 2. Conſtat autem, quòd ad probandum dominium non ſufficit agenti probare, ſe vel ſuum actorem aliquando poſ-
94. ſediſſe: cùm poſſeſsio ſit diuerſa à dominio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſsione: nec eſſe cauſam, ſuper qua ſe fundat ius ipſum, & ſic benè poteſt eſſe quòd poſsederit: tamen non erat, nec eſt Dominus. ideo probatio tunc
95. nō concludit, per regulam cōmunem: Non probat hoc eſſe, quod contingit ab hoc abeſſe. l. non hoc. C. vnde cogna. l. ad probationem. ff. de probat. & ita ſecundum Paul. de Caſt. dicunt Docto. poſt glo. in l. cùm res. C. de proba. Sed in propoſito Actrices non fuerunt Dominæ directæ, vel vtiles, vt patet ad ſenſum, & dato, quòd fuerint vel ſint; id non probauêre, ergo Marchio ipſe ab ea actione, etiamſi foret inſtituta, eſt abſoluendus, per ſæpè allegatas regulas iuris.

Decimo ſexto confirmatur illud per ea, quæ alibi Docto. volunt: quòd
96. quando agitur de dominio directo, ſeu, quando dominium principaliter deducitur in iudicium: non ſufficit poſſeſsio præterita ad ipſum probandum, niſi ſit tanti temporis, quæ ſufficiat ad præſcribendum, cum alijs requiſitis, longi temporis, puta cum titulo & bona fide; vel longiſsimi, cum ſola bona fide. vt not. in l pen. ff. de conditi. inſtitu. vbi etiam Bart. & glo. & alij, in d. l. cum res. per Io. And. & alios in c. illud, de præſumpt. Sed iſtæ Actrices non probauêre, niſi ſolam alicuius temporis: & quidem clandeſtinam, vel ſaltem tantùm naturalem non iuridicam poſſeſsionem: non autem tanti temporis, vel cum talibus, quòd ex ea reſultet probatio dominij, ergo debent ſuccumbere, & ſibi ipſis imputare, cur egerint rei vendicatione, vel etiam petitione hæreditatis, quæ non datur contra titulo poſsidentem, vel qui ſemel poſſedit bona hæreditaria, vt ipſæ aſſerunt, & oſtenſum eſt in præcedentibus. Debuêre ergo agere vel poſſeſſorio, vel ex conſtitutione l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vel perſonali aliqua actione: quæ tamen ſimiliter ex cauſis per ordinem infrà dicendis non poſſunt habere locum, neque videri intentatæ. ergo adhuc omnibus modis venit abſoluendus illuſtriſs. Marchio.

Decimo ſeptimo corroborantur iſta, Quia adeò hoc verum, vt agens rei vendicatione debeat probare de dominio: etiam ſi & quando agitur contra violentum
97. poſſeſſorem ſecundum glo. & Bal. in l. vis eius. verſ. Quæro hic, nunquid agens. C. de probati. Quare poſito, quòd Dominus Marchio eſſet violentus poſſeſſor:

(cuius

(cuius contrarium apparebit ex his, quæ paulò pòſt dicentur) tamen neceſſe fuerat per ipſas Sorores ſeu Actrices, ſeſe Dominas eſſe, vel dominium habere, probare, non obſtante etiam violentia Domini Marchionis, & quæ in contrarium præterea alia allegari poſſent: debet etenim agẽs originalem cauſam ſuæ intentio- 98
nis probare. l. creditoris. & ibi Bal. in 2. nota. C. de pigno. actio. Vnde agens rei vendicatione directa, vti in dominio præſumitur, ſecundum Specu. in tit. de acti. ſeu petitione. §. 2. verſ. quod ſi velit ipſe, in tit. de procura. §. fi. verſ. ſed nunquid agens, ſi probat de dominio vtili, ſuccumbit. Ita notabiliter Ange. de trien. & ſemiſs §. illud quoque, poſt glo. ibi. et inſtit. de actio. §. ſed iſte. Alex. de Imo. conſil. 121. incip. Viſo proceſſu cauſæ, in 1. parte, allegando, Bart. in l. 1. ff. de actio. & oblig. circa 7. col. in verſ. quæro quid ſi aliquis. & l. ſi iuris. §. eundem. ff. de excepti. rei iudi. vbi etiam not. per glo. et per not. Anto. de Butrio, in c. examinata, circa antepenult col. extra de iudic. & per not. in l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euicti. Sic et agens Publiciana probãs de directo dominio ſuccumbit, ſecundum Ang in prę allegatis locis, poſt glo. pro tantò fortius, quando neutrum probauit: vt eſt in propoſito noſtro. Ergo, &c.

Decimo octauo poteſt etiam ex alio comprobari, quia agens, ex vna cauſa deducta in petitione, ſi probat de alia, non debet obtinere. l. habebat, in princ. ff. de inſtituto. et per Innocen. in c. ex parte Abbatiſſę, de priui. & in c. 1. de litis conteſt. 99
Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. Benè facit l. ſi is, ad quem. ff. de acqui. hære. maximè iunctis ibi notat. per Modernos: & præcipuè per Paul. de Caſt. ibi. nam ibi vult, quòd adhoc, vt quis poſsit adire hæreditatem, debet ſcire, ex qua cauſa ſibi delata eſt hæreditas: & ſic, ſi adeat ex teſtamẽto, cùm in veritate ſibi hæreditas tantum eſſet delata ab inteſtato, nõ valeat aditio. Vnde infert ibi Pau. de Caſt. Quòd ſi egi contra te ex cauſa commodati, tamen non probauerim commodatum, ſed depoſitum non poſsim obtinere, poſtquã non egi ex cauſa illa. Ita etiam, ſi egi ad hæreditatem, tanquam illa fuerit mihi delata ab inteſtato, poſito, quòd in veritate eſſet mihi delata ex teſtamento, non poſſum obtinere. Refert & ſimiliter conſulendo Alex. de Imol. conſ. ſuo 121. incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis, in 1. vol Dato ergo, quòd in propoſito intentata eſſet rei vendicatio, et etiam poſſeſſorium vel aliud præter dominium probatum, adhuc Dominus Marchio Reus vel conuentus ex iam dictis eſſet abſoluendus, nec poſſent Actrices eo prætextu quicquam obtinere contra eundem.

Decimo nono fortificantur iſta, Quia etiam agens vna actione, quamuis pro- 100
bet in alia, non deducta in iudicio, ſuccumbit, ſecundum Inno. in c. 1. de litis conteſt. Bart. in l. 1. §. illud. ff. de aqua. quoti & æſti. not. in additionib. Speculi in tit. de actione ſeu petitione. §. ſequitur videre. Benè facit quod not. Guliel. de Cur. in l. de quibus. ff. de legi in 3. col. et in præallegata l. habebat. Et conſulendo etiam Pau. de Caſt. conſ. 48. & in conſ. 215. incip. In cauſa, quæ vertitur in curia. & Alex. de Imo. conſ. 56. incip. Viſo proceſſu cauſæ: alleg. quæ dicta ſunt, & præterea quæ habentur in c. Abbate, cum ibi notatis, de re iudi. in 6. et Anto. de Butr. in c. dudum, de electi. & in c. examinata, de iudi. Et idem Alexand. de Imo. in conſ. 121. part. 1. incip. Viſo proceſſu. Eſto ergo, quòd Actrices egerint actione rei vendicationis, vel alia etiam competenti: tamen quia in illa non foret probatum, ideo Marchio illuſtriſs. iterum debet abſolui, dato etiam, quòd probauerint in talia actione non competenti, vel inſtituta etiam competenti et habili, ſed deficiente probatione. l. duo Titij. ff. de teſta. tute. cum ſimil. ibi traditis.

Vigeſimo, Quia ipſæ ſorores de A. Actrices & earum hæredes allegando fundant intentionem ſuam, non in iure ſuo proprio, ſed illorum de V. qui ſecundũ eos retinuère vtile dominium, quod non fuerit reuerſum, neq; apertum Domino, & quod ipſi Bernhardus & Guiliel. de V. non potuerint aliquo modo contra ius cõmune, & literas conuentionis initæ ab exiſtentibus de familia V. in præiudicio agnatorum ſaltem, huiuſmodi alienationem vel conuentionem inire cum aliquo, per c. ſi Titius, ſi de feu. fuerit contro. inter. & alia iura pro illa parte, & ad hoc

propo-

propoſitum allegata. Sed certum et clarũ eſt, agentem non poſſe intentare ius ter-
101. tij, neq; ſe fundare in eo, ſecundũ Bal. in c. §. præterea. in 6. col. verſ. denuo quæro,
de prohibi. feu. ali. per Fride. ibi, ſolutio. Roſr. diſputando determinauit iſtã quæ-
ſtionem, quòd ille extraneus poſſeſſor, qui nullum ius habet, condemnetur pro-
prietario ad reſtitutionẽ fructuũ, nec poſsit opponere de iure tertij præſertim, &c.
Bal. in l. cùm ſeruum, in 1. col. in fi. verſ. item excipiens dicitur. C. de ſer. fugi. Fa-
ciunt quæ voluit Specu. de petito. & poſſ. in princ. & in verſ. ſed nunquid. Et per
Barto. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. per Compoſ. & Canoniſtas poſt eum, in c. man-
datis, de reſcript. & in c. cùm dilectus, de iure patro. Quare & modus agendi ſem-
per eſt, & eſſe debet in conſideratione. Bald. vbi proximè. in verſ. & adde, quòd
modus agendi. C. de ſer. fug. & in l. etiam, in 1. col. circa medium. C. de furtis. 3. q.
6. c. is quippe. Inno. in c. ſuper literis, in 2. col. ſuper glo. ſua, in verſ. in communi
forma, de reſcript. Et ſic vel propterea Marchio iterum & abſq; dubio debet abſol-
ui.

Vigeſimo primo comprobatur etiam illud, quia Actor ex non iure aduerſarij
102. non poteſt obtinere, nec quidquam cõſequi. Caſus eſt in l. 1. ff. ſi pars hæredi. pet.
Et voluit Paul. de Caſt. in conſ. ſuo 3. incip. In facto iſto quatuor ſunt videnda. ibi,
tamen actores ſuccumbere debent, ſi de iure ipſorum non docent. l. fi. de rei vendi.
quia actor non nititur nec obtinere poteſt ex non iure rei, ſed ex iure ſuo, alleg. d.
l. 1. aliâs ſecundum eum abſoluitur poſſeſſor, iure quo poſſeſſores ſunt potiores, li-
103. cet nullum ius habeant. l. vt frui. §. quòd ſi fortè. ff. ſi vſufru. pet. & ibidem DD.
Vnde eſto etiam, quòd Marchiones B. poſſeſſores & conuenti nullum penitus ius
haberent: (cuius contrarium tamen ex actis, & ſuprà dictis, ac infrà dicendis ma-
nifeſtiſsimè conſtat, & colligitur) tamen omnino etiam hac ſola ratione ſunt abſol
uendi, cum refuſione expenſarum.

Vigeſimo ſecundo, Quia qui remittit actionem, non admittitur ad eam, neq;
104. auditur amplius, Ideo remittentibus iura ſua non datur regreſſus. l. item quæritur.
§. ſi venditor. ff. edi. edict. l. ſi iudex. ff. de minori, de conſecra. diſt. 4. c. quæris. & 7.
q. 1. c. 1. quia periculoſum. Spec. in tit. de confeſſ. §. nunc videndum reſtat, verſ.
vlt. quæritur. & verſ. ſeq. Poteſt etenim quis renunciare fauori per ſe introducto,
105. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, vbi tex. ibi, cum alia regula eſt iuris antiqui,
omnes licentiam habere, his, quæ per ſe introducta ſunt, renunciare: ac etiam glo.
Bart. & alij, l. fi. §. pen. in fi. & in d. l. ſi iudex. c. ſi diligenti, de fo. compe. cum ſimi.
quæ renunciatio quidem vim pactionis obtinet. l. poſtquam liti. C. de pactis. l. ta-
106. le pactum, in princ. ff. eo. titu. Et in terminis noſtris, quòd propriè ſpoliatus ante
107. omnia reſtituendus poſsit renunciare priuilegio reſtitutionis fiendæ ante omnia
expreſsius, firmat Abbas in c. 1. de reſt. ſpol. & Ant. Corſe. in tractatu ſuo, Spo-
liatus ante omnia, fallen. 46. vbi voluit tolli hanc actionem, quando poſt ſpolia-
tionem factam interuenit conſenſus ſpoliati. Sed dictæ quinq; ſorores Philippi de
A. & earum hæredes, renunciarunt poſſeſſorio, actionibuſq; eius prætextu inten-
tandis, vel quæ intentari poſſent remiſerunt, vt patet ex actis, & etiam compromiſ-
ſo facto. Vnde dato, quòd de mente ſororum fuerit interdicto aliquo voluiſſe vti,
& quòd verba libelli etiam illud inferrent: tamen quia renunciatum eſt, non poſ-
ſunt obtinere: ſed debet ipſe Dominus Marchio etiam tunc propterea, diffinitiuè
vel ſaltem, ab actione abſolui in omnem modum.

Vigeſimo tertio confirmantur iſta, Quia renuncians iuri ſibi competenti
108. cenſetur etiam ſe obligare ad non petendum: vt notab. declarat Bar. poſt Iaco. de
Arena in l. mæuia, §. 1. per primum tex. cum glo. ff. ſolu. matri. & Bart. in l. iube-
mus, C. ad Velleia. Bal. in l. etiam. eod. tit. Canoniſtę in c. peruenit, extrà, de empt.
& vendi. Inſignis præceptor meus Bartholo. Socci. in conſ. ſuo 189. incipiente,
Viſo teſtamento Dñe Mariane, in fi. ergo obſtabit his actricibus exceptio vel du-
plicatio pacti de non petendo poſſeſsionem, quam amiſerunt, & aliâs fortè conſe-
qui potuiſſent, per ea, quæ allegata ſeu deducta, vel etiam in iudicio proteſtata, l. ſi
vnus. §. pactus ne peteret, cum plenè ibi notatis per Barth. & Docto. ff. de pactis.
& in

& in l. amplius. ff. rẽ ra. hab. in l. ſi prius, in 2. oppoſ. ff. de noui ope. nunc. Quin-
imo huiuſmodi pactum de non petendo, vel non conueniendo, impedit proceſ-
ſum, & parit duas exceptiones, ſcilicet, declinatoriam & peremptoriam, ſecundum
Bal. in Marga. in verbo, pactum, verſ. 1. Et ſic iterũ debet propter iſta cum refuſio- 109.
ne expenſarum & intereſſe abſolui Marchio à petitione ipſa, maximè in poſſeſſo-
rio, ſi eſſet inſtituta, & nequaquam condemnari.

Vigeſimo quarto, & quidem fortius ſtringendo materiam, ad propoſitum ad-
duco regulam propriè, & quaſi in terminis noſtris, quæ habet, quòd in poſſeſſorio 110.
obſtat exceptio renunciationis, vt probatur in c. ſuper hoc, de renun. & c. accepta.
de reſtit. ſpolia. vbi agenti poſſeſſorio obſtat exceptio ſpontaneæ renuntiationis.
Spec. in tit. de peti. & poſs. §. fi. verſ. 24. allegat. c. 1 de reſtit. ſpoli. cum ſimil. Licet
clarum ſit, quòd poſſeſſorium multis gaudeat priuilegijs, vt in l. 1. C. ſi per vim,
vel alio modo. c. in literis, de reſtit. ſpolia. & d. l. ſi quis à ſe fundum. C. ad l. Iuliam,
de vi publ. & quidem multò fortius obſtabit agenti poſſeſſorio retinendæ vel a-
dipiſcendæ, non ita priuilegiato. Arg. auten. multo magis. C. de ſacroſanct. eccl.
Et in illo Euangelio: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet, ad Galat. &
præſertim quando eſſet tunc facta renunciatio in iudicio, vel coram iudice, vt in
caſu noſtro videtur, quo cauſa veſtitur calore iudicij: & eſt potentioris efficaciæ, 111.
vt habetur in ſimili, in l. cùm oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſs. tuto. & in l. eum pro
quo. ff. de in ius vocando. & in l. ſi quis vxore. §. ſi ſeruum fugiti. ff. de furtis. c. 1. de
iudic. Siue ergo in propoſito actum fuerit reſtitutorio ſiue adipiſcendæ ſiue reti-
nendæ, repellendæ ſunt actrices dicta exceptione; & erit Marchio B. & ſic reus
vel conuentus iterum & omnino abſoluendus, modo quo ſuprà.

Vigeſimo quinto, quia arbitria ad inſtar vel ad imaginem iudiciorum ſunt 112.
redacta, l. 1. ff. de arbi. Specu. in tit. de proba. §. fi. de probati. verſ. hoc quoniam.
& in tit. de action. verſ. ſed an filio, & de arbi. in princ. ſuntq́ ſtricti iuris, ſecun-
dum Bal. in l. non ſine. C. de bon. quæ liber. in 2. col. verſ. ſed in contrarium. Et
nõ comprehendunt niſi expreſſa in eis. et propterea conſueuit dici, eſtq́ ipſa veri-
tas, Quòd poteſtas arbitrorũ vel arbitratorum pendet ex compromiſſo, nec ipſam 113.
formam compromiſsi excedere poſſunt, l. non diſtinguemus. §. de officio. & in
§. fi. ff. de arbi. c. cum dilectus, extrà eo. & dicitur quædam ſpecies tranſactio-
nis, vt in Auten. vt differen. iudices. §. 1. quæ ſimiliter dicitur ſtricti iuris, ſicuti 114.
quodlibet aliud pactum ſeu conuentio. l. ex conuentione. C. de pactis. Neque
enim extenditur de vna perſona ad aliam, neque de vna re ad aliam. l. vnus. §.
ante. ff. de pact. & ibi Bar. Specul. in tit. de accuſa. verſ. ſed pone. Et ideo pa-
ctum de vno capitulo ſpecialiter factum non debet extendi ad aliud; & pactum
directi domini non nocet vtili. Specu. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 80. & verſ. il-
lud autẽ. Sed compromiſſum in propoſito factum fuit in vel ſuper petitorio, Ergo
non debet extendi ad poſſeſsionem; & per conſequens Marchio erit abſoluen-
dus, quatenus de poſſeſsione ageretur interdicto aliquo, vel conſtitutione etiam
legali.

Vigeſimo ſexto, Quia quotienſcunque aliquis habens tenutam, vel na-
turalem poſſeſsionem, & alius ciuilem: tunc habens illam non habet neceſſe of-
ferre libellum, vel iudiciario ordine procedere: ſed poteſt propria authoritate ex- 115.
pellere talem naturalem poſſeſſorem vel detentorem, quaſi turbetur ſua ciuilis per
huiuſmodi detentionem, vt not. glo. in l. 1. C. vnde vi. & inſtit. de interdict. §. re-
tinendæ. & l. 1. §. interdictum. & ibi plenè per Bart. ff. vti poſsi. Et ſic non exigitur
libellus, nec vllus alius ordo iudiciarius, iuxta ea, q̃ habetur in Cle. ſæpè, de verb.
ſigni. Firmat hoc cõſulendo Raph. Fulgo. cõſ. 230. in princ. vltimę columnæ. Sed
Marchio, vt Dominus rerum feudalium, habuit ciuilem poſſeſsionem earũ, abſq;
vlla hæſitatione, vt eſt glo. ordinaria in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſeſs.

in l.

116. in l.ſi vt certo.§.ſi duobus. ff. commoda, quæ cauſatur ex directo dominio remanente penes Dominum,c.1.§.ſi.de inueſtit.de re,alie.fact. & ſatis patet in definitione feudi,per Feudiſtas in principio ſeu proœmio vſuũ feud.& Bal.in c.1. quid ſit inueſtitura.& in l.1.43.q.ff. de re. diuiſi. ergo licuit ſibi rem feudalem propria autoritate ingredi & occupare, ac etiã ipſas ſorores detẽtatrices,vel ſaltẽ nõ iuridicos poſſeſſores expellere vel amouere de naturaliter tãtùm per eas poſſeſsis rebus.

117. Vigeſimo ſeptimo,Quia poteſt quis etiam ſine violentia,clàm vel furtiuè, & quidem ſine licentia ſuperioris,intrare poſſeſsionem,quæ ſibi ablata eſt. Ita Inno. & alij in c.olim,de reſtit.ſpolia. Refert & ſequitur Paul.de Caſt. in conſ. 35.incipiente,Priuſquàm iura fierent.in 2.col.Quinimmo niſi hoc faceret vel feciſſet Dominus feudi,ſtatim amiſiſſet naturalem,etiam ante negligentiam: per ea, quæ notan.per Bart.in l.ſi ideo.§.ſi fortè.ff. de acqui.poſſeſſ.& per Inno. c. querelam, de electi.in glo.quæ incipit, Dicunt quidam, maximè ſtando per decennium, vt ibi

118. notatur per eum:cùm etiam ignorans occupatam, negligens per 10.annos recuperare,perdat ciuilem per obliuionem.l.furtum.§.1.ff.de vſucap.not.in l.ſi id, quod in principio.ff.de acqui.poſſ.per glo.Inſtitu.de vſucap.§.quod,& l.licet.C. de acqui.poſſ.per glo.& Inno.in c.2.de in integ.reſtit.in 1.col.ibi,fateor. & Ioan. Andre.in addit.Specu.de petit.& poſſ.in fi.Sig.conſ.75.in 6.col.verſ. vel quod dicti. & Pau.de Caſt.conſ.197.in 2.col.verſ. quod autem illa principia. et Maria. Socci.in conſ.38.in 8.col.verſ.7.principaliter. Sed in propoſito, tempore ingreſſus ſorores non fuère in naturali poſſeſsione, ſed abſentes: ideo potuit Marchio (dominus feudi,habens ciuilem) clàm naturalem illam ingredi,& ſurtim ablatam ſibi poſſeſsionem recuperare etiam naturalem, ne tempore vel negligentia perdat ipſam ciuilem,abſq; pœna iuris:ideo abſoluendus erit,vt dixi ſæpè.

Vigeſimo octauo confirmantur iſta, Quia ratione ciuilis poſſeſsionis propria

119. authoritate poteſt apprehendi naturalis poſſeſsio, etiam per alium apprehenſa. l. clam.§.fi.ff.de acqui.poſſ.& hoc ratione ſuæ poſſeſsionis conſeruandæ, vt not. in d.l.quemadmodum.§.1.ff.ad l.Aquil.& l.fi.§.ſi ianuam.ff.quę vi aut clam. Cùm ergo Marchio,vt Dominus feudi,ciuiliter poſſederit dictum caſtrum & villam, cũ ſuis vel eorum pertinentijs, vt ſua propria, ſaltem directi dominij iure, ſecundum quod proximè oſtenſum fuit & comprobatum per glo. ordina. in d.l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.poſſeſſ.cum concord.ibi traditis, ergo potuit, ratione poſſeſsionis illius ciuilis conſeruandæ, ingredi & expellere naturalem poſſeſſorem vel detentorem. Et eſto, quòd authoritate propria dictus Marchio, ita, vti pars aduerſa

120. ſeu actrices aſſerunt,ingreſſus eſſet:magis tamen præſumendum, (vt etiam verum eſt) id factum ratione ciuilis & iuris ſui conſeruandi, quàm alio modo vel cauſa. ſecundum not.in l.fluminum, in §. fi.ff. de dam. infect.& arg.l.cùm creditor.ff.de furtis.& l.meritò.ff.pro ſocio.Ergo erit abſoluendus Dñs Marchio ab actione inſtituta,etiam in poſſeſſorio,&c.

Vigeſimo nono illud roborari poteſt authoritate Petri Phili. Cornei Peruſ. qui etiam conſulendò hæc voluit in conſil. 193.in 3.vol.in 2.col.allegando Bart.

121. in l.3.in quarta.q.principali. C.de pignori. dicens: quòd habens ciuilem poſſeſsionem poſsit habentẽ naturalem propria authoritate per vim expellere, ne amittat ſuam ciuilem,per ea quæ habentur in l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſſeſſ.& in l.Colonus.& in l.cùm fundum.ff.de vi & vi arma.in l.1.§.cum igitur e tit.nec videatur variaſſe,prout nec ſui moris ſit,ab eo quod dixit in l.2.C. de iure emphite.diſtinguendò caſum,quo non amittit ciuilem,à caſu, quando ſcilicet amitteret ciuilem,vt eſt in propoſito noſtro: in quo niſi ingreſſus fuiſſet Marchio,ciuilem perdidiſſet.Et idem Pet.Philip.Corne.in conſ.91.in 8.col.& in conſ. 280.in 2.col.in eo.vol.3.dicens,præualere poſſeſsionem ciuilem poſſeſsioni naturali in tantum,quòd ciuiliter poſsidens poſsit naturaliter poſsidentem & turbare & expellere de poſſeſsione,pro tuenda ſua ciuili, quam aliàs perderet per ſuperius allegata: et ea,quæ habentur in l.ſi de eo.§.ſi fortè.ff.de acqui.poſſeſſ.cum ſimilib.ibi trad.vel ſaltem poteſt inſiſtere in ipſa re, pro tuenda ſua ciuili poſſeſsione,

ne, d. l. ſi de. §. ſi forte, vbi tex. imputat ciuiliter poſsidenti, ſi non adipiſcitur
naturalem, per alium retentam: nam ex negligentia perdit ſuam ciuilem, vt eſt ibi.
ſecund. cum tex. Quare nihil erit Marchioni noſtro imputandum, ſi maluit pro
ſua ciuili poſſeſsione conſeruanda expellere vel inſiſtere in re, non obſtante, quòd
alij contenderent ſe eſſe poſſeſſores: & quidem etiam ſe verè naturaliter poſſediſſe,
quod tamen negari poteſt, & dici, quòd detinuerint tantùm. Et ſic iterum erit ab-
ſoluendus ipſe Marchio conuentus.

Triceſimo declarando firmatur illud, quia clarum eſt, Dominum feudi poſsi- 122.
dere ciuiliter res conceſſas alteri in feudum, per ea, quæ ſuprà in 26. fundamento
deducta ſunt, maximè glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſeſs. Quæ quidē
poſſeſsio non cenſetur deperdita, ſed continuata: quia qui ſemel poſſedit præſumi- 123.
tur poſſeſsionem continuare, niſi probetur amiſſa, vt per glo. & Docto. in l. ſiue
poſsidetis. C. de proba. notant Docto. in c. cùm ad ſedem, extra, de reſtit. ſpol. &
in c. olim. è tit. ſaltem ſi is, qui olim poſsidebat aſserat, ſe poſſeſsionē continuaſſe:
put habentur in dictis iuribus. ſolo etenim animo retinetur poſſeſsio, l. 3. §. in amit- 124.
tenda. & l. quemadmodum. ff. de acqui. poſſeſs. & l. licet. C. è tit. cum ſimil. nec
mutatus præſumitur animus, ſed continuatus, l. eum qui mutatam. ff. de proba. &
l. non ad ea. ff. de condi. & demonſtra. & de his, quæ conſiſtunt in animo, ſtatur
dicto eius, de cuius animo agitur, ut not. glo. ſingularis in §. alie, inſtitu. de actio- 125.
ni. Cùm ergo Marchio ipſe & ſui aſſeruerint ipſum poſſediſſe, & adhuc hodie poſ-
ſidere, illorum aſſertioni erit ſtandum donec contrariū probetur. & ſic de iure ha-
buit hanc licentiam: Ideo debet abſolui iterum per iura proximè allegata.

Triceſimo primo comprobatur illud etiam authoritate inſignis & clariſsimi
viri Domini Bartholo. Soccini, digniſs. præceptoris mei, in diuerſis locis, & con-
ſulendo in conſ. 17. col. fin. in fi. verſ. prima concluſio, ibi. nam ſi primi eſſet fini- 126.
ta locatio, & ſecundi locatio nulla eſſe potuiſſet, locator propria authoritate expel-
lere cōductores in re exiſtentes ratione ciuilis poſſeſsionis, quam tenebat, vt decla-
rat ſecund. eum Bart. notab. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti poſside. & per Bal.
in l. 2. in 10. q. C. de ſeruitu. & aqua. & latè moder. & ipſemet Soccinus in d. l.
clam poſsidere. § qui ad nundinas. ff. de acqui. poſſeſs. Modò ad propoſitum. In ſi-
mili: ex quo feudum fuit finitum & apertum Domino per mortem Philippi ab A.
ultimi poſſeſsoris: certè poſſeſsio nō tranſiuit ad hæredes .l. cū hæredes, in princ.
ff. de acqui. poſſeſs. cum ibi not. per glo. & Doct. & illa naturalis, de nouo quæ-
ſita, per prædicta fuit nulla. Ergò licuit Domino Marchioni ꝓpria authoritate in-
gredi, & expellere etiam ſorores ipſas, earundemq́ maritos, ſi fuiſſent in poſſeſsio-
ne aliqua naturali: & maximè, cùm ille non dicatur, turbare vel expellere, qui facit
(vt in propoſito) animo conſeruandi poſſeſsionē. Ita dixit notabiliter Florianus
de ſancto Pe. in l. quicquid. ff. communia prædi. nemini etenim iniuriā facit, qui 127.
iure ſuo vtitur. l. iniuriarū. §. 1. ff. de iniurijs. l. fluminum. in §. 1. & l. Proculus. ff.
de dam. infect. cū ſimilib. Vnde Marchio nulli fecit iniuriā, cùm vſus fuerit iure ſuo.

Triceſimo ſecundo fortificantur illa pro hac parte, Marchionis ſcilicet & con-
uenti; quia poſsidens naturaliter & ciuiliter poteſt quemlibet alium deijcere pro- 128.
pria authoritate. Ita Bal. in l. certa, in fi. C. vt in poſſeſsionem lega. Sed Domi-
nus feudi, (vt oſtenſum eſt) ciuiliter abſq; dubio poſsidet. cui quidem poſſeſsioni
ciuili per mortem vaſalli decedentis ſine hærede maſculo, ipſo iure conſolidatur
naturalis poſſeſsio, quæ extitit apud vaſallum: imò defuncto vaſallo abſq; hære-
dibus maſculis de agnatione, poſſeſsionem naturalem ſiue corporalem illorū bo-
norum feudalium reuerſorum & apertorum Domino, potuit apprehendere: quia 129.
ciuilis eo caſu trahit ad ſe naturalem poſſeſsionem. verba ſunt Bal. in l. 1. in q. 41. ff.
de rer. diuiſi. & in c. cæterùm. de indi. in c. 1. quid ſit inueſtitura. in l. neque. C. de
vſufruct. Refert & ſequitur Iaſon, & ceteri moder. in d. l. clàm. §. qui ad nundinas,
in finalib. verbis. ff. de acqui. poſſeſs. Et ideo non mirum ſi poteſt ſine iudicis au-
thoritate Dominus & poſſeſsor de re à ſe poſſeſsa ſuum facere uelle & placere, l.
quemadmodū. ff. ad legem Aquil. l. ſi vitem. §. qui ad ianuā. ff. quod vi aut clàm. l.

ſi ſeruus. C.quod cum eo. Præterea priuatio, quę fit naturaliter, ſolo temporis curſu, vel morte vaſalli ipſo iure aperit viam collatori. Vnde non mirũ ſi inueſtiturã ſibi apertam facere poteſt: nec eſt opus, quòd declaretur vel confirmetur per iudicem: quia iure contractus expeditur abſq; vlla cõtrouerſia iudiciorum. Et certè hic non fuit neceſſaria actio, neq; petitio, quæ nõ competit plenè & pacificè poſsidenti. l. 1. §. interdictum. ff. vti poſside. quod patet ex his verbis: quia ſolus temporis curſus & natura ſupplent: ſecundũ iudices, arg. l. qui fundũ. ff. quemadmodũ ſerui. amitta. Si ergo licitè Dñs Marchio huiuſmodi poſſeſsionẽ arripuit, vt ciuilis & naturalis poſſeſſor debet abſolui ab actione inſtituta, etiã in poſſeſſorio recuperando.

Triceſimo tertio poteſt fundari ius & exceptio Domini Marchionis, ac eius abſolutio, in eo: quia illud, quod licitum eſt in emphiteoſi, eſt etiam licitum in feudo: niſi probetur illicitum, vt not. in l. de quib. ff. de legi. & voluit Bald. in loco
130. ſtatim allegando: Valet etenim argumentũ de emphiteoſi ad feudum, & econtrà: vt voluit Specula. in tit. de feudo, §. quoniam, verſ. 40. & verſ. idem quoque iuris. Barto. in l. vt iuſiurandi, §. ſi liberi, paulò poſt principium, ff. de operis liber. & in l. quod dicitur, in penult. col. verſ. induco ad quæſtionem, ff. de verb. oblig. & ibidem etiam Alex. de Imol. in vlti. col. & Bal. in authen. ſi quas ruinas, in 4. col. in verſ. vt probatur, C. de ſacroſan. eccl. Ioan. de Imol. in c. potuit, in antepenult. charta, de locat. Iacob. de Alua. & alij in c. 1. quib. modis feudũ conſtitui po. & in c. 1. an agna. vel filius, Barholo. Cæpol. in c. 1. de cogni. feudi, verſ. venio ad ſeptimũ, in 5. parte principali, verſ. 31. & Canoniſtę in c. 1. de feudis. et Imoleñ. Alexan. cõſulendo in conſ. 87. parte 4. & alij in alijs diuerſis locis & cõſilijs. Sed licitum
131. eſt: emphiteotã propria autoritate expellere poſt tẽporis curſum: nec eſt opus iudice: vt not. in l. 2. C. de iure emphit. & ibi DD maximè moderniores in authen. qui res iã dictas, C. de ſacroſanct. eccle. Ergo etiã licitũ fuit et eſt in feudo, morte vaſalli ſine herede maſculo aperto. Et ꝑ conſequẽs Dñs Marchio iterũ venit abſoluẽdus.

Triceſimo quarto adduco pro deciſione huius quæſtionis autoritatem Baldi, decidentis illã in terminis, & quaſi ad verbũ in 1. volumine, in conſilio 301. ꝓponitur, ꝙ Petrus tenebat in 2. col. in verſ. in cõtrariũ videtur: quia quod ipſo iure fit,
232. tollit neceſsitatẽ ad iudicẽ veniendi. l. quæ ſub cõditione, §. fi. ff. de condi. inſtitu. & ff. de noui ope. nuntia. l. de pupillo, §. habet aũt. Præterea Dñs de ſuo iure poteſt
133. diſponere nemini citato: ſicut poteſt vẽdere & ꝑmittere nemine requiſito: dum tñ alius nõ habeat ius in rei veritate. l. dudũ, C. de contrah. empt. l. nemo, ff. de pactis. Nam quoad aliũ pertinet liberas ædes habet. l. loci corpus, §. cõpetit, ff. ſi ſerui vendi. l. in concedendo, l. Proculus, ff. de aqua pluui. arcen. Niſi eſſet datus alius ordo à iure. l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. puta ordo p̃ſtationis, ſecundũ eum, l. ſi tamẽ, ff. de lega. 2. l. neceſſe, ff. de in diem addict. Facit quod not. in l. tutor ſi petitus. ff. de tuto. & l. 2. §. expectandum. ff. de poſſ. ſecund. tabul. l. ſi poſt mortem. §. fi. de poſſ. contra tabu. allegando etiam quæ dicta ſunt: & reſpondendo ad c. ſi quis aduocatiam, aliâs, quicunq; aduocatiam, vbi neceſſaria ſit ſententia, & debet proponi conditio ex moribus ad priuandum: quoniam ibi non facto naturę currentis, ſed vitio vaſalli delinquentis debet feudum auferri: & iſtã partem putat veriorẽ, dicẽs, ita de cõſuetudine ſeruari. Cùm ergò licuit Marchioni de iure id facere, non poteſt condemnari: ſed debet abſolui ab impetitione inſtituta, etiam in poſſeſſorio per prædicta.

Triceſimo quinto comprobari poteſt etiam illud, Quia dato, quòd ipſa naturalis poſſeſsio non fuerit conſolidata cum ciuili, ſed apprehenſa per ſorores quinq; ipſius Philippi, ſitq; ipſis quæſita: tamen illa per Dñm feudi ciuiliter poſsidentem
134. potuit eis ꝓpria authoritate auferri ꝑ regulã generalẽ et naturalẽ, q̃ habet, Vim vi repellere quẽ poſſe. l. vt vim, ff. de iuſti. & iure. l. 1. §. vim. & l. 3. §. cùm igit. ff. de vi & vi arma. l. ſcientiã. §. qui cùm aliter. ff. ad. l. Aquili. & plenè in tex. glo. & Doct. in l. 1. C. vnde vi. & quidem nedum propulſare iniuriam in perſonam illatam, vt dictis iuribus: ſed etiã quando infertur rebus, ꝓpria authoritate, ſaltẽ in cõtinenti, licet. vt ſecundum oẽs Docto. eſt tex. & ibi pen. glo. in c. olim, el, de reſtitu. ſpolia.

allegans

allegant l. 1. §. vim.ff.de vi & vi arma. & alia iura ſuprà deducta. & dñs Antho.
in ſuo tractatu fallentiarũ 24. et meliùs præfatus inſignis meus præceptor domi-
nus Bartho. Socci. in conſi.ſuo. 87.incipieñ. Viſis inueſtitura.in 14.col.verſi.ex
quibus clariſsimè concludendũ.in 30.vol.nouiter impreſſo:ibi etiã ſubijciens mi-
rabile verbum,apud me nunquã auditum,ꝙ præſupponatur,huiuſmodi defenſio-
nem vel recuperationem fore in cõtinenti factam,etſi nõ probaretur,& dicit, illud 135.
dñm Alex.de Imo.probare,in l. non ſolũ.§.ſed vt probari,in fine.ff. de noui ope.
nunci.in fi. vbi egregiè locutus eſt defenſando opinionem Barto.quam dicit tene-
re totum mundũ,ſaltem quãdo apparet pro batũ ex parte Rei, ꝙ interuenerit cau-
ſa,quæ poterat facere actum eſſe licitum, arg. l. merito.ff. pro ſocio. Et reſpondet
obiectis ibi & plenius & copioſius idem Alex.in conſil.ſuo 14.in 3.vol.incipieñ.
ponderatis & narratis in themate.in 3.col.verſi. præterea apparet ibi:Et ideo po-
ſito, ꝙ aliquod eſſet indicium, ꝙ dictus Iacobus vulneraſſet Boniſaciũ, eſt potius
præſumendũ, ꝙ hoc fecerit eò,quòd fuerit primò percuſſus per dictũ Boniſacium,
vt latius ibi per eum. Ex quo ergo & iure naturali & humano permittendo hoc fe-
cit dñs Marchio, nullam pœnã,etiam reſtitutionis,meretur incurrere.l.Gracchus.
C.de adul. Infertur autem violentia in rebus,turbando Dominũ in ſua poſſeſsio- 136.
ne ciuili,ne illa, aut eius effectus (quæ ſunt cedere & colligere fructus) haberi va-
leant.vt not.in l.3.§.ex contrario.ff.de acqui. poſſeſſ.Sed ipſę ſorores quinq;, vel
earũ mariti, occupando naturalẽ poſſeſsionẽ, turbarunt per violentiã dñm feudi
in ſua ciuili poſſeſsiõe,Ideo potuit vi reſiſtere,& occupatã poſſeſsionẽ recuperare:
vt latius p Barto.& alios in dictis locis,quicquid dixerint Dy.& Cy. & quidã alij.

Triceſimo ſexto fortius ſtringendo illud. Si enĩ expulſio eſt licita cõtra eum,
qui aliquem vtraq; poſſeſsione priuat,ſaltẽ in cõtinenti pręallegatis iuribus,Ergo
multo magis & à fortiori contra eum,qui dũtaxat priuat naturali, retenta ciuili:in
qua dicitur continuò turbari per retentionem naturalis. l. 1. in fi. cum l. ſequenti.
ff. vti poſsidet Per quam turbationem continuò etiam videtur inferri iniuria: vt 137.
per Barto.in l.extat. ff.quod me.cauſa.Et ſic habet illa retentio, naturalis, & tur-
batio, & per conſequens vis, & iniuriæ illatio, continuam cauſam & ſucceſsi-
uam. Igitur poſsidens ciuiliter dicitur ſemper in continenti iniuriam propulſare.
Sicut in ſimili eleganter dixit Bal in l. vis eius. C. de probatio. ꝙ incarceratus de
facto poteſt ſemper reſiſtere eũ de facto incarcerãtẽ,& ſemper,donec incarceretur,
cenſeatur in cõtinenti reſiſtere: & etiam ſi poſt mille annos (ſi poſsibile foret) ap-
pellaret,dicitur tamen infra 10. dies appellaſſe.Et quod alij in d. l.3.§.cùm igitur,
de vi & vi arma. & Ange. in l. ſi ventri, de priui. credi. Ponta. in l. 1. §. 1. ff. de
verb.oblig.Et ideo videmus etiã,quem poſſe in continenti poſt receſſum de domo
offendere intrantem domũ, vigore ſtatuti, ꝙ intrans domum poſsit impunè offen- 138.
di. Barto. in l. quod ait.§.ait.ff. de adul. Alex.de Imo.in conſil. 24. in 2. parte, in
6. col. allegando Bal. in pulchra quæſtione, vt ibi per eum. Ita modò dicamus in
propoſito noſtro,vt ſemper in continenti dicatur facere Dñs, cùm cominus in ſua
ciuili turbetur,& afficiatur iniuria, per iam dicta, & quæ latius in eiſdem locis ha-
bentur.Quare cùm nihil eſt,quod Marchioni obijci valeat ſubſiſtenter: ſaltem de-
bet ipſe abſolui,& minimè condemnari.

Triceſimo ſeptimo fortifico illud. Nã licet Dño, in cuius ſolo factũ fuit ædi-
ficiũ,clam vel vi ipſum propria authoritate demoliri.d.l. ſi vitem.§. qui ad ianuã. 139.
ff. quo vi aut clam.l quemadmodũ.ff.ad l. Aqui.per Barto.in l. 1.§.nunciatio. ff.
de noui oper.nunci. Eodem modo dicendũ, vt liceat Domino ciuiliter poſsiden-
ti expellere violentum vel etiam clandeſtinum poſſeſſorem propria authoritate.
Quod etiã ſuadere videtur ratio naturalis,& quodammodo incõuincibilis. Nam
ſi verum eſſet, ꝙ non liceret poſsidenti ciuiliter expellere propria authoritate na-
turaliter poſsidentem: ſequeretur maximũ abſurdum,et magna iniquitas,& ꝙ da- 140.
retur occaſio & materia delinquendi:nam ſic quilibet poſſet ingredi poſſeſsionem
alicuius eo abſente & haberet Dominus, ſi ſibi hoc, ſcilicet propria authoritate ex-
pellere & recuperare poſſeſsionem, non liceret, poſtea reuerſus,& non admiſſus,

ire per anfractus iudiciorũ, donec ipſum à ſua reamoueret poſſeſsione: quod eſſet
contra rationem, iniquum & abſurdum, ac minimè concedendũ vel tolerandum.
Primum ꝙ ratio naturalis hoc ſuadeat probatur in l. ſcire. §. ſufficit. & ibi glo. ff.
de excuſa. tuto. l. cum ratio. ff. de bo. dan. Ioan. And. in c. ex eo, de elect. in 6.
maximè vbi lex deficit, per tex. not. ſecundum Ange. in l. ſi idem cum eodem. ff.
141. de iuriſdict. om. iudicum: eſt enim clypeus legis optimus: vt voluit Bal. in l. 1.
§. in principio, in 1. notab. C. de cadu. tollen. Secundum de abſurditate, in l. cũ
patrem. & ibi Bal. C. de condi. inſti. in Cle. 2. de magiſ. c. in geneſi, de elect. Ter-
tium, notatur in l. ex facto. ff. de vulg. & pupilla. c. ſuggeſtum, de deci. de pœni.
diſti. 3. ille rex. & Bal. in l. 1. §. ſed & ſi quis. 2. col. C. cõmunia delegatis. Quar-
142. tum, ꝙ materia delinquendi nõ debeat dari, ſed præſcindi, habetur in Cle. 1. & ibi
Cardi. de teſti. c. 2. de conceſsi. præbend. cum ſimi.

Triceſimo octauo ad propoſitum Alexand. de Imo. in l. ſi. in prin. ff. vti
143. poſsit. & in d. l. 3. §. cùm igitur, in fine. ff. de vi & vi arma. vbi per expreſſum vo-
luit quòd turbans quem in poſſeſsione ex continenti poſsit repelli, ſed ex interual-
lo turbari. Sed dominus Marchio etiamſi nõ eſſet verè expulſus, tamen ex quo nõ
fuit admiſſus ad poſſeſsionem veniens fuit turbatus in ſua ciuili, vel illa propter
ſuſpicionem priuatus, & tunc in continenti turbando, vel expellendo occupan-
tes, recuperauit vtranque poſſeſsionem, ſcilicet naturalem & ciuilem in continen-
144. ti. Quod quomodo intelligitur, erit in arbitrio iudicis, vt habet per Alex. de Imo.
in d. l. 3. §. cùm igitur, de vi & vi arma. Ange. in d. l. ventri. §. fi. ff. de priuile.
credi. & Ponta. in d. l. 1. §. 1. ff. de verb. obliga. vbi etiam alij, maximè moderni.
Quomodo autem in propoſito iudex, ſeu domini iudices poſsint id non in conti-
nenti factum arbitrari, quod fuit ſtatim à tempore ſcientię, quinimò etiam non ad-
miſsionis, quando denegatus ſibi extitit ingreſſus, non video, taceo, quòd vti ſu-
prà eſt oſtenſum, dominus habens ciuilem, quandocunq; poteſt detentorẽ, vel na-
turaliter poſsidentem expellere. Eſto etiam illud non fieri in continenti, & quod
ex cauſis ſuprà deductis nullum poſſeſſorium locum ſibi vendicet cõtra Marchio-
nem, dominum feudi, & poſſeſſorem ciuilem per ibidem allegata, tamen

Triceſimo nono comprobatur iſtud ſaltem in clandeſtino poſſeſſore, quòd
ſcilicet ille, qui poſsidet ciuiliter, ſi inueniat ſuam naturalem poſſeſsionem rerum
immobilium fore clam occupatam ab aliquo, poſsit talem clam deſtinatum poſſeſ-
145. ſorem per vim expellere. Ita notat glo. in l. 1. §. fi. cum l. ſequenti. ff. vti poſside-
re. & ibi plenè per Bart. & glo. & Bart. in l. 1. C. vnde vi. & glo. inſtitu. de inter-
dictis. §. retinendæ. & Bal. in ſua diſputatione accuſatus de vi turbatiua, in 3. col.
Ang. in l. vt vim, in fine. ff. de iuſti. & iure. & in l. à diuo Pio. §. ſi poſt aditum.
ff. de re iudi. Inno. in c. olim. Cl. 1. de reſtitu. ſpolia. Alex de Imo. conſ. 99. in 4.
col. in verſ. & ad oſtendendũ. & in 8. col. in 5. vol. Sed ſic eſt in propoſito, quod
dominus feudi poſsidet ciuiliter, vt patet ex dictis ſuprà, quæ ſuperfluitatis eui-
tandæ cauſa non repetenda duxi, & reperit naturalem poſſeſsionem occupatam
ab ipſis quinque ſororibus, vel ab earum maritis, & quidem clandeſtinè, vt oſten-
detur inferius. Et ſatis apparet ex deductis. Ergò potuit iuris licentia illos etiam
per vim expellere ipſe Marchio. Er per conſequens etiam abſoluendus tanquam
innocens.

Quadrageſimo firmatur illud, quia poſſeſsio illa dicitur clãdeſtina, vel clan-
146. deſtinus poſſeſſor, quando quis ingreditur poſſeſsionem rei abſque iuſta cauſa, &
ſcit vel ſcire debet alium ſibi moturum controuerſiam, dicta l. clam poſsidere. in
prin. vbi hoc omnes notant. & c. olim, de reſti. ſpolia. glo. & doct. in l. 1. C. vti
poſside. Bart. in l. ſi de eo. §. fin. ff. de acqui. poſſ. Et non ſolùm qui ſuſpicatur
147. ſibi controuerſiã fieri, reſpectu poſſeſsionis, ſed etiã reſpectu dominij, ſeu proprie-
tatis. Ita Bart. ibi. & in d. l. 1. §. interdictum. ff. vti poſside. Bonus textus in l.
ancillam. ff. de vſucapi. pro ſuo. Tria enim ſecundum Paul. de Caſt. in d. l. clam
videtur requiri ad hoc, vt poſſeſsio dicatur clandeſtina. Primum ꝙ vacet naturali,

ſecundum,

ſecundum, q̃ primus poſſeſſor ignoret ingreſſum ſecundi: tertium, quòd non ſub-
ſit iuſta cauſa, quare ſecundus ingreſſus fuerit, quod regulariter præſumitur, quia
ſciuit, vel ſcire debuit, rem illam ad ſe non pertinere. Sciens enim rem non ſuam,
ſcit alienam, l. cùm quærebatur, in fi. C. vnde vi. ibi: Ridiculum enim eſt dicere vel 148.
audire, q̃ per ignorantiã alienam rem aliquis quaſi propriã occupauerit. Omnis
autem ſcire debet, quod non ſuum eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, vnde
debuit talis ingrediens vel occupans ſuſpicari ſibi controuerſiam fieri de iure vel
de facto, vt ibi poſt glo. per eum. Sed hic ſeu in propoſito vacauit naturalis, qua-
tenus non fuit conſolidata ciuili, Marchio ignorauit ſororum ingreſſum, nec affuit
iuſta cauſa ex parte ſororum vel maritorum ingredientium, ſaltem probabiliter.
Ergò earum poſſeſsio fuit clandeſtina, & per conſequens vitioſa. Et etiam quæ
potuit à domino & ciuiliter poſsidenti propria authoritate occupari, et ſic reus ite-
rum abſoluendus etiam hac ratione.

Quadrageſimo primo fortificantur iſta, quia cùm fœminæ ſaltem regulariter
in feudo non ſuccedant. c. 1. §. & quia vidimus. tit. qui feud. dare poſſ. & alijs iuri-
bus inferius allegandis, & præſertim quando tenor inueſtituræ, qui ſemper eſt at- 149.
tendendus. c. 1. de duo. fratri. à capi. inueſt. c. 1. de fratri. de nouo benefi. inueſt.
c. 1. de ſucceſſ. feu. & c. 1. per quos fiat inueſti. & ibi doct. illas excludit. vt eſt in
propoſito, propter verbum maſculinum. Quoniam qui illos vocat, fœminas
excludit, ſaltem in materia feudali. Imò & communiter vocans, præfert maſculum
fœminæ. vt eſt textus in c. 1. §. quinetiam. & ibi doct. Epiſcop. vel Abb. vel Ab-
batiſ. & de ſucceſſ. feu. in prin. & in tit. de eo qui ſibi hæredibusq; ſuis maſcul. &
fœmi. c. 1. Quare non habent iuſtam cauſam, neque titulum probabilem ſaltem;
& per conſequens habuêre clandeſtinam poſſeſsionem, iuxta ea, quæ habentur in
c. licet cauſam, de proba. not. Bart. in l. ſi duo. in prin. ff. vti poſside. Iacob. Butri.
in l. incerti. C. de iudi. et potuere per dominum, & ciuiliter poſsidentem expelli.
Et ſic iterum Marchio erit abſoluendus.

Quadrageſimo ſecundo corroboratur illud adhuc fortius, quia nedum in ma- 150.
teria feudali, de qua proximè, ſed etiam in omni alia, per verbum maſculum, ſeu
maſculinum excluduntur fœminæ, Textus eſt in c. Rainaldus, de Teſtamen. &
ibi Hoſtieñ. Goffre. Io. Andre. & alij, in verbis ſubſtitutionis, ſi abſq; filijs maſcu-
lis moreretur &c. l. 1. & ibi Bart. de verbo, ſignifica. in l. quicunque. ff. de ſeru. fu-
gitiu. c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. coniuncto c. mulieres, de ſenten. excom. cum ſi.
quod etiam quando non eſt additum verbum maſculis, nec ſumus in materia, in
qua ſpecialiter ſit prouiſum regulariter non comprehendatur fœmina, vt feudo-
rum ſcilicet. & voluit etiam Bart. in l. cùm auus. ff. de condi. & demonſtra. refert
& ſequitur dominus Abb. Panormitanus conſulendo etiam in 4. conſil. 36. inci-
pien. Videtur primò, q̃ ſic: vbi vltra alios poſuit rationem differentiæ. Nam ver-
bum maſculum propriè conuenit viris, & non fœminis. Eſt enim diminutiuum,
& ducitur à mas maris, addito culus, vt dicit ſecundum eum Papi. & nomina ap- 151.
pellatiua ſunt immutabilia ab homine, & permaximè ſunt attendenda ſecundum
Bal. in rubri. C. de impube. & alijs ſubſti. & arguitur ab eis, vt in proœmio ff. verſ.
in re iſta. Hinc eſt, q̃ error in eis viciat legatum, vt legitur, & notatur in l. ſi quis in 152.
fundi vocabulo. ff. de legat. 1. Et ſic appellatione maſculi non venit fœmina, cùm
hoc appellatiuum denotet diuerſum quid à fœmina. l. quæritur. ff. de ſtatu homi.
etiam in alia materia, non feudali. Cùm ergò de iure non veniant, & ſic non ha-
beant iuſtam, ſed iniuſtam cauſam, ipſæ actrices, nec quidem etiam coloratum ali-
quem titulum, præſumuntur poſſeſsionem clandeſtinè quæſiuiſſe dictis locis, &
per dicta per Alex. de Imo. in conſil. 51. & conſ. 90. in 1. vol. & potuere expelli
per dominium, & ciuiliter poſsidentem, qui etiam conuentus propterea debet ab-
ſolui, vt ſæpè dixi.

Quadrageſimo tertio probatur illud idem etiã alio, et quidẽ forti fundamento,
quia poſſeſsio magis noua, vel iunior præſumitur clandeſtina, vitioſa & iniqua, 153.
antiquior verò iuſta. c. licet cauſam, de proba. in c. ſæpè. de reſti. ſpol. notant.

doct. in l. 1. C. depoſiti. Bart. & alij in l. ſi duo, in prin. ff. eo. ti. cum ſimili. & vo-
lunt omnes in diuerſis eorum conſilijs, maximè Alex. de Imo. 36. pen. & vltima
col. & conſil. 90. per totum, incipiente: Viſis acutiſsimis, in 2. vol. & conſ. 118.
& ſequenti, incipiente: In cauſa & lite vertente, in 2. vol. & cõſ. 82. in 5. col. verſ.
dato. & 79. per totum, maximè in vltima col. in 3. vol. & conſilio 35. in 4. col. in
prin. dominus Pet. Philip. Corneus conſilio 33. in litera o. in 4. vol. 283. in li-
tera q. in eodem vol. inſignis præceptor meus Bart. Socy. conſilio. 266. verſ. 2.
eadem cõcluſio. & in cõſilio 39. 2. col. in 3. eius volumin. nouiter impreſſo. Fran-
ciſ. de Curt. in conſ. ſuo 76. col. 5. in prin. & alij in alijs locis. Sed Marchio illu-
ſtriſsimus antiquior fuit poſſeſſor, quia omni tempore habuit ſaltem ciuilẽ, & poſt
mortem vaſalli ſtatim etiam naturalem cõſolidatam cum ciuili, quam ad ſe traxit,
vti deduxi, & comprobaui ſuperius in 32. fundamento, & ſtatim etiã de eo ſub-
ijcietur aliquid, vnde ſorores poſtmodum ingreſſæ, vel earundem mariti erunt no-
ui & iuniores poſſeſſores, & per conſequens cõtra eoſdem tanquã habentes clan-
deſtinam minus iuſtam, imò & vitioſam poſſeſsionem, ac pro Marchione noſtro
pronunciandum, abſolutoriaq́ ferenda.

Quadrageſimo quarto præterea illud fortificatur, quia eſto etiam, quòd ſoro-
res habuiſſent antiquiorẽ poſſeſsionem, & ꝙ tantùm haberetur reſpectus ad illam
naturalem poſſeſsionem corpore actualiter quæſitã, vt ſic primò fuerit ſororibus,
deinde per occupationem Marchioni quæſita ipſa poſſeſsio naturalis, & per con-
ſequens: Marchio ſit cenſendus iunior, ſeu eius poſſeſsio, ſororũ verò antiquior,
adhuc Marchio ipſe eſſet potior, & obtinere debet, ar. l. fi. C. de edic. diui Adri.
tollen. cùm quia habuit poſſeſsionem titulatã de iure cõmuni, quæ eſt alteri præ-
ferenda, & non clandeſtina cenſenda. & ſic etiam noua prodeſt. Bald. in l. ordina-
154. rij, C. de rei vendi. idem Bald. in quæſtione accuſatus. de vi turbatiua. Antho. de
Butr. & alij in d. c. licet cauſam. & refert & ſequitur Franciſ. de Curt. cõſ. ſuo 24.
in 2. col. & dominus Laurentius Brixianus conſ. 37. in 1. col. et dominus Andreas
Barba. conſ. 11. 2. vol. cùm quia cenſetur antiquior licenterq́ acquiſita. ita Bald.
ad literam in d. c. licet. allegando Iacob. de Are. in l. quotiens. C. de rei vendi. idem
155. Bal. in l. non ignorat. C. ad exhiben. Ang. in l. quotiens. C. de rei vendi. Quia ex
quo conſtat de iure, & titulo, noua poſſeſsio nõ præſumitur clandeſtina. Bal. vbi
ſuprà. & in l. 1. C. de ſeru. fugit. & Ang. in l. 1. C. vti poſside. Tantò enim eſt iu-
ſtior poſſeſsio, quàntò magis eſt à iure & proprietate cauſata, & multũ prodeſt ti-
tulus & poſſeſsio iuſtificata, niſi poſſeſsio aduerſarij ſit antiquior titulo. Ita per-
pulchrè declarat Bal. in repetitione l. data opera, in fine. C. qui accuſa. non poſſ.
& in d. l. non ignorat.

Quadrageſimo quinto cõprobatur hoc permaximè, ſi diceretur intentatũ re-
medium, c. reintegrandæ. Canon. 3. q. 1. quod eſt ſatis pingue & latũ inter omnia
156. remedia poſſeſſoria, ſecundum doct. in d. c. ſæpè. & dñs Socyn. conſilio 39. in 3.
vol. & alij in alijs locis, tamen quoniã illud non datur contra titulo poſsidentem,
niſi res eſſet vitioſa, vt violenta vel furtiua. Ita decidit apertè Bart. & Ang. in l. rem
quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. & cum eis tranſit Io. de Imo. idem tenet Bart. in l.
ſi. §. ſed cum in 2. C. de furtis. et Bald. in l. 2. C. eod. Ang. in l. ſine autem. §. ſi duo-
bus. ff. de publitiana. et Ang. in l. ſi coloni. vbi etiã Antho. de Baru. et Io. de Plat.
C. de agri. & cenſi. li. 11. vbi pro hoc etiam allegant Spec. in tit. de petit. et poſſeſ-
ſo. verſ. ꝙ ſi peto. Idem firmant Ang. in conſ. 113. incipiente: Dictus libellus. &
in conſ. 490. incipiente: In quæſtione prædicta. Paul. de Caſtro, in l. & ratio. §. ve-
neratius. ff. de condi. furti. per rationem l. ſine autem. §. ſi duobus. ff. de publi. Quia
etiamſi agens haberet titulum, & cecidiſſet à poſſeſsione, quæ perueniſſet ad aliũ,
cum titulo & bona fide, excluderetur agens, etiamſi reus habuiſſet titulum à non
domino propter titulum, & præſumptam bonam fidem rei cohærentem, vt in d. §.
ſi duobus. Ita Alex. de Imo. conſulendo conſ. 118. in 2. vol. & inſignis præcep-
tor meus in conſ. 266. in 6. col. Secundò eadem concluſio probatur, quicquid di-
xerint Inno. Anth. de Butr. Abb. in d. c. licet contrarium ſcientes, et male, et cõ-

tra

tra communẽ. Sed Marchio poſsidet cum titulo iuris ſui et cõmunis, propter aper-
tionem, vel caducitatem rerum feudalium, & quidem ſine vitio violentię vel clan-
deſtinitatis, vt patet ex præcedentibus. ergo præferendus & abſoluendus eſt.

Quadrageſimo ſexto confirmari poteſt hæc ſententia pro parte domini Mar- 157.
chionis ex eo, quia exceptiones detractiuæ vel deſtructiuæ poſſeſsionis, vel cõclu-
dentes ad defectum Actoris vel actionis, ſunt admittendæ etiam contra agentem
poſſeſſorio recuperandæ, quantumcunq; quæſtio ſpoliationis ſit priuilegiata. Ca-
ſus eſt in terminis, in c. ex parte. de reſtitu. ſpolia. vbi exceptio minoris ætatis tem-
pore contractus matrimonij obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, cuius ratio aſ-
ſignatur ibi in textu. Quia propter defectum conſenſus ratione minoris ætatis, nõ
fuit poſſeſsio matrimonialis tranſlata. & ſic patet, φ obiectio talis exceptionis de-
trahit poſſeſsioni agentis. Ergo etiam obiectio erat admiſsibilis. Sic etiam ſi Actor
dicit: Fui ſpoliatus, peto reſtitui, reus excipit, ego defendo poſſeſsionem: te iuris
licentia, vel in continenti deieci, vel dicat: tu poſsidebas ſub cõditione, vel tu renũ-
ciaueras poſſeſsioni, erit admittenda cõtra agentẽ poſſeſſorio recuperandæ in cau-
ſa principali. Admittuntur enim exceptiones huiuſmodi, quæ detrahunt poſſeſ-
ſioni agentis, ſecundum domi. Geminia. in conſil. 44. 1. col. domi. Philippus De-
cius in conſil. ſtatim allegando. Sed exceptiones domini Marchionis ſunt detra-
ctiuæ poſſeſsionis agentis, cùm quia licitum dño feudi, & habenti ciuilem expelle-
re occupantes naturalem, vt 26. & 27. 28. 29. & ſequentibus fundamentis, cùm
quia illa deiectio in continenti facta, vt in 35. & 36. motiuo, tum etiam quia re-
nunciatum eſt poſſeſſorijs, vt in 22. confirmatiuo plenius deduxi & comprobaui,
quæ omnia prætereo, & breuitatis ſtudio non repeto. In propoſito ergò admiſ-
ſibiles fuêre, & in iure fundatæ. Et propterea Marchio ipſe conuentus abſoluen-
dus.

Quadrageſimo ſeptimo corroborantur prædicta, quia agenti interdicto, vnde 158.
vi vel alio poſſeſſorio recuperandæ obſtat notorius defectus proprietatis, vt ele-
ganter voluit Antho. de Bur. in c. in literis. col. 16. de reſtitu. ſpolia. poſt Inno.
in c. conſtitutus. de filijs presbyte. & c. ſignificaſti, de diuor. & ibi Inno. illud no-
tauit per gloſſ. in c. ad decimas, de reſtitu. ſpolia. in 6. per Bal. in l. naturaliter. §. ni-
hil commune. ff. de acquir. poſſeſs. & ibidem Alexand. de Imo. & cæteri moder-
ni, in 16. col. verſ. decimo fallit. & idem Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi. in
vlti. col. & de pace conſtantiæ, verſ. reſtituatur, per Ang. in l. ſi quis à ſe fundum.
C. ad l. Iuliam, de vi publi. per dominos de Rota, concluſione 395. ſecundum or-
dinem quorundam. & idem Alex. de Imo. in conſil. 77. in cauſa & lite, & col. pe- 159.
nul. in 2. vol. comprobatur, quia videmus, dicit ipſe, φ quanquam contra agentem
recuperandæ poſſeſsionis nõ poſsit opponi exceptio dominij, vt l. ſi quis à ſe fun-
dum. C. ad l. Iuliã, de vi publica. & l. ſi maritus. C. de donati. inter vir. & vxor. ta-
men fallit, ſi de dominio, ſeu iure rei conuenti euidenter ſeu notoriè conſtaret, vt in
c. ſignificantibus. & ſecundum eum notatur glo. magis, in c. fina. de reſtitu. ſpo-
lia. li. 6. cum ſi. & Lanfrancus de Brixia, in repetit. rubri. de cauſa poſſeſs. & pro-
prict. col. 5. verſ. ſecunda limitatio. & dñs Anth. Corſætus, in tractat. ſpoliatus
ante omnia, in 5. fallentia, allegando vltra prædicta Abb. in c. ex parte, circa fi-
nem, de reſtitut. ſpolia. & in d. c. in literis. Nouiſsimè etiam conſulendo retulit &
ſecutus eſt clariſsimus dominus Philippus Decius Mediolan. vltimus meus præ-
ceptor in ſtudio Pyſano, in conſ. ſuo 191. in 3. col. in verſ. quarto. vbi allegar pro
magna parte, quæ dicta ſunt. Sed in propoſito noſtro notoriè cõſtat, ex confeſsio-
ne partis aduerſæ, ſeu actricum, & prætereà ex actis de defectu proprietatis ipſa-
rum ſororum, quæ in feudo tanquam inhabiles non ſuccedunt, & de iure atque do-
minio domini Marchionis pleniſsimè, ergo non potuit habere locum remedium
aliquod recuperandæ poſſeſsionis, & ſi potuiſſet inſtitui, tamen poſtquam noto-
rietas apparet collapſum eſt, & nõ attendendum, & per conſequens Marchio ipſe
ab actione inſtituta omnino abſoluendus, vt ſæpè dixi.

Quadrageſimo octauo, ſtrictius firmãdo illud, q̃d ꝓximè dixi , & probando
160. notorietatẽ defectus ꝓprietatis, dico clarũ ſeu notoriũ, cauſari ex cõfeſsione par-
tis in iudicio, ſeu iudiciali.l.ictus fuſtiũ ff.de infami.Bal.in l.ꝓperandũ,in ſi.prin
cipij.C.de iudi.Ang.in q̃ſtione.Aſtenſ.miles. Specul.in titu.de notorio crimine.
Alex.de Imo.in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſtod.reo.&in l.nã & poſtea.§.ſi damnet.ff.de
iureiur. Ioan.& Anth.de But.in c.cũ ſpeciali.§.porrò de appella.Itẽ & ex actis &
161. probationib.factis in iudicio,vt notat in c.ex inſinuatione,de appell.in c.cũ olim.
in fi. Vbi etiam dominus Abb.& alij,de verb.ſignifi.Bal.in authen.ad hæc.C.de
vſur. per l.qui ſententiam.C.de pœnis.& idem Bal. in l.1.C.quom.& quan. Iu-
dex.Petrus de Succzaria,in l.ciuis.C.de appella.& Ange.in l.ij.in fi. C.de tẽpo.
appella.Et quicquid in iudicio probatum eſt,dicitur eſſe notorium, vt notat An-
tho.de Butri. in c.fi.in 6.notati per illum textum de tempor. appel.dictus domi-
nus Philippus Decius in præallegato loco.&in dicto c.ex inſinuatione,de appel-
162. la.& etiã præſumptiones iuris.Ita Io.An.in addi.Specul.in rubri. de reſtitu.ſpo-
lia.But.in d.c.in literis.& Rota decifione 14.aliâs 15. & dominus Antho. Cor-
ſæ.fallentia 16.Sed in propoſito,extrà & in iudicio,conſtat ex confeſsione parti-
um aduerſarium,& præterea ex probationibus in actis inſertis,Marchionem fore
dominum. Et conſtat de iure ſuo,& ipſas ſorores vt fœminas in feudo non ſucce-
dere,ſed illud domino apertum,& ſic etiam de earum actricum non iure & defe-
ctu proprietatis.ergò non ſunt reſtituendæ,etiam in caſu,quo haberent locũ poſ-
ſeſſoria,cuius tamen oppoſitum ex prædictis colligitur. & per conſequens erit &
eſt Marchio abſoluendus omni modo.

163. Quadrageſimo nono comprobatur illud etiam alia ratione,quia agenti interdi-
cto recuperandæ obſtat exceptio alterius ſpoliationis,c.finali,& c. cum dilectus,
de ordi.cogni.Ita dominus Abb.in c.bonæ.de appella.col.penul.verſ.quarta dif-
ferentia eſt,vbi etiam Philippus de Peruſio, & alij moderni. & dominus Bartho-
lomæus Zepolla Veronenſis,in conſi.60 4.col.in verſ.circa ſecundum,ibi:& pri
mò,quia illa regula,quæ dicit, ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, non habet
locum,quando reconuenitur ſuper alia ſpoliatione eiuſdem rei, allegat dictum c.
fi.de ordi.cogni. ſi ergo hoc in reconuentione, multò magis in exceptione. Nam
cui datur accuſatio, illi & multò magis dabitur exceptio iuribus vulgarib. partiũ,
ſuprà allegatis.&l. inuitus.§. cui damus.ff. de reg. iur. refert & ſequitur præfatus
Dominus Philippus Decius,conſulendo etiã in dicto conſ. 200. in verſic.30. hoc
expreſſe & bene facit ſecundum eum, quod notanter voluit Paul. de Caſt.in con-
ſilio 35. incipien: Priuſquàm iura fierent, col. penul. verſ. 3. ſimiliter vbi voluit,
quòd diſpoſitio,l.ſi quis à ſe fundum. C.ad l.Iul.de vi publ.dum ibi habetur, quòd
ſecundò ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, procedit,quando ſecunda ſpoliatio
fuit par vel maior quàm prima,aliâs ſecus. & in breuibus verbis Anth. Corſætus
in 2. fallentia ſui tractatus, ſpoliatus ante omnia. Sic dicamus modo in propo-
ſito,quòd ſcilicet ſororibus agentibus obſtet exceptio alterius ſpoliationis earum
primæ, & maximæ. Ex quo illa ſecunda non eſt par vel maior prima , ſed longè
minor,quinimò nulla, cùm ſit facta ab habente ciuilem poſſeſsionem, & quidem
naturalem, conſolidatam cum ea, & qui potuit iuris licentia propria authoritate
occupare,vti viſum eſt ſuperius in multis fundamentis pro hac parte factis. Ergò
obſtabit eis talis exceptio,&ꝑ cõſequẽs Marchio abſoluẽdus ab actiõe inſtituta.

Quinquageſimo firmatur eadem Concluſio, quia regula illa, quòd ſpoliatus
ante omnia debeat reſtitui, de qua latè d. l. ſi quis à ſe fundum.Oldra.conſil.223.
incipiente,Iſtæ ſunt allegationes. & latè per Alex. de Imo. in d. l. naturaliter. §.
164. nihil commune, de acquir. poſſeſ. procedit & eſt vera, niſi conſtaret de dominio
ſpoliantis,vel ſtatim velit probare. c. cum eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & proprie.
c. cum ſuper eodem. c. decimas, de reſtitu. ſpolia. in 6. Bal.in l. pen. in vlt. col.
verſic.vltimo,nota. C.ſi à nõ cõpeten.iudi.Paul.de Caſt.etiam conſulendo.conſ.
40. aliâs, & ſecundũ ordinem meorũ eſt 39.incipien: In cauſa capturæ.Romanus
conſ.499.in præmiſſa col. ij. allegat Hoſtien.& Imo.in c.accepta, de reſtit. ſpolia.

vbi

vbi etiam dominus Abb. dum ſaluat Inno. in 2. col. quod etiam eſt verum, ſi ſpo-
liatus probet de legitima poſſeſsione & ſpoliatione, vt eſt glo. in d. c. 2. in fine, de
reſtitu. ſpolia. in 6. in glo. in ver. præſumitur. Bart. Veronenſ. conſil. 40. 4. col.
Alex. de Imo. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. in 8. & 9. col. & dictus domi-
nus Decius in præallegato conſ. ſuo 191. in ſecunda impreſsione, quia prima nõ
attingit hunc numerum, in 4. col. in verſ. 8. Ad idem facit allegatũ d. c. cum dile-
ctus. in verſ. verum de ordi. cogni. & ibi Antho. de Butri. & Bartholom. Vero-
nenſ. in præallegato conſ. in 4. col. in ſecundo dubio. & Specu. in tit. de petit. &
poſſeſſ. §. ſi. qui incipit, quoniam, in 2. col. in verſ. 29. Sed in propoſito conſtat
de iure clariſsimo, & de dominio domini Marchionis ex literis reuerſalibus, ex
actis, ex libello, ex confeſsione propria actricum, videlicet ex inſpectione, & dili-
genti penſitatione verborum, in diuerſis locis eorundem. Ergo & permaximè nõ
debet reſtitui, nec habere locum tale poſſeſſorium, & per conſequens Marchio do-
minus rerum ipſarum abſoluendus erit iterum ab actione inſtituta, ſit qualiſcun-
que velit.

Quinquageſimo primo cõfortatur illud, quia quando agens poſſeſſorio recu-
perandę patitur procedi, & fieri probationes ſuper proprietate, & dominio rei cõ- 165.
uenti. Nam tunc obſtat exceptio proprietatis agenti poſſeſſorio recuperandę. Ca-
ſus eſt in c. 1. de reſtitu. ſpolia. in ratione textus, dum vult, ꝙ quotiens de volun-
tate agentis ſcilicet poſſeſſorio recuperandæ eſt cognitum de proprietate & do-
minio, nunquam habet locum regula, ꝙ ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ſi
cognitum eſt de dominio patiente eo qui agit poſſeſſorio recuperandæ. Nam de-
bet obtinere ille, qui de dominio agit. d. 1. & voluit Io. de Imo. in d. l. naturaliter.
§. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſ. & poſt eum Alex. de Imo. in 8. col. verſ.
contra Bart. & 9. col. verſ. 14. fallit. & ante illos hoc voluit Inno. in c. cùm Ber-
tholdus, de re iudi. not. in d. c. 1. de reſtitu. ſpolia. Bartho. Cępolla cautela 153.
Cardi. in Clemen. 2. 10. notabile, de iudi. Sibi etenim imputet ſpoliatus, ꝙ ad
vlteriora proceſsit. Bal. in l. 1. in pen. col. in verſ. vel pone aliud exemplum. Et
ibi Petrus de Succzaria. C. de appella. per l. Chirographis. §. 1. ff. de adminiſt. tu-
torum. Antho. Corſetus in præallegato tractatu, in 3. fallentia, maximè quando
vtrumq;, ſcilicet petitorium & poſſeſſorium intentantur ab eadem perſona ſpolia-
ta, vt eſt textus in c. cùm dilectus, de ordi. cogni. & voluit glo. in d. c. in literis.
vt idem in fallen. nona. Sed in propoſito noſtro iſtæ quinq; ſorores actrices paſ-
ſæ ſunt cognoſci de proprietate, & dominio, ac etiam de eis fieri probationem, &
cætera iuxta formam compromiſsi induci atque proponi. Ergo non debent in
poſſeſſorio audiri, neq; ante oĩa reſtitui, ſed dominus Marchio, qui habet domi-
nium & poſſeſsionem ſaltem ciuilem & naturalem olim conſolidat-m, nunc verò
veram, & ſic potentius ius, abſolui per iam dicta.

Quinquageſimo ſecundo adduco pro hac parte, quia quando ſpoliatus petit 166.
ſe reſtitui cõtra ius, non eſt audiendus, ſed exceptione repellitur, ſecund. Bald. in
titu. de pace cõſtantiæ. §. omnes. in prin. in verſ. reſtituatur, hoc dicens, poſt Odo-
fredum ibi eſſe caſum. & in c. conſtitutus, de filijs presbyterorum, vbi etiam Inno.
Nam qui expreſsè iniuſtum petit, ineptè agit, vt notatur per Inno. & alios, in c. 167.
1. de off. Vicarij. Bal. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. fue. appell. & in l. 1. C.
ne liceat poten. Andre. Barba. in Cle. 1. de re iudi. & nouiſsimè etiam hoc vo-
luit & ſecutus eſt Antho. Corſet. in tractatu ſuo, ſpoliatus ante omnia in 4. fallen-
tia, & in 13. allegando Bald. in l. ſi quis conductionis, circa finem. C. loca. Sed hic
ſeu in propoſito ipſæ quinq; ſorores, & earũ hæredes vel mariti petunt cõtra ius, et
omnes regulas eius, & cõtra tenorem inueſtituræ quidem, ex qua prætendunt, &
volunt ſuccedere in feudo maſculino. Eſt eñ regula negatiua in iure, vt fœminę in
feudo nõ ſuccedant, d. c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poſſ. cum ſi. & hoc
propter infectam radicem. ar. l. ſi viua mater. C. de bon. mater. & alijs rationibus,
de quibus ibi per omnes. Sed regulæ tenaciter eſt inhærendum, donec probetur
exceptio.

exceptio.l.oĩs diffinitio.& ibi glo.ff.de regul.iur.per Bart.& moderniores latè,in
l.quotiẽs.ff.ſi quis cautio.nec recedendũ à tenore & perſonis inueſtituræ,quoniã
in ſtipulatione vel pacto nulla perſona cõprehenditur, nec ſubauditur in materia
feudali, quæ nititur ex cõſuetudine niſi nominata & expreſſa, vel de qua ſit cogi-
tatum.l.quicquid aſtringendæ.& l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.
oblig.ſecundum Iacob.de Belui.in c.1.de eo,qui ſibi & hæredibus ſuis.Bald.in c.
Obertus,in fine principij,de feudi cogni.Franciſ.de Curt.in conſil.49.in 10.col.
Sed iſtæ quinq; ſorores etiam non nominatæ,neq; expreſſæ,imò non cogitatæ,in-
tendunt ſuccedere, vt patet ex deductis in feudo maſculino,ergo debent repelli,&
non reſtitui,ac Marchio ipſe ab earum impetitione abſolui.

159. Quinquageſimo tertio fortificatur illud, quia qui habet regulam iuris pro ſe,
habet præſumptionem etiam pro ſe iuris, & ſic fundatam intentionem hoc primũ
probatur in c.ad decimas,de reſtitu.ſpolia.in 6.Alex.de Imo.in d.l.naturaliter.
§.nihil cõmune.13.col.verſic.fallit & transfert onus probandi in aduerſarium.
Eſt etenim liquidiſsima probatio.l.ſi tutor.cum glo.& ibi Bal.C.de pericul.tuto-
rum.in l.Ita demum.in fine.C.de procura.Ang.in l.ſi quis ex argentarijs.§.præ-
tor.in 2.col.ff.de eden.in l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de indi.in 1.colum.Paul.de
Caſt.in conſ.152.quod incipit: In cauſa quæ vertitur, in prima col.& in conſil.
310.incipien.In cauſa mota per Dorothæam in 2.col. Alex.de Imo.in l.mani-
feſtè.ff.de iureiuran.& in l.abſentem.ff.de pœnis.& quod habetur in l.2.& 3.
C.de teſtamen.Secundum verò probatur in c.1.vt eccleſiaſ.benefic.per Bald.
in l.ſiue poſsidetis.in principio,in 2.notabili.& in 3.col.verſ.ſed quæro.C.de
proba.& in Specu de proba.§.1.verſ.2.vbi plenè.& in §.3.verſ.5.per p̃ſumptio-
170. nem.adeò & in tantum,ꝙ tunc debet eſſe euidentiſsima probatio in contrarium.l.
ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſam.& l.ſi.ff.quod ſine cauſa.Et tunc ſuccedit re-
171. gula,ꝙ quando ſpoliatus habet præſumptionẽ contra ſe,niſi probet,ꝙ iuſto titu-
lo poſsidebit,nõ obtinebit.Caſus eſt in d.c.2.in fi.de reſti.ſpolia.in 6.Cùm ergõ
in propoſito ſorores ipſę & actrices habeant ius cõmune & eius regulas contra ſe,
& per conſequens etiam præſumptionem aduerſus ſe, vt patet ex proximè dictis,
translatumq; ſit onus probandi in illas, certè obtinere non poſſunt, & venit iterũ
Marchio abſoluendus.

Quinquageſimo quarto corroborantur prædicta per doctrinam Baldi,in l.
penult.in vlt.col.verſic.vltimo not.C.ſi à non competen.iudice,allegant,Oldra.
in conſ.171.aliâs eſt 224.incipiente,grauamina quæ fratribus.Sed ſecundum or-
dinem meo um, eſt conſilium 224.incip.Iſtæ ſunt allegationes ſuper iure primo
genituræ.& in conſ.274.incipiente,Quæ vlterius.Quod etiam allegat Antho-
172. nius Corſe.in dicto tractatu,fallen.12.quæ habet, ꝙ quando exceptio oppoſita
contra ſpoliantem,non requirit probationem,non debere reſtitui ante omnia ſpo-
liatum.Quod etiam ſequuntur alij,imò quaſi omnes doctores,in c.in literis,de re-
ſti.ſpol.& Bal.& alij in dicto §.nihil commune, volunt, quòd quando per con-
feſsionem actoris, vel facti notorietatem apparet iudici, poſſeſsionem non debe-
re reſtitui: per ea, quæ habentur in c.ſignificaſti,de diuor.& ibi hoc not.Inno.&
in alijs locis ſuprà allegatis, & per Ange in d.l.ſi quis à ſe fundum.Butri.& in d.
c.in literis.& Antho.Corſætus,in dicto tractatu in 34.fallentia,nõ ſit reſtituen-
da. Modò ad rem. In caſu noſtro exceptio oppoſita dominij & iuris illuſtriſsimi
Marchionis, ciuilis poſſeſsionis & naturalis conſolidatæ, non requirebat,neque
requirit probationem aliquam, ſed fundata eſt in confeſsione partium aduerſa-
rum, in literis reuerſalibus, & iuris communis diſpoſitione, & quidem præ-
ſumptione eiuſdem, pro domino feudi: ergò non debent reſtitui ipſæ ſorores
actrices, neque earum hæredes. Benè facit glo.ordinaria. Io. And.in rubr.de
reg.iur.li.6.circa finem.& Barth.in l.quotiens.ff.qui ſatisda.cogan.l.2.in
1.col.ad finem.ff.ſi quis cautio.Bal.in c.2.col.3.extrà, de alie.iudi.mutand.
cau.fac.Panor.in rubr.extrà, vt lite non conteſtata. Benè probat text.in l.ſuus
quoque.verſ.puto.ff.de hæred.inſtituen.c.venerabilibus,verſ.poteſt quoque,
de ſen-

de ſenten. excōmuni. in 6. cum ſimilibus, in eiſdem locis per moderniores allega-
tis. Et Franciſ. de Curt. conſil. ſuo. 72. col. 1. & ſic iterum illa bona, quæ erant feu-
dalia, remanere debent penes dominum feudi, vt ſibi aperta, ipſeq; ab impetitione
iſta abſolui abſque contradictione.

Quinquageſimo quinto, comprobo illud, quia regula ſæpè dicta, q; ſpoliatus 173.
ante omnia debeat reſtitui, habet locū, quando agitur interdicto recuperandę poſ-
ſeſsionis, ſecus ſi actione, quod metus cauſa, vel condictione ob turpem cauſam, in
qua non ſit ſpoliatio per vim ablatiuam, vel expulſiuam. Ita egregiè Bart. in l. ſi
ob turpem. in 2. oppoſitione. ff. de condi. ob turp. cauſ. Quia tunc obſtat exceptio,
quòd tamen metus ſit purgatus per aliquem poſteà ſubſecutum, vel per conſenſum
expreſſum, vt per Bart. in l. 2. C. quod ſine cauſa. Bald. & alij moderniores. §. ni-
hil commune. per tex. cum glo. in d. c. ſuper hoc idem Bal. in l. penul. ff. de condi.
ob turp. cauſ. & in l. 3. C. quod metus cauſ. & Antho. Corſæt. in dicto tractatu,
fallen. 32. aſsignans illius rationes, de qua ibi videndum. Sed in cauſa noſtra in
concluſione libelli omittitur verbum, vis vel violentia, verum intuenti finem 38.
articuli, dum dicit: **Die armen leut vnd vnderthanen daſelbſt/ zů newer huldung/
die ſeinen gnaden zuthůn/ hälten vnd bewögen/ vnd alſo** &c. Per quæ verba colli-
gitur vis exactiua. l. metum, §. ſed quod prætor. verſ. ſed ex. & l. illud. §. ſi metu.
& l. ſed & partus. §. quæri. verſ. quamuis. & l. ſi mulier. §. ſi metu, cum §. ſeq. ff.
quod me. cauſa. Ideò non cenſentur quinque ſorores vti vel agere interdicto recu-
perandæ poſſeſsionis, ſed potius, quòd metus cauſa, vel turpem cauſam maximè,
ex quo interuenit renunciatio poſſeſſorij, per quam purgata eſt violentia vel me-
tus. Et per conſequens illuſtriſsimus Marchio abſoluendus à tali actione inſtitu-
ta quacunque tali.

Quinquageſimo ſexto idem probatur etiam alia ratione, & quidem iſta. Nam 174.
quando res à malæ fidei poſſeſſore peruenit ad verum dominū, ille qui dicit ſe ſpo-
liatum, nō eſt reſtituendus ante omnia: nec habet tunc locum illa regula cōmunis.
c. cùm dilectus. verſ. verum, extrà, de ord. cogni. et ibi Antho. de Butr. & alij. l.
ſi quis emptionis. §. ſi autem alias. §. ſi verò. C. de præſcrip. 30. annorum, not. per
Spec. in titu. de petit. & poſſeſſo. §. ſi alias quoniam. verſ. 19. cum à malæ fidei,
Barth. Cæpolla Veroneñ. conſulendo. conſil. 60. in 4. col. in verſ. & primo. et
dictus dominus Philippus Decius in præallegato conſ. 191. incipiente, In cauſa,
quæ agitatur. 4. col. Sed ſorores ipſæ quinque, earundemq; mariti fuerunt & ſunt
in mala fide, quia ſciuerunt dominum Marchionem fore dominum caſtri Mun-
delsheim, cum pertinentijs, vt fatentur feudum quo ipſum ſpoliarunt, vel niſi ſeu
conati ſaltem illud ſunt: ergo fuère in mala fide, vel ſaltem non bona, ex quo fœ-
minæ feudorum ſunt incapaces, quibus illud conſtat, vel conſtare debet per regu-
lam c. qui contra iura. de reg. iur. li. 6. l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. li. 11. Tra- 175.
ctando enim vel occupando rem alienam, abſque voluntate domini, creduntur
& præſumuntur in mala fide. l. iniuriam. §. fi. ff. de iniur. cùm & ſcientia rei alienæ
conſtituat eos in mala fide. d. l. fi. C. de acqui. poſſeſſ. cum ſimilibus, in eiſdem lo-
cis allegatis.

Quinquageſimo ſeptimo, corroboratur illud, quod proximè dixi, quia præ-
ſumitur maximè mala fides, quando quis contra ius mercatur, & ſic ex titulo 176.
improbato à lege l. quemadmodum. & ibi per Bart. C. de agri. & cenſi. li. 11.
& in d. regula, qui contra iura mercatur. Idem ex confeſsione, quòd ſciebat rem
eſſe alienam. Ita dominus Abb. in d. c. ſi diligenti. & in c. fi. in fine primæ co-
lumnæ. Alex. de Imo. conſil. 187. incipiente: In hac cauſa, & lite vertente, in 2.
vol. in 2. col. quinimò ſtatim, quòd incipit ſcire rem à ſe poſſeſſam eſſe alienam.
22. q. 2. c. ſi virgo. & notatur in d. c. ſi diligenti. & in c. vigilanti. & c. fi. de
præſcriptio. Prætereà in occupante præſumitur mala fides vſque ad 30. annos.
l. fi. & ibi Bart. C. vnde vi. & in eo qui mittit falcem in meſſem alienam, ſecundum
Bal. in l. fi. 15. op. C. de edic. diui Adriani tollen. Et quia res non ſua facit præ- 177.
ſumi malam fidem, quia ſcire debuit eſſe alienam, per l. fi. in fi. C. vnde vi. Ideò
malæ

malæ fidei poſſeſſor etiam dicitur is, qui ſcit ſe non eſſe dominum. l. Item veniunt. §. planè. ff. de peti. hæred. Bart. in l. illud. in prin. eo. ti. Et præſumitur ex eo, quòd quis prætendit poſſeſsionem in re aliena, quam ſcit alienam, vel ſcire debet, quia non poſsidet cogitatione domini. Bal. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & præſertim quando poſsidet ſine titulo. Bart. in d. l. fi. C. vnde vi. Bartho. Cepolla, in tractatu de ſeruitu. vrba. 120. Et probatur eo ipſo, quòd nō probatur aliquid: ex quo præſumitur bona fides. Barth. & Alex. de Imo. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuq́ priua. Bal. in q. accuſatus. de vi turba. in antepen. carta. Anth. de But. in c. ſi diligenti. de præſcriptio. per Io. Andre. in regula. ſine poſſeſsione, in mercurialibus. Sed iſtæ quinq; ſorores actrices nituntur & mercantur vt fœminæ, contra ius: confeſſæ ſunt rem eſſe alienam, & quidem domini Marchionis. Item ſciunt illam non ſuam: & propterea præſumuntur ſcire alienam. Præterea illam occuparunt propria authoritate, nec poſſederunt cogitatione domini, vt videtur ex earum libello & articulis: nec quicquam probarunt, ex quo præſumatur bona fides. Ergo ſunt in mala fide, & per conſequens, nullo modo reſtituendæ: ſed reus ipſe, ſeu Marchio illuſtriſsimus abſoluendus, per prædicta, & alia inferius etiam ad propoſitum dicenda.

178. Quinquageſimo octauo clarum eſt, quòd Regia vel Cæſarea maieſtas, vt dominus, poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionem: vt notat Bald. de vaſallo, c. cæterum. col. 3. in verſ. pone etiam vaſallus, de feud. allegando glo. in auth. vt de cætero commutia. non fiant. in verſ. damus. col. 3. & idem Bal. in l. 1. 21. quæſt. ff. de rer. diuiſ. Quæ quidem facultas intrandi etiam propria authoritate operatur vt non teneatur reſtituere poſſeſsionem, ſaltem abſq; violentia acquiſitam: vt notat præfatus Bartho. Veronenſ. in d. conſil. 60. incipien. Omiſſa facti ſerie, in ſecundo dubio, col. penul. Et Philip. Decius in ſuprà alleg. conſ. 191. Quodquidem ius & cedi, & in alium transferri poteſt, vt notat Bart. in l. 1. §. vſufructuarius. per illum textum. ff. de noui oper. nunc. & alij, vbi ſuprà. Sed in propoſito dominus Marchio illuſtriſsimus habet iura Principis, & ſine violentia etiam, & quidem iuris licentia adeptus fuit poſſeſsionem, vt ex prædictis facilè colligitur, & proximè dicendum: ergo potuit illud facere, & excuſatur, nec tenetur reſtituere poſſeſsionem. Nam qui aliquid facit iuris licentia, non peccat, nec pœnam meretur. l. Grachus. C. de adulte. 23. q. 4. c. qui peccat &c. cum ſimilibus, in eiſdem locis allegatis.

Quinquageſimo nono probatur etiam ſic: & nunc pono falcem ad radicem
179. hæſitationis huius, ſaltem in poſſeſſorio. Quia quandocunq; vertitur periculum magnum vel maximum, ſi ſpoliatæ res reſtituerentur, puta Caſtellum, vel fortalitium, quia difficile poſtea eſſet agenti ſuper proprietate, recuperare illud Caſtellum, tunc excipiens de dominio & alijs rebus eſt audiendus, & impedit cognitionem ſuper ſpolio, vel ſaltem ſimul terminari debent. Ita ſingulariter dixit Paul. de Caſt. in l. ſi de vi. ff. de iudi. Idem ipſe notat in l. 2. in fin. C. de edict. diui Adri. tollē. adducēdo Inno. in c. literas. de reſtitut. ſpolia. Pro quo optimè facit, quod notat Antho. de Butri. in c. ſi. in 4. col. in verſ. venio ad ſecundam partem, extra de ordi. cogni. vbi dicit, quòd ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus, quando poſſet imminere magnum periculum in reſtitutione. Sed magnum periculum imminere & contingere poſſet Marchioni, ſi prius teneretur vel deberet reſtituere illud caſtrum ſeu fortalicium, de quo eſt quæſtio, & poſtea agere petitorio, maximè his temporibus, quibus militares multa pro arbitrio agunt, & plerunq; concathenati ſibi ipſis regia manu ius dicunt, imò cogunt etiam magnos principes declinare ordinarium, coramq́; non ſuo iudice litigare, & relictis eorum priuilegijs, conditiones iniquas maioris damni vitandi gratia, & contra vel præter voluntatem acceptare & ſequi: ſicuti hoc præſenti in negotio compertum eſt; ergo non ſunt reſtituendæ actrices ipſæ, & earum mariti vel hæredes.

Quæ omnia fundamenta comprobantur etiam authoritate digniſsimi præceptoris mei Bartho. Socy. in conſil. 57. in 15. col. in verſ. ſed tñ his nō obſtantibus.

Vbi

Vbi etiam & inprimis illud fundamentum conſulendo corroborat, ꝙ ſcilicet exce- 180.
ptio notorij defectus iuris agendi poſſeſſorio recuperandæ obſtat ſibi agenti, vt in
c. ad decimas, de reſtitu. ſpolia. et ibi Io. monach. & Io. Andre. in glo. & dñs An-
tho. de Butr. in c. 2. de cauſa poſſeſsion. et propriet. Ange. et moder. quicquid dixe-
rit Bart. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſeſſ. cum concord. ibi al-
legat per dominum Alex. Præterea ſecundo & propius ad rem, quia quando non 181.
poſſet fieri reſtitutio ſine irreparabili præiudicio, ſi admitterentur iterum ſorores,
earumq; filij vel mariti ad poſſeſsionem, poſſent poſtea vi retinere, prout in Ger-
mania hac tempeſtate per nobiles tentatur, & experientia docet, quæ eſt rerũ opti-
ma magiſtra, c. quàm ſit, de electi. in 6. igitur non eſt fienda reſtitutio. Vnde ſecun-
dum eum in propoſito dicit Paul. de Caſt. in l. 2. C. de edict. diui Adria. tollen. ꝙ
quando agitur recuperandæ reſpectu fortalicij vel Caſtri propter dubium recupe-
rationis obſtat exceptio dominij.

Sexageſimo confirmatur illud per ea, quæ eleganter dixit Bartho. in l. ſi alius. §.
belliſsimè in fine. ff. quod vi aut clam. ꝙ ſi quis pateretur magnum damnũ, quando 182.
res ab eo acciperetur, poſſet illã propria authoritate capere. et voluit Ludo. de Ro-
ma. in l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. circa ſi. ff. de acquir. poſſeſſ. Ergo nõ te
nebitur dñs Marchio prius illud Caſtrum cum adhærentijs reſtituere, ꝙ cognoſca-
tur de iuribus ſuis, per prædicta. Quod idem etiam refert & ſequitur conſulendo
dñs Bartho. Cępolla Veronenſ. in dicto conſ. ſuo 60. in 5. col. in verſic. pro hoc fa-
cit & dñs Alex. de Imo. in d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. in 12. col. in verſ. 5. fal-
lit, dicens: quando concurrente dño rei conuenti non poſsit fieri reſtitutio ſine ir- 183.
reparabili pręiudicio, tunc ſi offerũtur probationes, in promptu talis exceptio im-
pedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, allegat dictum c. literas. de reſtitu. ſpol. &
notatur glo. 96. diſtinct. benè quidem. et quod voluit glo. in c. 1. de reſtitu. ſpolia.
Vnde vbi in poſſeſſorio recuperãdæ opponitur exceptio dominij, quæ ſi nõ oppo-
neretur, reſtitutio pareret irreparabile præiudiciũ: tunc exceptio dominij ſecundũ
eum audietur. Per quam doctrinam decidit Paul. de Caſt. id quod proximè dixi.

Sexageſimo primo comprobatur etiam illud per id, quod ſecundum eum dixit
Antho. de Butri. in c. ex parte, in vlt. col. de reſtitu. ſpolia. qui limitat alio modo re-
gulam l. ſi quis à ſe fundum, ꝙ vbicunq; poteſt ſequi ſcandalum, ſi non admittatur 184.
exceptio oppoſita in poſſeſſorio recuperandę debeat admitti exceptio dominij vel
ſimilis, quę aliâs non debuiſſet admitti, ponens ibidem exemplum: quando mona-
ſterium agit poſſeſſorio recuperãdæ ad quaſi poſſeſsionẽ iuris, quam habet in mo-
nacho, dicit eum eſſe monachum, à ſe poſſeſſum, monachus dicit, ſe nõ eſſe mona-
chũ illius monaſterij: quod & alius Abbas dicit, qui pro tali monacho comparet,
dicens Fridericũ de Senis in conſ. 273. ita conſuluiſſe, ꝙ ſcilicet obſtet exceptio in
poſſeſſorio recuperandę, propter ſcandalum, quod eſſet, ꝙ monachus deberet mu-
tare habitũ, et recipere habitũ monaſterij illius, quod agit poſſeſſorio recuperandę,
& deinde iterum mutare, & recipere habitũ monaſterij agentis petitorio. Pro quo
etiam allegat notata per glo. 3. q. 1. Et retulit etiam inſignis præceptor meus, dñs
Barth. Socy. inferius allegando conſ. in vlt. col. dicẽs etiam ita referre, & ſequi do-
minum Alex. in d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. In ſumma, ſi ergo propter ſcanda-
lum receditur à regula, quantò magis quando verſatur periculum in reſtitutione
fienda, vt dixi in præcedentibus, & quidem proximè.

Sexageſimo ſecundo poteſt ſimiliter probari. Nam quando quis eſt ſpoliatus ab
vno potente, vel ſi quis potens ingrediatur poſſeſsionem alicuius, poteſt quando- 185.
cunq; ille, qui perdidit rem ſuam, recuperare illam etiam propria authoritate, quã-
docunq; illi facultas ſe obtulerit, ſaltẽ à violento & clandeſtino poſſeſſore. Exem-
plum in principe, qui expellitur de poſſeſsione ſua, quam de facili in breui recupe-
rare non poſſet. Ita ſingulariter notat Bal. in l. ſi. C. de his, qui à non dom. manũ.
per glo. quæ eſt 1. diſtinct. c. ius gentium. Quod etiam tenet & ſequitur Ludo. Ro-
ma. in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. refert & ſequitur
dominus Bartho. Cępolla Veronẽſ. in dicto conſil. 60. colum. 5. verſ. quarto. Sed
Marchio fuerat ſpoliatus dicto Caſtro M. qui niſi ſtatim à tempore ſcientiæ recu-

peraſſet, prouiſſione facta longo tempore non potuiſſet recuperare ipſum Caſtrū,
cùm propter potentiam nobilium actricum, & earum adhærentium, tum etiā pro-
pter fortitudinem, & munitionem eiuſdem Caſtri: ergo potuiſſet Marchio ipſe ex
interuallo etiam poſt decem annos inuenta commoditate, propria authoritate re-
cuperare, ex eo tempore, quo peruenit ad manus dictarum ſororum. ſi ergo potuit
Marchio ipſe illuſtriſsimus ſibi ius dicere propria authoritate: ergo ſi ad manus
eius peruenerunt ſine violentia, & vitio ſuo, vti eſſe in domino feudi ſuprà oſten-
186. ſum eſt, poteſt retinere, Arg. illius regulæ, de qua etiam ſuprà, cui damus actionē,
multò magis exceptionem. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. l. 1. §. quod ait.
verſ. plenè. ff. de ſuperficie.

Sexageſimo tertio fortiſsimè hoc comprobatur, quia concluſio libelli denotat
in præſenti quæſtione intentari petitionem hæreditatis, licet ipſa ſpecialiter non
187. nominetur, & nihilominus qualificata forma petendi demonſtratiua dat nobis in-
telligere certam & qualificatam ſpeciem, ſeu certam ſpeciem actionis inſtitutæ vel
inſtituendæ. l. edita. C. de eden. ſecundū veram expoſitionem modernorū. Et pro-
batur in l. ſi ſeruus nauem. ff. de furtis. & quod notatur in l. 1. in prin. in fine glo.
188. magnæ. ff. de eden. & pro tanto ſolet dici illud vulgare, non refert, an res proprio
nomine appelletur, an proprijs qualitatibus demōſtretur. l. nominatim. ff. de con-
di. & demonſtra. & l. certum. ff. ſi cert. peta. Sed in propoſito noſtro ex narratis &
concluſionibus in porrecto libello demonſtratiuè colligitur in eodem libello eſſe
propoſitam petitionem hæreditatis, & ſic petitorium. Narratur etenim in 16. arti-
culo & ſequentibus, actrices ipſas quinq; relictas fuiſſe ſorores, & proximiores he-
redes Philippi de A. mortui ſeu defuncti ſine deſcendentibus & aſcendentibus: itē
quòd reliquerit dictum Caſtrum cum decima & ſuis pertinentijs, inter cætera bo-
na & iura ſua. Item quòd adierint hæreditatem, & eandem eo modo acquiſiuerint,
& concluditur demum, debere pronunciari, ipſas fore hæredes, hæreditatis iuri-
umq; eiuſdem capaces. Item ꝙ non licuerit Marchioni propterea illa occupare, vel
ipſis hæredibus detrahere vel auferre, ſeu etiam nō admittere eas. et preterea quòd
Marchio teneatur relinquere vel deſerere illa bona, ac pati, vt ingrediantur, vel ad
manus ſuas recipiant &c. Quæ ſunt verba & modus concludendi in petitionē hæ-
reditatis, non aūt in poſſeſſorio maximè recuperandæ. Quare nō poteſt dici poſſeſ-
ſorium aliquòd eſſe vel fuiſſe intentatum, quod ipſæmet partes aduerſę in replicis,
in quarta pag. facie prima. Ibi: Dargegen ſag ich von wegē meiner Principal/die-
weil in der eingefürten klag/fürnemlich auff die entſetzung/vñ widerumb einſe-
tzung/daß die vor allē dingē geſchehen ſolt/nit beſchloſſen werde/dz ſie demnach
in ſolchē dem anlaß nichts vngemeß handlen ꝛc. aperto ore fatentur. Et propterea
non eſt amplius id in dubium reuocandum, neq; de eo diſputandum, & ſic iterum
idem ipſe Marchio reus omnino erit & eſt abſoluendus: præſertim cùm petitio
ipſa hæreditatis in propoſito, vti ſuprà in 12. & alijs fundamentis eſt oſtenſum, &
dicetur inferius latius, nullo modo, ſaltem quoad feudalia, potuit ſibi vendicare
locum.

Sexageſimo quarto illud etiam deducitur. Nam dato, quòd quiſpiam tentaret,
& diceret, conditionē l. ſi quis in tantam fore intentatam, ſaltē in proceſſu & repli-
cis, in charta quarta, facie prima, ibi: Sonder auch auß der vrſach/daß auß ſolchē/
was mein gnedigen Herin Marggrauen N. der einſetzung halber/vñ mit gewalt
gehandelt/daß billich ſein G. dardurch ſeiner gerechtigkeit des eigenthumbs vñ
anders/ was ſein G. vber den aigenthumb an ſolchem gehapt/ (als doch nit iſt)
gentzlich verwürckt/vnnd ſich deſſelbigen alles vntheilhafftig gemacht het/wie
dañ die recht/vñ der anlaß ſolches der Poſſeßion/vñ gewaltiger entſetzung hal-
ber in der geſtalt fürzuwenden/vñ zugebrauchen/ nit allein nit abſchneidē/ſon-
dern zůlaſſen ꝛc. Quoniā licet ipſa dicatˀ & ſit fortè ſpecies petitorij, & nō poſſeſſorij,
et ſic virtute compromiſſa admiſsibilis: tñ quia nō intentata, neq; concluſum in ea:
debuerunt enim ſe dixiſſe dominos, vel habere ius in rebus, idq; probaſſe, ac ſpoli-
atos eſſe, & petijſſe æſtimationē rerum prædictarū, cùm non habeat ius in ipſis, vel
ſi eſſet dñs, vel haberet ius in rebus illis, quod ceciderit à dñio vel iure, ꝙ habuerit,

ſed illa

ſed illa fuit re omiſſa in libello,neq; ſuper eis concluſum:ergo nõ poteſt videri,neq;
dici intentata d.l.ſi quis in tantã,et per conſequens,Marchio iterum abſoluendus,
per relata proximè, & ea, quæ habentur ſuperius in diuerſis locis, maximè in 19.
fundamento, & quibuſdam alijs præcedentibus. Et quia,vt dixi,non fuit petitum 189.
in libello, vnde nõ debet reus vel cõuentus in eo vltra petita cõdemnari. l.ſi.et ibi
doct.C.de fidei commiſſa.libert.Et in terminis,& materia propriè feudali hoc vo-
luit Iaco.de Alua.in c.1.§.1.in penul.colum.verſ.quæro an dominus ſpoliatus de
milite vaſallo,qui contumax eſt.

Præterea & ſexageſimo quinto,quia,vt etiam ſuprà dixi,in quibuſdam parti-
bus narrationis,videntur actrices variare,dum dicunt in 38.articulo: **Vnd die ar-
men leüt vñ vnderthonen daſelbſt zů newer huldigung/ die ſeinẽ G.zuthůn/ hal-
ten vnd bewegen.** Per quæ verba colligo vim exactiuam.d.l.metum.§.ſed ꝙ Præ- 190.
tor.verſ.ſed ex facto.& l.illud.§.ſi metu.et l.ſed & part⁹.§.quare.verſ.quàmuis.&
l.ſi mulier.§.ſi metu.cum §.ſe.ff.quod met.cauſa, quæ vim expulſiuam circumſcri-
bit, & excludit, nec ſimul ſtare poſſunt, ſicuti nec clandeſtina & violẽta poſſeſsio,
ſecundum Fulgoſ.in conſil.164.ij.col.ibi.ſed iſtę duæ qualitates ſecundum dicta.
l.ſi quis in tantam, requirit vim expulſiuam & ablatiuam, vt apparet in eadem le-
ge:et inſtitu.vi bono.rapto.in §.quia duplum, quæ ſe non compatitur cum com-
pulſiua.d.l.metum, in prin.& l.ſi rerum.ff.de vi & vi arma. Nec cum clandeſtina,
vt proximè dixi. Itẽ petitur omnis cauſa damni dati expenſæ et intereſſe, quæ licet
veniant in interdicto, vnde vi,vt l.1.§.rectiſsimè.ff.de vi et vi arma.et l.4. C.vn-
de vi: tamen in hoc ſuperat interdum dictam condictionem, vt notat Rodoffre.in
ſuo libello,in tractatu l.ſi quis in tantam, quæ eſt pœnalis,& per conſequens ódi- 191.
oſa:ergo vltra eius metam non erit extendenda, vt l.interpretatione. ff. de pœnis,
refert et ſequitur dominus Signo.de Bromo,Mediolanenſis,in conſil.75.in 2.col.
& 7.incipien.In quæſtione veriente inter nobiles: ergo non poteſt cenſeri inten-
tata illius legis cõdictio: & per conſequens iterum reus abſoluendus ab accuſatio-
ne incompetenti,inſtituta per ſæpè dicta.

Sexageſimo ſexto probatur illud ſic: quando aliquid eſt cauſa actionis indu-
cendæ, ſi illud ceſſat vel extinguitur, ceſſat actio & eius effectus.l.ſi eum.§.qui in- 192.
iuriam.ff.ſi quis cautio.l.tigni.§.ſi.ff. ad exhibendum.l.et in totum,tum ibi nota-
tur per Pe.ff.de impenſis.in re dota.fac.l.3.§.hoc autem.ff.de itin.actuq; priua. &
l.ſi procurator.ff.manda.et l. ſi Titius. §. ſi quis prius.ff. de aqua pluuia.arcen. &
l.in hæredem.ff.de calum.& maximè quando id, quod eſt cauſa,ex poſt facto ſopi-
tũ & extinctum eſt facto agere volentis.vt l.& ideo.et l.ſi ſeruus.in princ.ff.de cõ-
di.furti.Sed in propoſito noſtro,quandò intentata eſſet cõdictio illius legis,ſi quis
in tantam, expulſio violenta eſſet cauſa intẽtionis dictarum ſororum & actricum,
quæ eſt ſopita, facto earum faciendo compromiſſum,& renunciando violentiæ ac
poſſeſſorijs, & proceſsibus, cæteriſq; actitatis in Regio iudicio Cameræ,vt patet
in primo puncto compromiſsi in verbis: **Erſtlich iſt abgeredt/ vnd durch baÿde
partheyen verwilligt/ daß die ſchwebend rechtfertigung am Camergericht tod/
ab/ vnd gantz erloſchen ſein/ vnd heiſſen ſoll**&c. Et deinde ibi: **Philips von A.
ſchweſtern/ jhre Erben oder Erbnemen obgemelt klagend parthey/ oder jre Er-
ben/ jr klag** in petitorio, **vnd der hauptſachen/ ſampt auffgehepter nutzung/** in-
tereſſe,**koſten vnd ſchäden.** Vbi de pœnis,& perditione dominij,vel iuris ſui,ver-
bum nullum,tacitè ergo, quinimò expreſsè remiſſa non veniunt in compromiſsis,
quæ ſunt ſtricti iuris, & non niſi ad expreſſa intelligenda, vt latè oſtendi ſuprà in
fundamẽto. Sic iterum erit abſoluendus Marchio etiam hac ſola ratione,caſu,quo
foret intentata,cuius tamen contrarium oſtenſum eſt ſuprà.

Sexageſimo ſeptimo fortificantur iſta, quia quando quis eſt dominus, & ha-
bet probabilem cauſam credendi ſe poſsidere, & illa bona propria authoritate ac- 193.
cipit,excuſatur à pœnis, de quibus in d.l. extat.ff. quod metus cauſ. et in ſæpe al-
legata l. ſi quis in tantam. Vbi illud concludunt glo.Bar. Bal. & Ang. in l. ſi.C.
vnde vi.et Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. & in authent. licentiam.
[illegible] Dd. [illegible] C.de

C.de epiſ. & cler. & Canoniſtæ, maximè dominus Antho. de Butri. & Inno. in c.
cum in officijs, extrà, de Teſtamen. Inſignis doctor dominus Bartholomæus Soc-
cinus, digniſsimus præceptor meus conſulendo conſil. 131. incipien. In præſenti
conſultatione, in 4. col. in verſ. ſequitur etiam alia concluſio: & alij in alijs locis.
Sed dominus Marchio Princeps illuſtriſsimus habuit nedum probabilem, ſed &
iuſtiſsimam cauſam credēdi ſe poſsidere, & illa bona ſibi aperta tanquam propria
ſua authoritate accipere vel occupare: tum quia verè iuris diſpoſitione habuit ciui-
lē, & præterea naturalem conſolidatam: tum etiam, quia leuis cauſa excuſat in de-
lictis, etiam à pœnis: quantò fortius modò in terminis noſtris, in quibus tot et tan-
ta pro excuſatione domini, etiam vt non teneatur ad reſtitutionem rerum, ex literis
feudalibus inueſtituræ, & reuerſalibus: & quia feudum ipſum maſculinum, nō fœ-
mininum, neq; ad pœnā prædictam, vt in præcedentibus viſum eſt, faciunt & con-
currunt, illud eſſe debet in pœnis dictarum legū permaximè, ex quo illę pœnę etiā
nō imponuntur ipſo iure, ſed requirunt ſententiam, glo. & omnes in verſ. amittat.
in d.l. ſi quis in tantam, loquitur per verbum futuri temporis: ergo durat dominiū
eius, & eſt adhuc dominus, nec poteſt nec debet dictis probabilibus cauſis excuſa-
tus condemnari ipſe Marchio, vel quiſpiam alius in ſimilibus terminis.

Sexageſimo octauo, omiſſo nunc vel ſepoſito poſſeſſorio, & his, quæ eius iu-
ris, vel ſaporis ſunt: in quib⁹ omnibus videtur ex ſupradictis cumulatiſsimè, quod
ipſæ actrices vel non habuere actionem, vel non potuere agere, vel perperam ege-
runt, vel ſaltem ex præallegatis cauſis, & quia intentionem ſuam non probauere
cōtra Marchionem, nihil obtinere poſſunt, ſed eſt ipſe omnino abſoluendus, tran-
ſitū facio ad petitorium, in quo multò minus conſequi poſſunt per iura & motiua
illa eadem pro magna parte in præcedentibus allegata, maximè & inprimis 21. &
quibuſdā alijs fundamentis, pro hac parte adductis, quæ ſingula pro magna parte
etiam in proprietate, & iure eius concludere videntur. Et præſertim quia mortuo
vaſallo ſine hæredibus maſculis deſcendentibus, vel de agnatione ſua exiſtenti-
194. bus, abſq; dubio feudum aperitur & deuoluitur ad dominum, conſolidaturq; illud
ius, & dominiū vtile, quod fuit apud vaſallum, proprietati & directo dominio re-
ſidenti penes dominum feudi. vt in c. 1. § moribus. ſi de feud. cōtent. ſit inter dom.
& agna. vaſall. ibi: quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperatur: & de-
mum ibi: quæ inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum dño aut hęredi
ſuo fuerit apertum, & quæ ſequuntur. Et in c. 1. de duobus fratrib. à capitaneo inue-
ſtit. in fin. coniuncta ſua glo. et in c. 1. §. his verò deficientibus, de ſucceſſ. fratr. vel
de gradi. ſuccedent. in feudum, ibi: Titio ſine legitimo hærede maſculo defuncto,
eius feudi ſucceſsio nō pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnum, nec ad prolem
ex eo deſcendentem: imò reuertitur ad dominum: ad agnatos enim eius beneficiū
nō pertinet, neq; beneficij ſucceſsio. & in c. 1. de benefi. fratris, et qualiter frater in
bon. frater. ſucced. ibi: frater nō ſuccedat fratri, ſed dominus habeat. Et in titulo de
contentione inter me & domin. de portio. feud. ibi: Alioquin niſi probet primum
fuiſſe, vel niſi poſsideat, dominus obtinebit, Bal. conſulendo propriè in terminis
noſtris, in conſil. 330. in 3. parte, volens, ꝙ quando feudum fuerit cōceſſum pro ſe
et filijs ſuis, maſculis nullis extantibus, feudum reuerti ad proprietatē, excluſis fœ-
minis. & eſt textus clarus in c. 1. §. ſi verò, qualiter olim feudū poterat aliena. ibi: ſi
tñ ſine hærede maſculo deſcēdente decedebat, vel feudum in manus dñi refutabat,
aut alia fortè ratione. & ibi doct. maximè dñs Alua. in 1. notab. dicens. per defectū
generationis feudū aperiri, & caducum fieri, per tex. ibidem. et in c. 1. §. & ſi clien-
tulus, de aliena. feudi. ibi, ſine dñi voluntate, eo ita mortuo ſine legitimo hærede
maſculo. Quod verbum ita intelligendum eſt in feudis, id eſt, ſine filio maſculo re-
uertitur feudū ad dominum, cum ſimilibus. Cùm ergo Philippus de A. deceſſerit
ſine filijs maſculis, & quod plus eſt, etiam ſine agnatis, neq; extiterit aliquis de fa-
milia, nō erit dubitandum, feudum in propoſito fuiſſe reuerſum ad dominum, neq;
de eo vlterius diſputandum, & per conſequens dominus Marchio illuſtriſsimus
ab accuſatione inſtituta abſoluendus.

195. Sexageſimonono cōꝓbatᷓ illud, qꝛ in cōtractu ſeu ſtipulatione feudi, vel eius cō

uentione & pacto,non comprehenduntur,niſi perſonæ expreſſè nominatæ,& de
quibus cogitatum videtur ſaltem in ſpecie,hinc eſt,quòd in feudo nouo frater fra- 196.
tri non ſuccedit, niſi hoc nominatim fuerit dictum, vt eſt textus ad literam, in c. 1.
§.cùm verò Conradus.in tit.qui feudum dare poſſ. in c. 1.in fine. de ſucceſſ.feudi.
ibi: Niſi hoc dictum fuerit expreſſè,vt alter alteri ſuccedat. & ibidem glo. in verſ.
inueſtire.et in ver. maſculo.et in c. 1. ibi.niſi per inueſti. à domino ordinatum fue-
rit, vt frater ſuccedat fratri, in titulo, de beneſi.fra. et in c. 1. ibi. niſi facta ſit inue-
ſtitura,eo pacto, in titulo de fratri. de nouo benè inueſti.& in c. 1. §. fi. ibi:niſi pa-
ctum fuerit in inueſtitura,quòd frater fratri ſuccedat, & non dominus, in titulo de
feudo Marchiæ. et in c. 1. ibi: niſi ex pacto, de natura ſucceſſi. in feu. & in c. 1.in
fi.ibi: ſi de his nominatim dictum fuerit, & ibi nominatim, id eſt,expreſſim, in tit.
quibus mod. feud. amittatur. et in c. 1.§. Item ſi fuerit.in tit. quibus modis feud.
amitt. Et alibi ſæpè per Doctores, maximè per Bald.in c. 1.§. et quia vidimus. in
1.& 4.col. verſ.ſed hic quæro.in tit.qui feud.dare poſſ.vbi dixit expreſſè: quòd ſi
cõiunctim feudum datum ſit duobus fratribus,tamen non accreſcit de vno in alte-
rum,niſi contineatur expreſſè in verbis inueſtituræ.et voluit Bal.in c. 1.§. filia de
ſucceſſi. feud. vbi dicit, eſſe notandum, quòd vna inueſtitura non parit ius accre- 197.
ſcendi.& eſt ratio ſecundũ eũ, quia ius accreſcendi non eſt de mera natura contra- 198.
ctuum,cùm habeat procedere per interpretationem extenſiuam,& per iuriſfictio-
nem,vt notatur in l.Titio & Meuio.ff.de lega.2.in §.Iulianus.Ex quibus iuribus
& authoritatibus infertur, quòd ex qua hic ſeu in inueſtituris noſtris nominatim
eſt tantùm facta mentio de maſculis familiæ A.ergo non debet extendi ad alias
perſonas extraneas,vel non maſculos,ſed ſolùm de nominatim expreſſis intelligi.
Quare ſorores quinq;, earundemq; filij nequaquam venire poſſunt ad illa bona
feudalia, ad maſculos ordinata, & non ad fœminas, earundemq; deſcendentes.
Quare nullam habent actionem ſaltem legitimam vel comprobatam,et propterea
dominus Marchio ab earum impetitione abſoluitur.

Septuageſimo coadiuuatur illud, quia ſi rectè inſpiciantur verba,& tenor in-
ueſtituræ,iſta verba Mannlehen,& ſic feudum ipſum eſſe maſculinum, reperiun-
tur,biſq;,imò ter vel quater ponuntur, & in conſequentiam geminantur & multi-
plicantur,inprimis, ibi: Zů rechtem Mañlehen leihen wolt. Deinde ibi: Zů rechts
Mañlehen gelihen &c. & demum ibi: alles das zuthun/das ain Lehenmann ſei-
nem Herrn &c. Poſtremò vel quarto ibi: von Mannlehens wegen/durch recht vnd
gewonheit ſchuldig vnd verbunden iſt. Sed tunc ſuccedit regula, quòd verba ge- 199.
minata, & tantò magis multiplicata, vel ſæpius repetita ſignificant mentem præ-
ciſam diſponentis,& enixam voluntatem,ſecundum Bal. in c.eam te.in 2.col. ex-
trà,de reſcript.gloſ. in c. requiſiſti. in verſ. decens.ext. de teſtamen. dicens repeti-
tionem verbi multum operari.Idem Bal. dixit in l.precibus. in magna quæſtione.
verſ. nunc vlterius procedo. C. de impube.& alijs ſubſti.in l. fructus C. de actio.
empti. Et probatur in l. ſi mulier. in fine. C. ad Velleia. coniuncta ſua glo. text.
cum glo. in c.ſi quis iratus. 2. q. 3. Panormi. conſil. 82.in 4.col.in 1.volum. Vbi
adducit multa bona iura, atque inter alia text. glo. & Bart. in l. cum ſatis. de
agri.& cenſit.lib. 11.& pulchrè conſuluit Alex. de Imo.conſil. 101.incipien. Vi-
ſis inſtrumentis,circa x.col.in 1.vol. per textum valdè ſingularẽ,in l. baliſta.ff.ad
Trebellia. & per ea quæ not.glo. in Clemen. 1.in verſ. quibuſcunq; de iudi. et in
l. ſi cum pœna. ff. de arbi. Et conſueuit dici quòd geminata diſpoſitio,fortius con-
ceptum mentis demonſtret, quàm ſimplex & vnica. vt voluit & notauit Bald. in
extrauag.de pace conſtantiæ, in verſ. caſſetur & irritetur. Facit quod notatur in c.
quod ſi Chriſtus,de iureiuran.& quod pulchrè notatur & habetur in Authen.nec
damnoſa. C. de precib.Impera. offeren. quia ſermo duplicatus, & fortius multi-
plicatus cenſetur cum maiori deliberatione, & expreſſione mentis factus. dictis
iuribus.& Paul.de Caſt.conſil.82.& Ang.in ſuo ſingulari intellectu. l. pluribus.
§.etſi placeat.ff.de verb.oblig.Franciſ.de Curt. & alij in alijs locis,& diuerſis eo-
rum conſilijs. In propoſito ergo illa verba Mannlehens totiens geminata vel ex-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA [VITTORI]O EMANUELE

preſſa fortius & enixius operantur, & declarant mentem domini concedentis vel
200. infeudantis, ergo &c. Quinimò quando teſtatur vel alius diſcretiuè facit mentionẽ
de maſculis & fœminis, ſi poſteà proferat aliquod verbum in maſculino genere,
nunquam conciperet fœmininũ, ſecundum Bald. ſignanter in l. in multis. ff. de ſta.
homin. & referũt moderni in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud. Deinde in pro-
poſito benè conſuluit dñs Abb. Panormit. in conſ. 36. in 1. vol. quòd verbũ, filius,
prolatum in teſtamento, non intelligitur de fœmina, quando in ſequentibus fecit
mentionẽ de filijs maſculis. adducit Hoſtien. & Ioan. Andre. per tex. ibi: in c. Rei-
naldus, extrà, de teſtamen. Benè facit ad propoſitum, quod voluit Roma. in con-
ſil. 480. incipien. Idem. Panormita. in præfato conſil. 36. in vltima col. verſ. nec
obſtat, ſi dicatur teſtatorem: vbi arguit, quòd quando in eadem diſpoſitione fecit
mentionẽ de filio maſculo, ſemper videretur intellexiſſe de maſculo in omni parte
teſtamenti. Refert & ſequitur dominus Franciſ. de Curt. in conſil. ſuo 51. in 6. col.
verſ. ad idem adduci poteſt: & in plerisq; alijs locis.

Septuageſimo primo confirmantur prædicta quidẽ potiſsimè in fœminis, vel
à fortiori per regulam communem & vulgatam in iure feudorum, de qua etiam in
ſuperioribus eſt facta mentio in 41. huius partis fundamento, habentem, fœminas
201. regulariter in feudo nõ ſuccedere: et maximè addito verbo maſculino, quod eſt ex-
cluſiuum earum abſq; dubio, niſi pacto vel ſtipulatione nominatim, & per expreſ-
ſum fuerit prouiſum. Primum & vltimum probantur in c. 1. §. hoc aũt, qui feudum
dare poſſunt. & c. 1. §. filia. de ſucceſsi. feud. vbi etiam Bal. & alij. & idẽ Bal. cõſil.
210. in 2. vol. Specula. in tit. de feud. §. 2. Paul. de Caſt. conſil. 135. conſ. 161. in
vltima charta; vbi etiam inter cætera expreſsè dixit, quòd nõ ſtipulatum filijs fœ-
minis, non tranſit ad eas. Signo. de Homo. conſil. 10. Dominus Cardina. conſil.
92. col. 1. Philip. Corne. conſil. ſuo 16. in 1. vol. Idem conſil. 196. in litera E. in 2.
vol. Bartho. Cæpol. in c. 1. 33. regula. & idem in 9. differentia, de cogni. fien. & cõ-
ſil. 1. col. 8. in fi. verſic. nec obſtat prędictis, in 5. vol. et in conſil. 10. col. 2. et in l. quę
dicitur, vlti. charta, ff. de verbo. obliga. Fulgo. conſil. 4. per totũ. & conſil. 8. Ioan.
Chalde. conſil. 303. fol. 3. Roman. cõſil. 168. & Bartholo. Socci. digniſsimus præ-
ceptor meus. conſil. 257. in princip. & conſil. 275. verſic. aliquando & quartò. &
conſil. 19. in princip. cũ verſic. ſequẽti. Dominus Alexandrinus, olim Prępoſitus,
poſtmodũ Cardinalis, in c. potuit, de loca. in 2. & 11. q. Dñs Franciſ. de Curt. con-
ſil. 50. col. 3. verſic. ſed nihilominus: vbi vltra iura ſuperius allegata adducit c. 1.
an mulier vel aliâs Impe. & c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis & fœminis. et
c. 1. Epiſco. vel Abba. & vtrobiq; Doctores, per rationem aſsignatam per glo. in
d. §. hoc autem notandum, quia fœmina non poteſt mereri feudum. Ange. conſil.
242. Rapha. Cuma. conſil. 99. circa mediũ. & conſil. 137. et 164. Nec ſumus in ali-
quo ex caſibus, in quibus fœmina ſuccedere poſsit; qui omnes enumerantur per Lu-
douicũ cõſil. 1. & cõſil. 35. incip. Viſo inueſtituræ tenore. & adhuc clarius in cõſil.
364. incip. Circa primũ conſultationis articulum, in penult. col. Franciſch. in con-
ſil. ſuo, in 5. col. etiamſi fuerit redemptum pecunia, vt ibi: & dicetur latius inferius
in reſponſionibus ad in contrarium adducta. Ex quo ergo fœminę in literis feuda-
libus nominatim vel ſpecialiter nõ ſunt expreſſę, non comprehenduntur, neq; ſuc-
cedere poſſunt in feudo, nec aliquid iuris habere vel prętendere in eo: et propterea
non potuerunt agere niſi de facto; quare de facto etiam repelli debent, vel ſaltem
Dominus Marchio abſolui ab actione non competenti, vel ineptè inſtituta.

Septuageſimo ſecundo fortiſicantur iſta permaximè in propoſito noſtro, in quo
nõ ſimpliciter feudum ab initio fuit conceſſum pro ſe & liberis ſuis, ſed adiectione
verborum **Mannlehen** / vt in præcedentibus, & quidem etiam proximè dictum
fuit: quę verba abſq; dubio habent virtutem excludendi fœminas, vti dixi & com-
probaui in 42. fundamẽto, pro hac parte Domini Marchionis facto, præcipuè per
tex. in c. Reinaldus, de teſtamẽ. & ibi Hoſtien. Ioan. Andr. Goffre. & alios, in ver-
bis ſubſtitutionis, ſi abſq; filijs maſculis moreretur, & alia multa, de quibus ibi: &
præterea quæ voluère omnes Scribentes in proœmio feudorum. Et præſertim Ia.

de Alua,

de Alua,& alij moderniores,dum inter cæteras diuiſiones faciunt vnam,& quidē
octauam,quòd aliud ſit feudum maſculinum regulariter tranſitorium ad maſculos
tantùm, & nō ad fœminas,vt in d.c.1.§.hoc autem.de his,qui feud. dare poſſ.et in
c.1.§.filia.de ſucceſsione feudi,aliud ſit feudum fœmininum ſeu fœmineum,quod 202.
per pactum vel expreſſam conuentionem tranſeat ad filias.dicto.§.filia.& eo caſu
vltimo etiam non:niſi nō extet maſculus,vt in c.1.de eo,qui ſibi hæredibusq́ ſuis:
Nec concipit tunc ſaltem in hac noſtra materia feudali maſculinum fœmininū per
iura & rationes ibi.& in dicto 42.fundamēto allegatas: bene facit deciſio Paul.de
Caſt.in conſil.352.incipien.Preſens dubium videtur formari,in fine ibi.Et verba
teſtatoris ad hoc nō adaptantur,quia loquendo de maſculis,cenſetur fœminas ex-
cluſiſſe. Alleg. in arg.l.cum prætor.ff.de iudi. et notatur per Bar.in l.cum auus.ff.
de condi. & demonſtra. Et pro tanto fortius adhuc in terminis noſtris: ex quo ad-
iectum eſt nomen rectum, quod denotat veritatem & iuſtitiam, & non ſolennita- 203.
tem,ſecundum Bart.in l.2. vbi etiam gloſ.in verbo ratione.ff.de inoffi.teſtamē.in
2.notabili. & in l. lecta. in 4. col. in ſi. in verſ.ſed quid ſit dictum. & ibi doct.ff.ſi
cert.petatur.Glo.& Bart.in l.iuſtè poſsidet.ff.de acquir.poſſeſſ.Et ſic nil aliud eſt
dici,**zū rechtem Mañlehen**:hoc eſt,in feudum rectum & verū maſculinū,& quidē
ſimplex & purū, non conditionatum,neq; fœmininum,vti etiam volunt & decla-
rant præfati Doct.in dictis locis:& maximè dominus Iaco.de Alua.& modernio-
res in prohemio feudorum. in 12. diuiſione. Quare ipſæ quinq; ſorores actrices
tanquam fœminæ, tam iure communi, quàm virtute verborum literarum feudali-
um à talibus bonis excluſæ non habent neq; poſſunt prætendere aliquod ius, &
per conſequens ipſe illuſtriſsimus Marchio abſoluendus.

Septuageſimo tertio etiam illud ampliando corroborari poteſt,quoniā licet ra-
tiones in propoſito noſtro,quare fœmina excludatur,ſint in promptu, & maximè
illa,quòd vaſalli debeant dominos in hoſtem pergentes adiuuare.c.1.§.penul.de
Capitu.Conradi. & de pace iuramen. firman. in fine.& c.1.§. qui dn̄s quæ fuerit
prima cauſa beneſi.amitten.Quodquidem fœminæ nō præſumuntur,neq; intelli-
guntur facere propter eius ſexus fragilitatem.l.quiſquis.§.ad filias.C.ad l.Iuliam
maieſt.licet benè poſsint intereſſe in vſu belli aliter quàm pugnādo.l.poſtliminiū.
§.ſi.ff.de capti.& poſtli.reuerſ.et non militent in earū filijs,et alijs deſcendentibus
maſculis.Cùm prædicta ratio propter quam excluduntur fœminæ ſit, quia pugnā
facere non poſſunt,ceſſat in dictis maſculis deſcendentibus ex eis. Quare ceſſante 204.
cauſa prohibitionis,deberet ceſſare ipſa legis prohibitio.l. vbi lex.ff.de vſucap.&
l.1.§. quod ait. ff.de diuor. l.adigere.§.quamuis. ff. de iure patro.tn̄ nihilominus
adhuc vendicat ſibi locum illarum legum diſpoſitio, quæ vult, ꝙ excludantur etiā
filij & nepotes ex eis deſcendentes, cū quia ſufficit pro ratione voluntas: ſic enim
placuit ex cōſuetudine feudorum,nec poteſt omniū,quæ à maioribus noſtris dicta 205.
ſunt,ratio reddi.ff.de legi.l.nō omnium,maximè in his,quæ ſunt de poſitiua iuſti-
tia.l.1.§.pueritiā,cum ibi notatis.in glo.ff.de poſtu.ſimile notat glo.in Authē.ſed
et ſi quis.C.de ſecund.nup.in §.quoniā.Nam ſola voluntas principis dicitur iuſta
cauſa,vt notatur in l.relegati. ff.de pœnis:tum etiam, quia illius etiā rationes aſſi-
gnātur per doct.& inprimis Iacobū de Belui.Quia cùm ſublata ſit media perſona, 206.
per quā nepos admittebatur,amplius non debet admitti.Arg.l.meminimus.C.de
ſuis & legitim.et l.& hæredi.in prin.ff.de pactis. Et quia ſublatis medijs videntur 207.
ſublata extrema,vt ꝑ Dy.in c.indultū.de regu.iur.li.6.vel eſt ratio ſecundū Iacob.
de Ard.Quia immunitates conceſſæ etiā poſteris,nō extenduntur ad poſteros de-
ſcendentes ex fœminis.l.1.in fine.et l.immunitates.ff.de iure immuni.vel ſecundū
Andre.de conſer.ꝙ ratio eſt, quia ſucceſſor nō dicitur eſſe melioris conditionis,ꝙ̄ 208.
author ſuus, à quo habuit cauſam, vt in regula iuris,in l. in his.§.1.et l.quod ipſe.
ff.de regu.iur. Et ſic vitium authoris durare etiam debet apud ſobolem.Arg.in
auth.vt omnes obedi.iudicib.prouin.in prin.Et ideò licet in nepote maſculo ex fi-
lia ceſſet ratio,de qua ſuprà.et in textu, in c.1.§. hoc autem.de his,qui feudum da-
re poſſ.nō tamen ceſſant aliæ rationes & regulæ cōmunes,ſecundum Alua.Alex.
et alios ibi:quę militant aduerſus ipſum nepotē maſculū venientē ex perſona filię.

209. Item quia ſucceſsiones non fiunt per ſaltum, vnde neceſſarium eſt, quòd gradus
ante ſe ſit ſucceſsibilis, quoniam deſtructo ordine, deſtruitur ordinabile, ſecundũ
Bal. ibi. facit tex. in l. tria prædia. ff. de ſerui. ruſti. prædio. & ſemel excluſa à ſuc-
ceſsione amplius non admittitur, neq; ex ea deſcendentes, vt voluit Ang. in conſ.
ſuo 321. in 3. colum. in additamentis ſuis. Vnde ſicuti quinq; ſorores actrices per
præallegata fuere excluſæ, ita & earundem filij, licet ad pugnandum non ſint in-
habiles; & per conſequens feudum ipſum extitit apertum domino, & deuolutum
ad eũ, abſq; dubio, penes quem etiam eo abſoluto remanere debet, cum refuſione
expenſarum.

Septuageſimo quarto, deſcendendo nunc ad familiam de V. eiusq; pretenſum
ius, ac omiſſa illa diſputatione, an actrices poſsint illud, quod eſt terij, allegare,
ſeq; illo iuuare. quia de eo aliquid ſuprà dictum: tamen etiam, vt patet ibidem, et ex
infrà dicendis, illud eas non releuat in propoſito noſtro, maximè quia in compro-
miſſo, vel extenſione iuriſdictionis non comprehenduntur. eſto etiam, quòd com-
peteret illis aliàs actio, venirentq; in compromiſſo, vel quòd actrices eorum præ-
tẽſum ius allegare poſſent, ſalua ſemper veritate & iuſtitia, inprimis & ante omnia
ad deſtructionem iuris ipſorum adduco, & quidem probabiliter, quia vaſallus a-
210. lienans rem feudalem inconſulto domino, vel eo non conſentiente, cadit à iure
ſuo, & perdit illud, ſaltem quando illius etiam tranſtulit poſſeſsionem. Caſus eſt
expreſſus in c. 1. §. 1. de prohib. feudi aliena. per Lotha. ibi. hac edictali lege, in o-
mnem æternitatem Deo propitio valitura decernimus, nemini licere, beneficia,
quæ à ſuis ſenioribus habeat, ſine ipſorum permiſsione diſtrahere, vel aliquod cõ-
mercium aduerſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod imperij,
vel dominorum minuatur vtilitas. Si quis verò contra hæc noſtræ conſtitutionis,
vel legis ſaluberrimę præcepta ad huiuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel
aliquid in fraudem huius legis machinare tentauerit, precio ac beneficio ſe caritu-
rum cognoſcat. Et in c. 1. §. 1. de prohibit. feud. aliena. per Frid. ibi: ſancimus, vt
nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere vel pignorare, vel quo-
cunq; modo diſtrahere vel alienare, vel pro anima indicare, ſine permiſsione illius
domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Vnde Imperator Lotharius tãtum
in futuro præcauens, ne fieret, legem promulgauit, Nos autem ad pleniorem regni
vtilitatem prouidentes, non ſolùm in poſterũ, ſed etiam huiuſmodi alienationes il-
licitas hactenus perpetratas hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum dedu-
cimus, nullius temporis præſcriptione impediente. Quia quod ab initio de iure
non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet, & cætera. Et poſtmodum
ibi: Modis omnibus prohibemus, pœna authoritate noſtra interueniente, vt ven-
ditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerunt contraxiſſe, feudum
amittant, & ad dominum liberè reuertatur. Et Bald. in c. 1. in fin. de cõtentio. inter
domi. emphi. & in l. fi. C. de iure emphi. in c. 1. de vaſ. qui contra conſtitut. Lotha.
feudum aliena. c. quæ in eccleſiarũ. extrà, de conſtitu. Specu. in tit. de feudi. §. quo-
niam. verſ. 30. et ibi Io. And. & de pignori. §. 1. ad finem. & alij in alijs locis.

Septuageſimo quinto illud fortificatur, vt etiam procedat, & habeat locum,
211. quando feudatarius ipſe vendens vel alienans ſaluo iure domini hoc faciat, & de
eo proteſtetur. Ita Bald. in c. 1. §. deniq;. in vlt. col. in tit. quæ fuerit prima cauſa
benefi. amitten. volens, quòd ſi vaſallus ſine requiſitione domini, vel eius conſen-
ſu vendat feudum & tradat illud cum proteſtatione, videlicet, Vẽdo tibi caſtrum,
quod habeo in feudum à tali principe, ſaluo iure ipſius principis talis proteſtatio
ſimplex non iuuet. Per id quod habetur in d. §. deniq;, quia cùm non ſit denuncia-
tum domino, clàm fieri videtur, & per conſequens dominus contemni. Item quia
212. in præiudicialibus non iuuat proteſtatio. Idem Bal. in l. 1. in 16. q. C. de his, quæ
pœnæ nomine. in l. fi. C. de iure emphi. & in conſil. 188. incipiente, Factum tale eſt
anno domini &c. in 3. vol. ferè per totum, & maximè ibi: Statim enim, quòd vaſal-
lus procedit ad actum & conſenſum, ita quòd duo interueniant, ſcilicet actus &
voluntas, & præterea tranſlatio poſſeſsionis corporalis etiam abuſiua & ſuperfi-
cialis,

cialis,feudum reuertitur ad dominũ ipſo iure.l.2.C.de iure emphi.et in c.imperia-
lem.et Callid.de prohib.feud.alienan.per Federi.nec requiritur ſecundũ eum re- 213.
traditio poſſeſsionis,quia virtus directi dominij ſuper actu permanentis,ex vi at-
tractiua hoc facit,vt ff.ad Trebell.l.ſi hæres ibi:dum dicit:ſufficiunt directæ actio-
nes.Et iſtud propriè non eſt nouum dominium,ſed conſolidatio,quia dominiũ di-
rectum habet vim directi et vtilis,ſicuti cùm finitur emphiteoſis,& cũ finitur vſuſ-
fructus, & cùm dos reuertitur ad mulierem, ſoluto matrimonio. l. in rebus. C.de
iure doti. Sic actio communis patris & filiæ conſolidatur alteri eorum. Non enim
eſt neceſſaria ceſsio iuris,quod erat penes deficientem,nec etiã aliqua traditio cor-
poralis.l.rem in præſenti.§.videamus.C.de rei vxor.act.& poſtmodum ibi:Quid
ergo dicemus? certè per actum verbi,dicit ipſe,feudum nõ incidit in cõmiſſum,ſed
per actum facti videtur ꝙ inciderit in commiſſum.l.alienatum.ff.de verb.ſig.Item
quomodo poteſt excuſari venditor,ſecundum eum,qui precium recepit.Certè ne-
quaquam.l.fi.C.de prædijs curia.li.10.Nec proſunt figmẽta ad excuſandũ in pec-
catis,imò durius delinquit ille,qui fraudat legem,ꝙ̃ qui expreſsè facit contra legẽ: 214.
l.ſi libertus minorem.ff.de iure patro.& idem eſt etiam de mente Alex.de Imo.qui
prædictam concluſionem retulit, & ſecutus eſt in conſ.3.col.2.vol.Sic etiamſi ap-
ponerentur verba ſaluo honore dñi,quin & tunc priuaretur nihilominus vaſallus 215.
iure ſuo.Io.And.poſt Inno.in c.eam. tit.de iureiuran.Dominus Abb.conſil.3.q.
8.2.vol.Ludo.in ſemeſtribus.verſ. feudum.& verſ.vaſallus.& alij alibi.vel reſer-
uato conſenſu dñi,& non aliter.talis proteſtatio nõ releuat facta traditione,ſecun-
dum preceptorẽ meũ dñm Philippũ Decium,conſil.163.col.7.vbi illud cõprobat.
Septuageſimoſexto poteſt hoc confirmari adhuc fortius vt procedat etiã,quãdo
appoſitum eſt pactum de retrouendendo. Nam eo non obſtante,res incidit in cõ-
miſſum,& priuatur vaſallus iure ſuo,& reuertitur ad dominum. Dicit enim textus
in præalleg.c.1.§. deniꝗ quæ fuit prima cauſa benefi.amitten. ꝙ ſi vaſallus ita in
dñm peccauerit,vt feudum amittere debeat, nõ ad proximum,ſed ad dñm reuerta-
tur,vt hanc ſaltẽ habeat iniuriæ ſuæ vltionem,ſubijciens ibidem ſtatim,ſi vaſallus
contra cõſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij Imperatoris beneficiũ alienauerit,
quia dñm contemnere videtur,ad dñm beneficium pertinet,ſcriptum eſt,vt precio
ac beneficio ſe cariturũ agnoſcat. & hic videtur ſecundum Bal. vnus caſus,in quo
quis poteſt præiudicare poſteris ſuis,& progenitorũ ſuorũ, vt in titulo,de prohib.
feudi aliena.per Fride.c.1.§.habito conſilio.& §.nos aũt. et §.callidis,ibi,dum di-
cit,feudũ amittant,& ad dñm liberè reuertatur, notat verbum liberè,id eſt,ſine ali- 215.
qua cõditione,impedimento vel obſtaculo,iuxta ea,quæ habẽt in Cle. fi.de æta.
& qualita.maximè per Cardi.& in Clemen. dudũ.de ſepul.vbi etiam doct. in c. 1.
de ſupplen.negli. præla. & ibi Archi.& in c.cũ Archiepiſcopus,de offi.ordi.in 6.
Alex.de Imo.in l.ſi mihi.& Titio.in antepenul.colum.de verb.oblig.& ſic ſimpli-
citer loquitur abſꝗ aliqua diſtinctione:ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pe
titorio.ff.de publi.c.quia circa.de priuileg. cum ſimilibus ibi traditis: Aliâs enim
eſſet in poteſtate vaſalli defraudare conſtitutiones Lotharij & Fride. prohibentiũ
huiuſmodi alienationes, quoniã ſemper poſſet apponere tale pactum in fraudẽ &
preiudicium dñi,contra dictũ §.ibi,callidis inſuper machinationibus quorundam
obuiantes; qui precio accepto,quaſi ſub colore inueſtituræ,quam ſibi licere dicũt,
feudũ vendunt,& in alios transferũt,ne tale figmentũ,vel aliud,vlterius in fraudẽ
huius noſtrę conſtitutionis excogitetur,noto verbum aliud,quod de ſui natura re- 216.
fertur ad ſimilia,ſecundum Bal. in l.conuenticula 5.col.verſic.Itẽ eſt arg.à natura
alternatiuorum. & in l. ſi fugitiui.vltima col.verſic.quæro hic dicitur.C.de ſeruis
fugiti. & in authentica ex teſtamento.& ibi glo.doct.C.de colla.poſt Bart.vel Ni-
colaum de Neapolis in l.ſed & reprobari,in princ.ff. de excuſ. tuto in 1.col.in fi-
ne,in verſ. contra hunc textum. & ſic nihil iuris amplius familia de V.prætendere
poteſt. Quinimo etiam ſi poſtmodum iuxta huiuſmodi pactum redemiſſet, vel
reemiſſet, nihilominus habuiſſet locum pœna præuaricationis, ne iuuaretur ex
eo vaſallus ab illa pœna. Ita probatur in c. 1. quid iuris ſit, ſi poſt aliena. feu.

Quod

Quod etiam firmat Bald. in c. 1. §. hoc quoq;. de ſucceſſ. feud. Et Ia. de Ardizo. in
tit. quibus mod. feud. & ſub rubricella, ſi alienat feud. & poſtea recuperat, niſi hoc
fieret in continenti, vt latius per dominum Iaco. de Alua. in d. c. 1. quid iuris ſit, ſi
poſt. & in tit. quæ fuerit prima cauſa. §. ſi. concluſione 38. Quare de iure familiæ
de V. non eſt amplius diſputandum, cùm etiam redemptum feudum eſſet apertum
domino, & ſic iterum idem abſoluendus. De quo etiam dominus Iaſon in tractatu
ſuo emphiteotico in 21. verſic. tenendo hanc opinionem, col. 157.

Septuageſimo ſeptimo pro hac parte adduco, & quidem iudicio meo non in-
eleganter nec temerè: quia ſicut dominium directum transfertur etiam titulo do-
nationis. l. quod vendidi. ff. de contrahend. empti. §. venditæ verò inſti. de rerum
diuiſi. l. liber homo. §. quicquid. ff. de acquir. rerum domi. l. cum res. C. de proba.
maximè autem illius ſcilicet emptionis & venditionis ſecuta traditione à domino
poſſeſsionis vacuæ. l. traditionibus. C. de pactis. l. ſi fundum. ff. de fundo dota.
217. Bal. in l. ea lege. col. C. de cond. ob cauſam. vbi dixit, quòd in contractibus non
transferatur dominium, niſi mediante traditione vel quaſi. Idē Bal. in l. ſi credito-
res, in fine. C. de fideiuſſo. glo. et Bart. in l. 1. ff. pro dote. Bald. in l. nulla. C. de iure
dotium. Glo. & Ang. in l. hæreditas. ff. de pactis conuent. inter emp. et vendi. etiā
antequam perficiatur inſtrumentum, glo. Bart. & doct. in l. contractus. C. de fide
inſtru. & ſiue fuerit empta res pecunia, propria ſiue aliena. l. mancipia. et ibi Bar.
C. ſi quis alteri vel ſibi. Item ſuo nomine ſiue alieno. l. multum. Et ibidem Bartho.
C. ſi quis alteri vel ſibi. Ita eodem modo dominium vtile transfertur contractibus
ſecuta traditione, vt habetur in eiſdem locis. Et ſicut dominium in emptorem non
transfertur ſine traditione poſſeſsionis, l. ſi prædium. & l. ſequenti. et ibi Bal. C.
de diſt. pigno. l. ſi ancillam. et ibi Bal. C. de proba. Specula. in tit. de acti. ſeu peti-
tione. §. 2. verſic. ſi autem velit: ita etiam dominium vtile ſine ea non transfertur
per generalē regulam, traditionibus. et voluit Bal. in additio. Specu. in tit. de loca.
§. nunc autem aliqua. verſic. 167. vbi ſecundum eum, emphiteota eſt ceſsionarius
iuris nō actionis, alleg. l. ſi culpa. cum ibi notatis. ff. de rei vendi. Pro qua parte eſt
optima glo. in l. 1. in prin. ff. de ſuperficie, ſuper verſic. actiones ſuas, quæ ſubdit:
ſed in rem, quam non habebat ſuperficiarius, non facta traditione. Ius aūt emphi-
teoticarium & ſuperficiariū ſunt ſimilia. Quod idē etiam ſatis apertè voluit Bart.
in l. interdū. ff. de acquir. poſſeſs. & idem Bart. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad
Trebelli. vbi videtur quodammodo pro claro præſupponere, quòd in emphiteoſi
non quæratur ius in re ſiue poſſeſsione. Idem vult etiam Bart. in quodam ſuo con-
ſil. quod incipit, Viſo inſtrumento locationis, in ordine 96. et poſt illos dominus
Petrus Philippus Cornæus conſil. ſuo 63. in 5. colum. in litera q. Sed in propoſito
noſtro interuenit emptio & venditio, ſecutaq; fuit traditio poſſeſsionis rerum feu-
dalium venditarum, vt illa ex actis conſtant per Bernhardum & V Vilhelmum de
V. ipſi Iohanni Conrado & Philippo de A. facta: ergo translatum fuit in illos vti-
le dominium, quod extitit apud venditores, eoſdemq; vaſallos, & maximè retenta
218. opinione dicentium, ex ſolo titulo transferri vtile dominium abſq; traditione vel
quaſi. Pro qua facit dictum Specula. in titulo. de locato. §. nunc aliqua. verſic. 165.
& Io. An. ibi. et facit quod notat Cy. in l. ea. C. de condi. ob cauſam. & quod no-
tat Bal. in l. ſi vt proponi. eo. tit. ergo ſequitur, quòd non nuda poſſeſsio, neq; ſola
commoditas rerum feudalium venditarum, vti ab actricibus & earum hæredibus
etiam maſculis prætenditur, in illos de A. prædictos translata eſt.

Septuageſimo octauo corroborantur iſta, quia dato, quòd dominium etiam
vtile non fuiſſet translatum in ipſos Iohannem, Conradum, & Philippum, per hu-
iuſmodi contractum venditionis, & ſubſecutam traditionem: tamen cùm poſtmo-
219. dum ipſi fuerint inueſtiti, certè per hoc, ſeu talem inueſtituram translatum eſt in
eos vtile dominium. Ita dicitur in c. 1. de reg. iur. li. 6. & l. 1. in fine. & ſequenti. ff. ſi
ager, vectigal. vel emphi. peta. l. 1. §. quod autem, ff. de ſuperficie. Bald. in c. 1. col.
2. de controuer. inueſtitu. notatur in c. ex parte, de conſuetu. & eſt de mente Pauli
de Caſt. in conſil. 154. incipiente, Super primo quæſito. & melius in conſil. 159.

incipiente,

incipiente, Viſo & examinato puncto, in 2. col.ibi: conſtat enim, quòd ſi proceſ-
ſit inueſtitura Petri facta per dominum Epiſcopum, fuit illi Petro acquiſitum ius
vtilis dominij, iuxta notata, quæ plenè habentur per glo. in c. 1. §. præterea. de
Capitulis Corradi. & Alex. de Imol. in conſilijs quibuſdam ſuis, & quod inue-
ſtitura quæratur vtile dominium, decidit expreſsè Laurentius Calca. Brixien. in
conſ. 115. in 2. col. ibi: ſed in caſu noſtro dominus Dei ſaluus probauit de vtili do-
minio, nedum ex inueſtitura, quia illud etiam ex inueſtitura acquiritur: alleg.
dictam l. 1. ff. ſi ager vectiga. vel emphi. Quinimò transfertur dominium etiam
vtile ex permiſsione, quam quis facit alteri de vtendo re permittentis vt ſua. An-
ge. in auth. reſtitu. in prin. col. 8. Quinimò dominium etiam vtile transfertur per 220.
venditionem rei, vel ſimplicem inueſtituram etiam verbalem, quando emptor eſt
in poſſeſsione, ſciente venditore, vel inueſtiente, l. quædam. & ibi Ange. & Pet.
de Suitza. C. de rei vendi. & in l. alienum. & ibi Bal. C. de furt. Specula. de ſtatu
regula. verſ. 46. & ſic traditio, in dubio præſumitur facta animo transferendi do- 221.
minium directum vel vtile, quando præcedit contractus habilis ad dominij tranſ-
lationem, vt emptionis & venditionis. Bar. in l. 1. in 3. notab. ff. pro dote. & in l.
dotis. ff. de iure dot. in l. ſi conſtante. 20. col. 2. q. 4. principal. ff. ſolut. matri. &
præſumitur facta poſſeſſori habenti titulum. Specul. in tit. de loca. §. nunc ali-
qua. verſ. 58. Cùm ergo in propoſito noſtro omnia iſta interuenerint, & con-
ſtant ex literis productis, partium aſſertione & confeſsione in actis, certè nemini
dubium, quòd dominium ſaltem vtile, & non nuda poſſeſsio vel commoditas fue-
rit in Iohannem, Conradum, & Philippum de A. translatum: & mortuo Phi-
lippo vltimo poſſeſſore ſine agnatis legitimis ipſum ſit deuolutum ad dominum,
& conſolidatum dominio directo, vti dictum & oſtenſum eſt ſuperius in diuerſis
locis.

Septuageſimo nono comprobatur illud, quia poſito ſalua veritate, quòd in
terminis noſtris nulla interueniſſet feudi venditio, ſed vel venditio vel locatio fru-
ctuum vel etiam cõmoditatum rerum feudalium; tamen adhuc ſibi vendicarent lo-
tum prædicta, quia in longum tempus eſſet facta venditio vel locatio. Dicitur 222.
enim longum tempus decennij. Bal. in l. quæcunque. C. de bonis, quæ lib. notat.
in rubr. & l. 1. C. de longi tempo. præſcrip. & in rubri. quæ ſit longa conſuetu.
Bart. in l. 1. §. quod autem. de ſuperficie. l. ſi fideicommiſſ. §. ariſto. ff. qui & à
quibus. Facit quod notat glo. in l. ſi filius. C. de petitio. hæredi. & conſequenter e-
tiam vicennij, vt inſti. de vſucap. & l. ſi. C. de longi temporis præſcrip. 16. q. 3.
c. placuit. maximè autem 30. annorum. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum. & l.
2. ff. conſtitu. pecu. etiam in præiudicium alterius, vt per Angelum, Alex. & a-
lios, in l. ſi filio. §. fi. ff. ſolut. matri. vel ſaltem arbitrio iudicis dicetur longum. l. 223.
ſi finita. §. cùm autem. ff. de damno infect. & in l. 1. ff. de iure delibe. qui debet ar-
bitrari ſecundum ius, vel ſtatuta loci, ſecundum notata in l. 1. C. de emancip. li-
be. & latè per Alex. de Imo. conſ. 5. vol. 4. vbi vltra prædicta allegat l. an in to-
tum. C. de ædif. priua. & in l. cunctos populos. & ibi plenè notatur C. de ſum.
trinita. & fide Catho. & in c. de cauſis, de off. delega. Quod & communiter te-
nent Doct. quòd ſit in dubio, & regulariter iudex habet & debet arbitrari, quòd
tempus decem annorum, vel abinde ſuprà, ſit tempus magnum vel longum,
per iura ſuprà allegata. & hoc etiam tenet Archi. 12. q. 2. c. alienationes, in vlti-
ma col. & Iacob. Butri. in l. emptorem. C. loca. Bal. in præalleg. loco. & Ang.
in l. ſi filio. §. ſi. ff. de ſolut. matri. & Bal. in l. iubemus. la. 3. in princ. in 2. col.
C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi dixit, quòd de conſuetudine ita ſeruetur. Ita etiam
tenet Antho. de Butri. & alij poſt eum, in c. ſi. ne prælati vices ſu. & domi-
nus Cardinalis Florentius in d. Clemen. 1. §. ſi. in 4. q. & Io. de Imo. in c. ad
audientiam, el. 1. de rebus eccle. non alienandis. Vnde minimè ſunt mu-
tanda, quæ interpretationem certam habuere. l. minimè. ff. de legi. Et qui-
dem in dubio ſaltem videtur longum. l. ſi non præfinito. & ibi glo. & Bart.

ff. de

ff.de pecu.Bal.in l.1.col.1.verſ.ſed extra opponitur. C.de poſtulan. glo.in l.fi.
224. in verſ.ad tempus. ff. ſi ager vecti. vel emphi. peta. Quinimò etiam non expreſ-
ſum,tamen in dubio præſumitur perpetuum.l.ſufficit.ff.de condi.indebi.Sed tunc
225. ſuccedit regula, quòd quando ipſa venditio eſt prohibita, intelligitur & cenſetur
etiam prohibita locatio ad longum tempus, & maximè perpetua: ſic & emphiteoſ.
caſus eſt in c. 1. §. Mediolanenſes de alienati. feud.ibi: quia nunquam reuerſum
eſſet ad dominum, cùm eccleſia non deſinat eſſe hæres, quod & obſeruandum eſt
in priuato ex natura perpetui inſtrumenti ſeu libelli, per quem transfertur vtile
dominium, ſecundum Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bonis auth. iudic.poſsid.in
prin.vltimæ chartę,ſecutus Roffred.niſi in caſu legis fi.C.de prædijs rurali.li.10.
vt ibi plenius per eum.et Alex.de Im[illegible]ſ.ſuo.1.in 4.vol.in verſic. & quòd pro-
hibita. & in conſ. 16. & 17. incipien. Viſo inſtrumento. Bald.vbi ſuprà.& Car-
din.in Clemen. 1. §.fi.de rebus eccle.nõ alienan.proximè allegata.Nec poteſt va-
226. ſallus etiam conſtituendo vſufructum in re feudali alium vſufructuarium face-
re,ſecundum Andre.de Iſernia.per l.arboribus.§. 1.ff. de vſufruct. et l.fi.C.de re.
alien. non alienan. et refert & ſequitur dominus Iacobus de Alua. in c. 1.§. 1. de
prohibitis feud.alien. Vnde etiamſi in propoſito eſſet vſusfructus conſtitutus,
ſeu commoditas tantum vendita vel locata: tamen quia illud fuiſſet factum ad
non modicum tempus vel longum, imò longiſsimum, & quidem perpetuo, vt ex-
primunt literæ, ſcilicet ewigklich ꝛc. Quare per eam nihilominus translatum fuiſ-
ſet vtile dominium, & priuatus vaſallus iure ſuo, quod vendidit vel locauit ad
longum tempus, imò longiſsimum, perpetuoq́ꝫ, maximè quando in fraudem facta
eſſet locatio, ſcilicet ipſius domini feudi, vt in c. 1. §. donare,in tit. qualiter olim
pot. feud. alienari, vel præiudicium eius: idem in emphiteoſi perpetua, quæ etiam
eſt alienatio,vt in authent.de non alienan.reb.§.alienationis.& eſt glo.Bal.& alij
in d.c.1.§.1.de prohibit.feud. aliena. per Fride. vbi etiam addunt hoc eſſe verum,
etiamſi foret appoſitum pactum, vt ex tali contractu non transiret vtile domini-
um, quia videtur eſſe factum in fraudem legis, per ea quæ dixit Dy. in l. codicillis.
§.inſtituto.ff.de lega.2.de quo plenè per Iacob. de Ardi. in ſumma in tit.qui mod.
feud.amittatur.& Specul. in tit.loca.§.fin.verſic. 125.& ſequitur dominus Fran-
ciſcus Zabarella. in c. 2. de feud. Translatum ergo eſt vtile dominium, non com-
moditas ſola: & per conſequens habent locum pœnæ, iuris, & alia, quæ dixi
ſuprà.

Quinimò iuſtificando hanc partem, & octuageſimo videtur nullo modo poſ-
ſe dici, contractum locationis, quia ille dicitur propriè locare, qui vſum rei alteri
pro mercede concedit ſecundum Summiſtas de locato. nec,ſaltem propriè,ſine pe-
cunia eſſe poteſt.l.2.ff.loca.l.naturalis.§.at cum do.ff.de præſcript.verb.Et ſic eſt
227. neceſſaria merx vel penſio, imò ſine ea non ſubſiſteret, necꝫ valeret locatio dictis
iuribus. & Paul. de Caſtro,conſ. 318. incipien. Viſis & conſideratis omnibus ad
finem alleg. d. l. 2.& l. ſi vir vxori. ff. de dona. inter vir.& vxor. l. ſi conuenit. ff.
commun. diuidun. & habetur clarè inſtit. de locat. & conduct. in prin. ibi: ſic &
locatio & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merx conſtituta ſit, & quidem cer-
ta,& in pecunia numerata,ſecundum glo.& doctores ibi. Cui etenim non compe-
tit diffinitio,illi etiam non competit diffinitum. l.omnis diffinitio.ff. de regul.iur.
& l.quintus. ff. de auro & argent.lega. debet enim conuerti cum diffinitio. l. 1. §.
dolum.ff. de dolo. & l. fi. de verb. ſignifi.notatur in c.tres ſunt actiones, de pœni.
diſ. 1. de ſumma trinit. & fide Catholica, ſuper rubr.& in c.cum cauſa.de raptori.
228. & cui nõ conueniunt verba,non cõuenit etiam diſpoſitio. l. hos accuſare.§.omni-
bus.ff.de accuſatio.l.4.toties.§.& ibi omnes.ff.de dam.infect.& alibi ſępe in pro-
poſito: ergo licet à vaſallo & cõmoditas feudi, & vendi & locari potuiſſet, vt notãt
omnes in c. 1.in prin.de prohib.feud.ali.per Frid.& c.2. §.ex eadẽ,de lege Conra.
229. & annui fructus etiam ad tempus, quia prohibitus vendere non prohibetur de
fructibus diſponere.l.Codicilli. §.inſtituto. de leg. 3. & in l.pater.in prin. ff.de le-
gat.3.cum ſi.Tamen in terminis noſtris,in quibus res ipſæ feudales ſunt venditæ,

nequa-

nequaquam dici poteſt, fuiſſe factam locationem, vel fructuum, vel etiam commo-
ditatis rerum feudaliũ, per iam dicta, & inferius dicenda, ſed potius emptio & ven-
ditio rerum, maximè ex quo pretium, & non penſio vel merx ſingulis annis fuit cõ-
ſtituta, ſed pretium eſt, quod oſtendit & infert contractũ emptionis & venditionis, 230.
facitq́ talem præſumi. l. 1. §. qui ſuperficiem. & ibi Bart. & Alex. de Imol. ff. de
ſuperficie, glo. & Bart. in l. apud Celſum. §. ſed cum. ff. de except. doli. l. fi. C. de
prædijs curia, & Specul. in tit. de ceſs. acti. §. 2. for. 1. Bald. in l. cùm dotem. verſ.
notat. hîc ar. C. de iure dotium. Alex. in l. fi. ff. de condi. ob cauſam. in l. Iulianus.
§. offerri. de actio. emp. in l. ſi quis autem. ff. de acquir. poſſeſsione. & alij in alijs lo-
cis breuitatis ſtudio omiſsis: ergò &c. Et ſic firma remanet & indubitata concluſio,
hunc fuiſſe contractum emptionis & venditionis rerum, nõ fructuum, vel commo-
ditatum, non etiam locationis: & vtile dominium translatum fuiſſe ſaltem ſubſecu-
ta inueſtitura: ergò quod dixi, verum, & dominus Marchio abſoluendus ab actio-
ne inſtituta.

Quod & octuageſimo primo confirmatur, quia ex poſitionibus reſultat con- 231.
feſsio, glo. eſt notabilis in c. 1. in verſ. non poſſunt. de confeſſ. in 6. & Specula. in
tit. de poſitione. §. 8. in prin. ibi: dum dicit: & quidem ius eſt, quòd is qui ponit ali-
quid, eo ipſo q̀ ponit, videtur confiteri id quod ponit. et in §. decimo, verſic. quid ſi
actor. ibi: poteſt enim contra ſe ponere vel confiteri, & creditur ei. 14. q. 2. §. 1. &
l. de ætate. §. 1. ff. de interroga. actioni. Vnde contra poſitiones ſuas quis non audi-
tur. Indecens nanq; valdè eſt, quòd quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundẽ
caſum valeat ſuo teſtimonio infirmare. l. generaliter. C. de non nume. pecu. l. ſi
patronus. §. 1. ff. de donat. c. per tuas. de probati. Certum ergò eſt ſecundum eum,
q̀ tam ponens, quàm is qui confitetur, quod poſitum eſt, pro confeſſo habentur, l.
1. ff. de confeſſ. l. vnica. §. 1. & in d. l. de ætate. §. ſi cùm eſſet. ff. de interrog. act.
cum simil. quibus quidem confeſsionibus quatenus ius vel natura non repugnat, 232.
ſtandum. l. confeſsionibus. & ibi Bart. ff. de interroga. acti. & paribus paſsibus
ideò ambulant cum ſententia. l. poſt rem. ff. de re iudic. tenet Bart. in l. certum. §. 233.
ſed ad ipſos. in 1. col. verſ. & eodem modo. ff. de confeſſ. tollitq́ omnem neceſsita-
tem producendi teſtes. Specu. de poſitione. §. 2. in fine. & habet vim ſententiæ di-
cta l. 1. C. de confeſſ. & ibi docto. & probat quartum inſtrumentum. l. cum te. C.
de tranſact. eſtq́ omnino ſimilis inſtrumento. Anth. de Butr. in c. fi. de libelli ob-
la. & ad propoſitum noſtrum eſt bona deciſio Bal. in l. ſi duo. §. Marcellus. in q. 2.
ff. de iureiuran. vbi confeſsio, q̀ emit vel vendit probat, licet de precio etiam nihil
ſit dictum. & quòd confeſsio etiam ſit ſpecies probationis, habetur in l. ſed ſi prio-
ri. §. penul. ff. de iureiuran. & Bart. in l. 1. in fi. ff. de off. proconſul. & lega. vbi etiã
Alex. de Imo. Bal. in l. à diuo. §. ſententiam. ff. de re iudica. Anth. de Butr. in c. fi.
10. col. de confeſſ. imò etiam releuat ab onere probandi. Io. An. in c. bonæ, de el-
lecti. in not. & in nouell. de probat. 6. q. vlti. actor. Bal. in c. 1. §. ſacramentum, de
conſue. recti. feu. & in rubri. de proba. Alex. de Imo. in l. eum qui in fi. prius. ff. de
iureiuran. & l. publia. §. 1. ff. de poſiti. Sed in propoſito noſtro actrices poſuêre
in diuerſis locis libelli per Bernardum de V. caſtrum M. villamq́ cum perti-
nentijs, & præterea vtile dominiũ venditum eſſe, vt patet in 11. 12. 13. 14. 15. 16.
17. & quibuſdam ſequentibus. & ſic in iudicio & realiter confeſsi ſunt non com-
moditates, ſed caſtrum & villam eſſe vendita, atque illos de A. inſuper inueſtitos
fuiſſe, ac recepiſſe in feudũ illa eadem, ergo amplius non eſt cæſpitandum, neque
verba ſuperfluè effundenda.

Octuageſimo ſecundo cõprobatur illud, quia (& nunc pono falcem ad radi-
cem huius quæſtionis vel dubij) tenor cuiuslibet diſpoſitionis oſtendit qualis ſit 234.
contractus ſeu diſpoſitio, & qualem verborũ proprietas importat, ſecundũ Paul.
de Caſt. in conſil. 200. incipiente: Ad primum, in fine. & in conſilio 352. in fine,
incipien. Præſens dubiũ, in fine ibi: Præterea quando verba teſtatoris nullo mo-
do poſſunt adaptari ad aliquem ſenſum, non debemus illum capere, poſito quòd
præſumptio ſit apud nos, teſtatorem ita voluiſſe. l. in ambiguo. in fine. ff. de reb.

dubijs. & l. ſi alij. ff. de vſufruct. lega. & poſtmodum ibi: quia hoc non dixit, & verba teſtatoris ad hoc non adaptantur, quia loquendo de maſculis, cenſetur fœminas excluſiſſe. l. cùm prætor. ff. de iudic. Bart in l. cùm auus. ff. de condi. & demōſtra. Quare & cōtractus in ſua eſſentia talis pſumitur, qualis in ſui prima figura apparet, ſecundum pręfatum præceptorem meum dominum Philippum Decium, in conſil. 167. colu. 1. allegando notata per Bal. in c. 1. in prin. de feu. dato in vicem leg. cōmiſs. & quòd tenor et ſeries verborum ipſius contractus, & cuiuſcunq; diſpoſitionis oſtēdat naturā et ſubſtantiā talem eſſe, qualē verba demonſtrāt, probat tex. in l. ſancim⁹. in verb. niſi pacti tenor reclamauerit. C. de fideiuſſori. in l. ad probationē. C. de pbationi. in verſ. tenor deſignat, quē ad hoc allegat Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. fac. l. 1. C. de iure emphi. & qd voluit Bal. in l. quotiēs. C. de ſuis et legitimis. et in authent. ceſſante. C. de legiti. hęredi. in l. 1. C. de lati. liber. tollē. c. tenor. c. recepimus, de priuile. c. ex tenore. c. ſeries. de teſti. c. ex tenore. de foro cōpet. c. ex tenore. de ritibus. c. ſi cui. de extraordi. capitu. Cōtra. in verbis vim verborum, & tenorem inueſtituræ ſequendum: quem allegat Bald. in proœmio feudorum. & c. 1. de duob. fratribus, à capitan. inueſt. & ideò noſtrum non
135. eſt addere, neque detrahere verbis contractus. l. fideiuſſores. §. cum pro Aurelio. ff. de fideiuſſo. d. l. ſancimus, circa finem. C. eo. tit. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fine. ff. de verb. oblig. Inno. in c. cùm clamor. extrà. de teſti. Bal. in l. lecta. in prin. 3. col. ff. ſi cert. peta. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit, in penul. col. ff. de iureiuran. in c. cùm olim. Abb. in fine 2. col. extrà. de off. delega. & in c. 1. de duobus fratribus, de nouo benefi. inueſtit. Andre. Barba. in conſ. 2. 11. & 26. & benè probat textus in l. intereſt. Ibi tantum, quantum lectio pro-
136. bat, in ſcripturam conferri placuit. C. de ſolutio. & nimirū cùm verba contractus ſint forma contractus, & forma dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhiben. de conſecra. diſt. 1. C. ſi motum. et c. 1. & 2. de conſecra. eccle. vel alta. et Inno. ibidem ſuper rubri. notatur in Clemen. 1. §. porrò de ſumma Trinitat. & fide catholi. Sicut quando contrahitur in ſcriptis, ſcriptura eſt idem quod forma, vt
137. notatur in l. nō figura. ff. de actio. & obliga. et ideò nihil ei addi vel detrahi poteſt, vt not. Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſthu. & Bal. vbi ſuprà. & in c. 1. §. denique. in tit. quæ fuerit prima cauſa benefi. amitt. cum ſimilibus inferius allegandis. Cùm ergo & verba & prima figura huius celebrati cōtractus clarè oſtendant iſtum contractū talem eſſe, ſcilicet venditionis: quare talis eſt iudicandus, et ipſe Marchio cum refuſione expenſarum abſoluendus.

Quod octuageſimo tertio coadiuuari poteſt, quòd maximè hoc ſit verū, & procedat, quādo talia verba geminant & multiplicantur. Significat em̄ geminatio pręci-
138. ciſam voluntatē, et enixam mentē diſponentis et cōtrahentis, ſecundū Bal. in c. ex te. in 2. col. extrà, de reſcript. poſt glo. in c. requiſiſti. in verſ. decēs. extrà, de Teſtamen. dicēs, repetitionē verbi multū operari. idē dixit Bald. in l. precibus: in magna quæſt. verſ. nunc vlterius pcedo. C. de impube. et alijs ſubſti. in l. fructus. C. de actio. empti. et in ſimili dicit tex. in l. cùm pater. §. filius matrē. ff. de leg. 2. Geminata etem̄ diſpoſitio fortius conceptū mentis demōſtrat, quàm vnica, vt notat Bal. in extrauag. de pace cōſtan. in verb. caſſetur & irritetur. Benè facit quod notatur in l. Baliſta. ff. ad Trebelli. et in c. q ſi decimus. extrà. de iureiuran. et quod pulchrè notatur in l. nec damnoſa. C. de precibus imper. offer. gloſ. in auth. caſſa & irrita cōmuniter approbata. C. de ſacroſan. eccleſ. et poſt illā Bal. in l. non dubium. C. de legi. quod etiam probat tex. in c. 1. de aliena. feudi. in verſ. amittit. et non valebit, ita intelligendo Bal. ibi: in verſ. quæro dicitur. & in l. 1. §. ſi. ff. quod quiſque iuris. ibi: pro nullo habetur. Per quem textum dixit Bal. in prima conſtitutione ff. q verba geminata inducunt veritatem, vbi aliàs ſimpliciter inducerent fictionem,
139. quia non ſine cauſa legiſlator geminauit illa verba coniungentia iuris intellectum veritati, modò ad rē noſtrā, ſi rectè inſpiciantur & ponderentur tenor & verba inſtrumenti, vel literarū ipſius cōtractus emptionis & venditionis, inter Bernhardū de V. venditorem: & Iohannem, atque Conradum de A. emptores initi: certè plus quàm manifeſtè inuenietur caſtrum M. & villam cum eorum pertinentijs

eſſe

eſſe vendita, & non fructus vel commoditatem illorum. & quidem illa verba ſunt geminata, ibi: Recht vnd redlich verkaufft/ vnd zukauffen geben haben ꝛc. & demum ibi: Mein zweytheil an M. nemlich an dem Schloß/ vnd an dem Dorff vnd was daran vnd darzů gehört/ es ſey gůt/ gült/ äcker/ wiſen/ egarten/ weingärten/ holzmarck/ waſſer/ waſſerleytung/ vnd weyde/ nichts außgenommen/ wie dann mein vatter ſelig vnd ich / vnd auch ſie die bißher ingehabt/ herbracht vnd genoſſen haben / vnd gib jhnen das für ein vnanſprechig ledig gůt / vnd für lehen ꝛc. Quæ verba clarè oſtendunt, res ipſas feudales eſſe venditas, & non fructus, neque commoditates ſeu vtilitates earundem tantum. A quibus quidem verbis claris non eſt recedendum. non aliter. ff. de lega. 3. l. pedicul. §. argento. cum glo. ff. de auro & argen. legat. glo. in l. voluntat. C. de fidei commiſſo. Dy. & Bart. in l. 1. in prima oppoſitione. ff. de iure Codicill. & non debent neque poſſunt 240.
gloſſari vel reſtringi huiuſmodi verba contractus, ſecundum Bal. in d. l. voluntatis. in 2. col. in verſ. Item non debent. C. de fidei commiſſ. maximè ſic geminata & declarata per ſubſequentia verba, ibi: vti pater meus defunctus, ego & ipſi illa vſque modò poſsedimus, habuimus, ac tenuimus & vſi ſumus &c. ſed ipſi habuere nedum vſum, & commoditatem, ſed etiam vtile dominium earum rerum: ergo & illud fuit venditum, ac in Iohannem Conradum de A. ac poſteros eorum tranſlatum abſque dubio, quum etiamſi præcedentia forent obſcura, cuius contrarium ex dictis ſuprà patet, tamen verba ſequentia haberent illa declarare. Bar. in l. vtrum. 241.
ff. de peti. hereditatis. benè facit §. huiuſmodi tamen inſtitu. ad leg. Aquil. et l. quẽadmodũ. ff. eod. tit. quod & apertè probatur in l. qui filiabus. et l. ſi ſeruus. in fine. ff. de lega. 1. et in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoq; lega. Benè facit, quod voluit Bart. in d. l. qui filiabus. et in l. aliment. ff. de aliment. & ciba. legat. cum ſimilibus, per Dominum Franciſ. de Curt. allegat. in conſil. ſuo. 51. in. 6. colum. allegando Panormit. in cõſ. 36. in 1. vol. in vlt. colum. verſ. nec obſtat, ſi dicat teſtatorẽ, vbi arguit quòd quãdo in eadẽ diſpoſitione fecit mentionem de filio maſculo, videatur intellexiſſe in omni parte teſtamenti, de maſculo, quia verba præcedentia dubia capiant intellectum de ſequentibus alleg. dicta, & quædam alia iura. Cùm ergò in propoſito verba in ſe ſint clara, & ſi forent obſcura, reciperẽt per alia verba talẽ et manifeſtam declarationem, ideo nõ poſſumus aliquo modo dicere cõmoditatẽ quandam & ſolam eſſe venditam, contra verba & tenorẽ literarũ venditionis, ſeu contractus celebrati, ſed res ipſas & earũ vtile dominiũ, quod habuit venditor.

Conualidantur iſta, & quidem octuageſimo quarto, quia dato, ſalua veritate, in propoſito ſeu terminis noſtris, illa verba in literis contractus, ſeu inſtrumentis venditionalibus, non eſſe expreſſa, vel ſaltẽ non geminata, & tanto minus multiplicata, adhuc iſte, vt videtur, erit contractus emptionis & venditionis, & tranſlatum vtile dominium, quod ſic probatur, quia in illis fit mentio precij, ibi: Vmb acht Tauſendt gulden gůtter Reiniſcher Landwerung/ die ſie mich wol gewert/ bezalt/ vnd gnug gethon haben/ vnd darumb ſo gib ich jhnen vnd jhren Erben/ die gemelten mein zweytheyl/ mit allen vnd jeden zugehörden/ als vorſtehet/ für mich vnd mein Erben/ jetzt wiſſentlich in krafft diß Brieffs/ vnd wie recht iſt/ ꝛc. Sed tunc ſuccedit regula, quòd quotieſcunque in aliquo contractu fit mentio talis, vel exprimitur precium, ſeu æſtimatio rei, certè præſumi facit, eſſe cõtractum 242.
emptionis & venditionis, non autem locationis vel alterius. Ita Bald. in l. ex conuentione. C. de pactis. in l. cum dotem. C. de iure dotium. Specula. in tit. de ceſsi. acti. §. 2. verſ. et notatur ibi: ſatis reſultat, quòd ſit emptio. vt l. fi. C. de prædijs curia. li. 10. et arg. l. fi. C. manda. in §. ſi cum hi. ibi: actione habita. et l. penul. §. 1. in fi. et ff. de præſcrip. verbis. l. naturaliter. §. 1. cum ſimil. infrà allegand. vnde & ex qualitate eius ſcilicet precij contractus præſumitur. l. cum hi. §. 2. ff. de tranſacti. l. in rebus. §. poſſunt. ff. cõmodati. de pœnis. diſt. 5. et non mirum, cùm ad venditionem referatur potiſsimum etiam illud verbum precium. d. l. fi. C. de prædi. curia. li. 10. Ideoq; vt dictum eſt, præſumi facit contractum emptionis, vt etiam probatur in l. 1. §. qui ſuperficiem. et ibi Alex. de Imo. poſt Bartho. ff. de ſuperficie. Glo. &

Bart.in l.apud Celſum.§.ſed cum.ff.de doli exceptio.Idem Alex.in l.ſi.ff.de condi.ob cauſam, dicens, dationem pecuniæ pro precio rei dandæ, arguere venditionem.& plenè per eundem,in l.Iulianus.§.offerri.de actio.empti.& in l.ſi quis autem.ff.de acquir. poſſeſſ. Erit ergo & eſt iſte contractus emptionis & venditionis, & quidem rerum ipſarum,vel vtilis dominij,non autem locatio,commoditatis vel ſimilis,per iam dicta & præallegata iura.

Octuageſimo quinto fortificatur illud,quod proximè dixi,vt cenſeatur omnino eſſe contractus emptionis & venditionis, & quòd ex eo etiam fuerit transla-
243. tum vtile dominium, quia vendens rem ſimpliciter intelligitur de iure vendere directum dominium, ſi illud habet, aliâs ius, quod habet in re. Ita Bald. in l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. & in rubr.C.eo.ti. vbi plenius per eum volens, quòd quando emptor fuerit certificatus, & tunc videatur vendidiſſe ſolum ius quod habet,& locum tunc habeat textus in d. l. qui tabernas. Benè facit l. vxor patrui.C. de legat. aut non fuerit certificatus, & tunc videatur vendidiſſe iure proprio & libero: & ſic tanquam allodium,per notata in l. ex prædijs. C.de euict. & in l.cùm venderes. ff. de contrahen. emptio. & quod notatur in l. traditio. §.ſi quis igitur.
244. ff.de acquiren. rerum domi. & ita etiam eſt in alijs contractibus lucratiuis, ſcilicet in legato, & donatione, videtur legatum & donatum ſuum omne ius quod habet. l. ſi domus. §. fi. de lega. 1. & quod ibi Nicola. de Neapol. & alij. et l.ad res. ff.de edi.edic.& in d.l.vxor patrui.de quo etiam per glo.& Bal. in l. ſi quis emption. §. 1.de præſcript.30.vel 40.annor. Dñs Alex. de Imo. cõſulendo in conſil. 95. in 1. & vltima. colu. vbi vltra prædicta allegat etiam Cy. in l. 1. C. ſi pignus pignor. dat. ſit. qui expreſsè & audacter dicit eſſe tenendum, quòd qui vendit rem & obligat, intelligitur vendidiſſe vel obligaſſe rem totam, quod etiam ibi placet Baldo. & Bal.in l.cùm alienam.C. de lega.Bal. & Ang.in l. 1. C.qui teſtam.fac.poſſunt. Cy. Bal. Ang. Inno. & alios in d.l.ſi domus. & Bald. in l.in teſtamento. C.ad l. Falci.vbi dixit,quòd in l.qui tabernas. emptor ſciebat qualitatem loci,quia locus erat publicus. & ita reperitur ſecundum eum,quòd Iohannes ſcripſit ibi ſuper verbo,in ſolo, hanc gloſſulam ,cùm hoc eſſet emptori notum &c. et idem in l. 2. C. de remiſſi. pigno. & Ange. in d.l.ſi quis emptionẽ. §. 1.C.de præſcript.30.anno. & ante illos Bart.in l.cùm tabernam.in princip.ff.de pignori.Modò ad rem vel propoſitum noſtrum:quodcunq; horum fuerit,habebo intentum. Nam ſi emptor certificatus emit, vti exprimunt rem venditionis, ſcilicet quòd ſit feudum, & quòd ꝑ libero proprio feudali vendit: & tunc, vt liquet ex prædictis, cenſetur vendidiſſe
245. omne ius quod habuit,& ſic vtile dominium,quod eſt penes vaſallum,& maximè cùm etiam quilibet contrahens præſumatur contrahere de iure ſuo,non de alieno; ſecundum Bal.in l.in teſtamento,in prin. C. ad leg.Falci. ſi plenè certificatus: & tũc pro libero,proprio,allodiali. & ſic plenum ac directum dominium tunc etiam videretur vendidiſſe,& quatenus illud reſpiceret, tenetur venditor emptori ad intereſſe. Præſumitur ergo alterum eorum, vel directum vel ſaltem vtile dominium eſſe venditum,non autem ſola vtilitas vel commoditas, nec eſt aliud probatum: ergo debet abſolui Marchio per iſta & alia ſuperius allegata.

Octuageſimo ſexto corroborantur iſta etiam ex alio, quia dato, quòd illa non
246. ſint,& quod venditor aliud in mente geſſerit,tamen cùm voluntas in mente retenta nihilo peretur,l.pactum,quod dotali.C.de pactis.l.ſi repetendi.C.de condi.ob cauſam.l.dedi.§.ſi quis cauſam.ff.eo.tit. l. ſi mater. C. de dona.inter vir. & vxo.
247. & actus agentium etiam in contractibus non operantur vltra vel infra eorum intentionem.l.non omnis.ff. ſi cert.peta. l. obligationum ſubſtantia. ff. de actio. & obliga. l. ſi abſent. C. ſi cert. peta. et ibi Bal. et alij, cum ſimilibus in eiſdem locis traditis adhuc idẽ iudicandũ. cũ quilibet cõtrahens videatur et præſumat̃ in dubio ſaltem quod ius,ſtatutum,vel cõſuetudo diſponit,velle,ſintq; ſecundũ illud cõſue-
248. tudinẽ vel ſtatutũ verba interpretãda.Ita Bart. in l. vt iuriſiurandi. §.ſi liber.verſ. ſed illo caſu,de opis liber.et in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff. ad Trebell. Alex. de Imo.

con-

conſilio 60. aliâs conſilio 52. incipien. Circa hanc dubitationem,penul. colum.
verſ. præterea faciat allegando Bal. in l. precibus.47. col. C. de impube. & alijs
ſubſtitu. dicens,quòd teſtator fingitur etiam cogitare illud, quod lex diſponit, per
l.cum quidam.ff.de acquir.hæredi. Dy. quem refert & ſequitur Bart. Ang.& alij,
in d. l. hæredes mei. §. cùm. ita voluit Guid. de Suntza, quem refert & ſequitur
Archidia.in c.ſi quis ſuadente 17.q. 4. quia ſecundum eum, videtur regulaſſe ſe-
cundum conſuetudinem loci dictum contractum, vel ſaltem voluiſſe regulari: &
in contingentia facti refert ſic conſuluiſſe Io. de Imo. per proximè in 38. funda-
mento,et notoria conſuetudine regionis.Inno.in commento.c. potuit,in ſuis fina-
libus verbis, vt teſtator videatur voluiſſe illud quod diſponit conſuetudo ſuæ pa-
triæ. & idem voluit Petrus de Ancho. in conſ. 404. vbi in facto concurrente ita
conſuluit. Idem ſecutus eſt Abbas,in c.in præſentia. de proba. & alij alibi. et ite-
rum idem Alex. de Imo. in conſil. 15. incipiente, Viſo teſtamen. dicti Iohannis,
vbi vltra prædicta adducit etiam notata per Petrum de Ancho. in l. tres fratres. ff.
de pact. ibi referens,ſe aliâs tenuiſſe, quòd ſi ſtatutum excludat fœminas à ſucceſ-
ſione patris,ſtantibus agnatis maſculis,et cõtingat,quòd pater in teſtamento dixe-
rit, quòd inſtitueret filios ſuos, quòd tunc non comprehendantur filiæ, quarum
natura & conditio ſit diuerſa à maſculis,in ſuccedendo,propter dictum ſtatutum,
vt ſic verba teſtatoris intelligantur ſecundum mentem ſtatuti. & in repetito conſ.
eiuſdem 127.incipiente, Viſo teſtamento,in princ.vol.Barba.in l.cum acutiſſimi,
in penul.car.C. de fideicommiſſ. & in commento.c. Raynucius.in 2.car.& in 45.
car.latius.extra,de teſta.et in conſil.64.in 11,col.in 1.vol.& ita etiã alij in alijs lo-
cis,ac diuerſis eorum conſilijs. Modò ad propoſitum: Voluntas ipſa ab altera par-
tium, ſcilicet venditoris,in ſua ſola mente retenta nihil operabitur,& præſumetur,
eum,ſcilicet Bernhardum venditorem id voluiſſe, vel in mente ſua egiſſe,quod iu-
ra feudalia vel conſuetudo regionis diſponunt, vtrum eorum attendatur, habet
dominus Marchio intentum ſuum, quum non commoditas, ſed vtile dominium
cenſebitur venditum;ergo &c.

Octuageſimo ſeptimo, iterum retentis eiſdem terminis, videlicet, quòd datò
venditor aliud geſſerit in mente, & quidem etiam non videatur vendere directum
vel vtile dominium,nec etiam velle, quod ius,ſtatutum vel conſuetudo diſponit,
cuius tamen oppoſitum clariſſimè,& non minus verè quàm eleganter in proximis
fundamentis fuit ad plenum deductum, coadiuuatur illud: quia nihilominus ad-
huc in propoſito noſtro vtile dominium, & non commoditas ſola,eſſet venditum,
& ſaltem in dubio illud etiam translatum,per aliam regulam vulgatam,quę habet, 149.
quòd emptor regulariter & in dubio videatur & præſumatur emiſſe proprietatem,
ſeu accepiſſe rem ratione dominij, non autem poſſeſſionis vel commoditatis; niſi
illud exprimat, vel nominatim dicat. l. ſi in emptione. §. rei ſuę. ff. de contrahen.
emptio. & ibidem Bart. notat iſtum textum ad tria: primò quòd emendo rem,quis
videtur in dubio emere,ratione dominij,niſi appareat, quòd ratione poſſeſſionis
expreſſe agat de hoc.& latius per eundem in l.ſi rem aliquam.ff. de acquir. poſſeſſ.
in 3.col.in verſ.vlterius ego quęro.& ſequuntur alij ibidẽ,et in alijs locis,maximè
Sũmiſtæ, & Petrus Epiſcopus Brixien.in reportatis ſuis,in verb.emptio.verſ.90.
et Io. Firmia.in eodẽ verbo,verſic.11.aliâs eſt in verſic.emptor pręſumitur:& po-
tiſſimum etiam cùm vterq; contrahens & emptor & venditor præſumantur legi- 150.
timè agere,ſeu iuridicè contrahere,ſaltem in dubio:& ſic vendidiſſe & emiſſe iuri-
dicè, niſi contrarium probetur,ſecund.Bal.in l. 1. in primo volum. C.de re alien.
non alienan.& in prima oppoſitione, per textum ibi.& l.ob maritorum.C.ne vx-
or pro mari. Vbi etiam Salice.in 3.notabili,& vnica oppoſitione,poſt Cy.& Pet.
Siue ergò aſpiciamus venditorem, ſiue perſonam emptoris, ſemper præſumitur
vtile dominium,quod erat penes Bernhardum vaſallum, venditum & emptum,
atq; etiam translatum,& quidem iuridicè,& ſecundum ius ſcriptum, maximè ſub-
ſecuta inueſtitura, remanente dominio directo apud dominum, vt per Paul. de
Caſt.in conſil.163.1. col. circa medium;non autem poſſeſſio vel cõmoditas ſola,

niſi hoc etiā eſſet expreſsè dictum, et quidem plenè probatum, quod quia nō appa-
ret in actis, neq; eſt factum: ergo nihil poſſunt actrices horum intuitu conſequi, ſed
debet dominus Marchio omnino abſolui per generales & veras, approbataſq; re-
gulas ſuprà relatas.

Octuageſimo octauo confirmantur iſta, quia dato etiā, quod interuenerit va-
lida prohibitio aliqua, ſeu conuentio inter illos de familia V. vt extra illam non
poſſit fieri alienatio feudi, niſi certa lege & modo: tamen illa non obſtante, domi-
nium ipſum ſaltem vtile translatum extitit in Iohannem & Conradum de A. em-
251. ptores. Licet enim per contractum vel conuentionem poſsit prohiberi alienatio,
quantum ad hoc, quòd ſi contrà fiat, cōmittatur obligatio ad intereſſe vel pœnam,
vt in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. & l. ſi quis ita. §. ea lege. ff. de verb. oblig.
et ibi hoc notāt glo. & doct. maximè moderni, poſt Bart. ibi: tamen non quoad do-
minij translationem, vt ſcilicet illa propter prohibitionem, vel conuentionem eius
impediatur, niſi ius pignoris vel ſimile retinuiſſe in re vendita. Ita notatur in d. l.
ea lege. & ibid. Bald. & alij: et in d. §. ea lege. et ibi Bart. in 4. col. in verſ. quæro
an per contractum. et in l. fi. C. de rebus alie. non alienand. vbi etiam alij. et in l.
ſi creditor. §. fi. de diſtracti. pigno. in l. nemo. ff. de pactis. & ibi moderniores no-
tant in authen. res quæ ſubiacent. et ibi Bal. C. communia de lega. & idem Bal. in
d. l. ea lege. etiam per arbitri ſententiam confirmata vel facta, ſecundum glo. &
Inno. in c. Rainaldus. de teſtamē. vbi plenè hanc materiam perſequitur. & in ſum-
252. ma dicit, quòd pactum non poteſt facere, vt alienatio facta non teneat, vel quòd
dominium non tranſeat in accipientem: ſed paciſcens agere poteſt ad intereſſe, vel
ad pœnam. alleg. notata in d. l. ea. & Raph. Fulgo. conſulendo conſil. 97. in 4.
col. in verſ. illud porrò dicendum. et quòd prohibitio alienationis per contractum
non impediat dominij translationem, tenuit etiam Rapha. Cuma. in conſil. 190.
in 2. col. & Fulgo. conſil. 7. in fine. et dominus Abb. conſil. 3. q. 19. in 2. vol. multa
ex dictis ſuprà allegando, maximè, & vltra ſuperius allegata in l. nemo paciſcēdo.
ff. de pact. et ibi doct. potiſsimum moderniores. et l. filij. §. diuus. ff. de lega. & ibi
Bart. & alij. Alex. de Imo. in conſil. 10. in 2. col. in verſ. 2. probatur per prædicta.
& id quod notatur in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi ſi vendo alicui
fundum, appoſito pacto, quòd non poſsit alteri vendere, vel alienationis titulo
concedere: tamē non obſtante hoc pacto, ſi ille alteri vendit, transfertur dominiū
in ſecundum emptorem, licet competat actio perſonalis, puta condictio ob cauſam
primo venditori contra primū emptorem, per quam conſequetur primus venditor
omne damnum et intereſſe ſuum ſatisfaciendum in pecuniam. Modò ad propoſitū
noſtrū: ex quo bona feudalia non pignoris loco ſunt habita, neq; aliud aliquod ius
reſeruatum, in ipſa re feudali vendita, certè non fuit impeditum ipſum vtile domi-
nium, neq; eius translatio in dictos emptores de A. propter ſolam & nudam con-
uentionem per prædicta iura, & auth. ſuprà allegatas, & maximè cùm venditor
ipſe ſcilicet Bernhardus requiſitis ipſis de familia, & nolentibus emere, vendiderit
teria non eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, ſed tantùm ad filios, tunc appellatione hæredum veniunt tantùm filij, ſecundum Bart. & doct. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & poſthu. & quando materia non eſt tranſitoria, niſi ad deſcendentes maſculos, illi tantũ veniunt. alleg. quę dicta ſunt. & Specula. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 113. & Bal. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus & inferioribus terminis. hoc voluit Rapha. Fulgo. in conſ. 218. incipien. Petrus quondam dñm M. in 2. col. in verſ. nec mouet, quia inueſtitura. ibi: quia verbũ hæredibus in feud. intelligitur tantùm pro filijs ſeu nepotibus, & alijs deſcendentibus, vt in c. 1. §. penul. de aliena. feudi, notatur ſecundũ eum per doctores, in l. liberti. C. de operis liber. & per Bart. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indebi. & in l. vt iusiurãdi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. & in ſimili habeť in d. l. ex facto. ff. ad Trebelli. & Alex. de Imo. in conſ. ſuo 2. in prin. in 5. vol. alleg. quæ dicta ſunt. & c. ſi Titius cũ Sempronio. ſi de feud. fuit controuerſ. inter dñm & vaſall. ſeu agna. & in c. 1. de eo, qui finem fecit agna. notatur in locis ſæpè allegatis. & poſt illos dictus dominus præceptor meus in præallegato ſuo conſ. & in cõſilio patris ſui Mariani. 19. incipien. Pro deciſione prædictæ conſultationis, allegat Bal. & alios ſuprà relatos ibi. Et poſito etiam, ꝙ in receptione feudi fuerit facta mẽtio de hæredibus, tamen intelligitur de filijs maſculis, & nõ de fœminis, aut alijs extraneis. c. 1. de natura feudi. & ibi Bal. & in c. 1. quemad. feud. cõſtitui poteſt. Modò in terminis noſtris, ſiue loquamur de literis feudalibus, ſeu inueſtituris ipſorum Ioannis, Conradi, et Philippi de A. ſi inueniemus illa verba pro ſe & hæredibus ſuis, certè intelligenť de maſculis, non aũt de fœminis, neq; alijs extraneis hæredibus. Vnde illis nõ exiſtentibus, feudũ reuertitur ad dñm, conſolidaturq; directo dominio, nec verificari poteſt quoquo modo in fœminis vel alijs hæredibus, ſiue loquamur in literis cõtractus venditionis, quæ exprimunt illud caſtrum fuiſſe feudũ, faciendo mentionẽ de hæredibus, tam in principio cõtractus, ſcilicet inſtrumentorũ venditionalium, quàm etiã in eorũ fine, dum apponitur clauſula reuenditionis, quod & emptores et eorũ hæredes teneantur illã facere, profectò etiamſi ſubſiſteret, & pcedentia nõ forent, tñ ex quo per iam dicta, illud verbũ hæredes ſit intelligendum in materia noſtra de maſculis, qui cùm tales nõ ſint, nec inueniantur, feudũ dño fuit apertũ, et euanuit pactũ de retrouendẽdo, et eius effectus. Quod et ex eo manifeſtè

comprehendi poteſt, ꝙ ſi aliquis de familia de A. ſupereſſet etiam remotior in gradu, qui tamen ab acquirente deſcendiſſet, certè ille ſucceſsiſſet in feudo, tanq̃ proximior agnatus, excluſis ſororibus, à quo etiam feudum fuiſſet per familiam de V. reemendum, & non ab eis, nõ mirum, illo deficiente, ipſum reuerſum eſſe ad dñm, reiecto pacto, vel ſi vires. bet, quoad dominum, ſortiatur effectum, ab eoq; redimendum, ſi modò non præſcriptum, vel alia ratione pactum ipſum de reuendendo appoſitum, inualidum non eſſet, vel claudicaret in ſe, nec eſſet ſuſpectum, de vſuraria prauitate. Vnde iterum Marchio eſt abſoluendus ab actione inſtituta, & non competenti, vel nulla ſaltem in caſu noſtro, in quo ſorores de A. egerunt & non ipſa familia de V. quæ niſi eſſet præſcriptum, poſſet magis legitimè fortè aliquid prætendere, quàm ſorores, ipſæq; actrices, nil iuris penitus habentes, & quidem neque iure communi feudali, neque ex pacto prædicto.

Centeſimo quinto conualidantur iſta authoritate domini Raphaëlis Fulgoſij, qui peregregiè dixit in conſil. præfato 218. in 2. col. & locutus eſt in fortioribus terminis, ibi: cùm itaque dictus Petrus à domino inueſtitus de feudo decimali deceſſerit vxore prægnante relicta, quæ filiũ peperit, qui poſt mortẽ patris intra paucos dies in fatum conceſsit, ſicq; nullus liberorum dicti Petri ſuperſtitit, fit cõſequens ipſum feudum reuerſum fore ad dominum, id eſt, eccleſiam Veronenſem. vt in libr. feudorum, de his qui feud. dare poſſunt. §. & quia vidimus. & §. ſequenti. et de aliena. feudi. §. penul. colum. 10. Nec mouet, quia inueſtitura facta fuerit in dictum Petrum, pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus vtriuſque
294. ſexus, quia, dicit ipſe, verbum hæredibus in feud. intelligitur tantùm pro filijs ſeu nepotibus, & alijs deſcendentibus, vt in præallega. §. penul. & notatur ſecundum eum in l. liberti. C. de operis liber. & per Bart. in d. l. ſi non ſortis. §. libertus. ff. de condi. indebiti. l. vt iuris iurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. & in ſimili habetur ff. ad Trebell. l. ex facto. & in terminis ſimilibus in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & poſthu. Ang. perpulchrè in conſil. 110. in 3. col. & ſeq. Cùm igitur feudum præfatæ decimæ, dicit ipſe, ad dominum eccleſiæ redijt, potuit, prout ei placuit, inueſtire, vt in c. 2. de feud. & in lib. feudorum Epiſcopum vel Abbatem, vel Abbatiſ. c. 1. & per Bart. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. Nec vllo modo credendum eſt dictum feudum per mortem dicti Petri, & filij ſui ſine liberis mortui poſſe reuerti ad Cameram Veronenſem venditricem, cùm per venditionẽ, omne ius quod habebat ſcilicet vtilis dominij, in emptorem transtulerit. ff. de acti. emp. l. exempto. in princ. & inſtit. de rerum diuiſio. §. per traditionem, nec vllũ ius apud eum remanſerit, vt notatur in l. ſi vt certo. §. fi. ff. cõmodati, ſed reuertitur ad eccleſiam Veronenſem, in qua conſiſtit directum dominiũ, præſertim &c. Ita dicamus modò in propoſito noſtro, ꝙ per venditionem caſtri & villæ cum pertinentijs eorum omne ius quod habuit Bernhardus de V. fuerit translatũ in familiam de A. cuius quidẽ vltimus, ſcilicet Philippus cùm deceſſerit ſine legitimo hærede maſculo, feudum eſt apertũ domino, hoc eſt, ipſi Marchioni, qui pro libito ſuo potuit de eo agere, vel ipſe retinere ſibi, vel alteri concedere, nec obſtat obiectio de pacto de retrouendendo, quoniã illud nõ officit, nec ſequit̃ actio ex eo orta rẽ, ſed perſonas illas, expreſſas declarando, vt proximè dixi, non autem dñm, vel aliũ poſſeſſorem, vt ſuprà, & paulò antè formaliter, & inconuincibiliter deduxi, ac lege, ratione, & authoritate comprobaui. Quare & iterum dominus Marchio abſoluendus.

Centeſimo ſexto coadiuuatur illud, quia dato, ꝙ pactum ipſum de retrouendendo etiam extenderet ſe ad dñm feudi, vel quemcunq; alium poſſeſſorem, vt ſcilicet & illi ſub eo ſint comprehenſi, & teneantur reuendere ipſis de V. cuius tamen oppoſitũ dixi & oſtendi ſuprà, nihilominus & adhuc ſtarent prædicta, & indubia eſſet concluſio, Marchionem fore ſoluendum; cùm quia familia de V. cui illa fortaſsis actio competere poſſet, in iſto iudicio non egit, nec eſt nomine eius actum, quinimò etiam in compromiſſo, vel prorogata iuriſdictione non comprehenſa, vt latè patet ex his, quę dixi ſuperius, tum quia etiamſi egiſſet illa familia de V. tamen quia precium non ſoluit domino feudi poſſeſſori, & hoc caſu vero hæredi, vel ſuc-

ceſſori

ceſſori ſaltem in feudo: ergo fruſtrà egiſſet, & repelleretur, eſſetq; tunc etiam
ex hac ſola ratione Marchio abſoluendus. Debuit enim primus venditor, nunc 195.
verò emptor ſeu reemptor ſoluere vel ſoluiſſe prius pretium, vel ſaltem obtuliſſe
& depoſuiſſe. l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti. & ibi doctor. poſt glo. vbi Iuriſ-
conſultus etiam dicit, offerri pretium venditori ab emptore, debet cùm ex empto
agitur, & ideo etiamſi partem pretij offerat, nondum ex empto actio eſt. Venditor
enim quaſi pignus retinere poteſt eam rem, quam vendidit. vbi addit glo. & ſolut.
arg. l. qui pendentem. eo. tit. niſi habeatur ſuſpectus. l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio. An
autem eo caſu procedat libellus, vel ſit neceſſe excipere de pretio non ſoluto, non
eſt propoſiti noſtri attingere. videndum, per Bal. in l. 1. in fine. C. de his, quæ ſub
mo. & in l. 2. 15. q. C. de reſcindend. vendit. & in l. aduerſus. 4. col. de vſur. vel
fruct. lega. & in l. ſi traditio. 3. q. C. de acti. emp. & in l. 1. ne lice. 3. prouoca. & in
l. ſi pater. in fine. C. de acti. empti. et Barth. in l. ſi duo. §. ſi quis iuraue-
rit. ff. de iureiuran. Angel. in l. iuris gentium, in princ. ff. de pactis. & Ale-
xand. in appoſtill. in d. §. offerri. & in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.
Quare etiamſi liceret actricibus ſe fundare in iure tertij, quod minimè verum:
tamen non eſſent aliquomodo audiendæ iure proprio, tum quia vt fœminæ exclu-
ſæ iure illorum de V. tum propter iam dicta, & alia ſuprà relata per diſcurſum:
nec releuat, quòd aſſeritur, familiam de V. velle redimere vel redemiſſe ab ipſis
ſororibus, quoniam truffa eſſe poteſt. & etiamſi verum eſſet, nihil ad dominum
feudi, qui vtitur iure ſuo retinendo feudum ſibi apertum: ſuper quo in eius præiu-
dicium nil agere, & multò minus colludere poſſunt.

Centeſimo ſeptimo comprobatur ſæpedicta concluſio, quia licet quidam aſſe-
rant, quòd dominus poſsit, imò debeat inueſtire filiam vel agnatas, & præferre il- 196.
las alijs extraneis, finito feudo. Ita videtur velle Bart. in l. 1. ff. de priuile. credit. in
ſi. per illum textum, dum dicit, quòd vbi finita eſt emphiteoſis, vt quia conceſſum
fuit vſq; ad tertiam generationem, quæ finita eſt, & compareant extranei & agna-
ti, quòd præferantur agnati, ſubdens, quòd ſi eis non concedatur, dicatur eis in-
ferri iniuria, adeò, quòd iure Canonico poſsit appellari iniuria, ſecundum eum al-
leg. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua. & ſequuntur Bart. & Ange. in
d. §. permittitur. & Bart. in l. ſi mihi & Titio. in vltima col. de verb. oblig. & An-
tho. de Butr. in c. 1. de loca. Bene faciunt notata ibi per Goffre. et Bal. in c. 1. quem-
admodum feudum ad fil. pertineat: per illum tex. & alia ſuprà in 20. obiecto. &
etiam per Alex. de Imo. in conſil. 80. col. 6. allega. tamen ad hoc non tenetur neq;
obligatus eſt, vt pleriq; tenent, & eleganter proſequitur Raphael. Fulgoſ. in præ-
allegato ſuo conſil. 218. in fine, ibi: nec ſuperioribus obſtat; quod notatur per glo.
ff. de aqua quotid. & æſti. l. 1. §. permittitur. Quia quod ibi dicitur de hærede ma-
ſculo, cùm glo. loquatur de feudo, debet intelligi ſecundum eam de filio, vt de feu-
di aliena. §. penul. alioquin ſi intelligeretur de quocunq; hærede extraneo tranſ-
uerſali, cùm deceſſerit ſine liberis vaſallus, quòd dominus teneretur vel cogi poſ-
ſet hæredem quemlibet extraneum inueſtire, futurum eſſet inane, & ſine effectu,
quod vulgò iactatur mortuo vaſallo ſine liberis, hoc eſt, filijs & nepotibus, & de-
inceps, feudum ad dominum redire, & ius eſſet verbis impoſitum, non rebus, con-
tra l. fi. C. de vſur. & communia de lega. l. 2. et contra præallegatum c. 2. extrà, de
feud. c. 1. in verſ. liberè. Neq; enim liberè concederet, qui cogi poſſet certũ aliquem
inueſtire, et fruſtrà etiam diceretur feudum ad hæredem extraneum non tranſire,
quod habetur in præallegato titulo, de his, qui feud. dare poſſ. §. et quia, et ſequen-
ti. Et ita etiam ſecundum eum loquitur Bart. in argumento, quod ſumit in præal-
leg. §. permittitur à ſimili de deſcendentibus non extraneis ſucceſſoribus eccleſia-
ſticis, concludendo in caſu ſuo, vt ibi per eum, eſt de mente Io. de Imo. in c. ex par-
te. 7. col. de feud. licet quod dictum eſt ſuprà, ſit rationi et honeſtati conſonum. ſi
ergo filiæ non ſunt inueſtiendæ de neceſsitate, multo minus ſorores, maximè ſe-
mel excluſæ. Erit ergo Marchio ab impetitione iſta abſoluendus, vt etiam clarius
dicetur in remotione viceſimæ obiectionis.

Centeſimo octauo firmatur illud eiuſdē Raphaelis authoritate in conſil. 221.
incipien: nobiles quidam per ſe, in 2. col. ibi: verùm his non obſtantibus, diuerſam
partem veriorem arbitror, primò per c. vnicum, quemadmodum feud. ad filias
pertineat, vbi cautum eſt, filiam non habere beneficium patris, ſine maſculo mor-
297. tui, niſi à domino redemerit, quo fit, vt gratis ei concedi non debuerit. Nam ſi gra-
tis dominus concedere debuiſſet, turpis eſſet redemptio. arg. l. 2. & 4. §. quotiens.
& l. fi. cum glo. ſuis in d. §. quotiens. in verſic. imò conuentum. Quod etiam adiu-
uatur per ſecundum reſponſum eiuſdem capituli. ibi: ſi autem dominus ei dare vo-
luerit propter amorem & ſeruitium patris &c. ex voluntate itaq; domini eſt dare.
Et bene facit quod ibi notatur per Bal. ſecund. Pet. de Cerni. Quod licet licentius
dominus agnatis conceſsiſſet per §. permittitur. ſuperius allegatum, cùm feudum
fuiſſet nouum, attamen valet conceſsio fœminæ, ad quam tranſire voluerit. Ad
hoc quoq; adducitur c. 2. §. quin etiam, in tit. epiſcopum vel abba. vbi videtur am-
plius dici: quòd etſi eo tenore eſſet conceſſum feudum, vt eius deſcendentes ma-
ſculi & fœminæ habere poſſent, ſi tamen relictus ſit maſculus, fœminæ non ſucce-
dent, etiamſi maſculus ſine maſculo pòſt ex interuallo deceſſerit, prout ibi notat
Bald. Confirmatur etiam hæc ſententia per ſæpe allegatum c. 1. §. hoc autem no-
tandum, qui feud. dare poſſunt, vbi filiæ in feud. à ſucceſsi. remouentur, vt & in c.
1. §. penul. de ſucceſsi. feudi. ibi: niſi inueſtitæ fuerint &c. Poſtremò ſecundum eſt
298. ſi verum foret, quòd deficientibus maſculis, fœminæ eſſent inueſtiendæ, effectu
quodam efficeretur, vt feudum tranſiret ad fœminas, ac ſi ſimul de eis in ſucceſsio-
ne cautum foret. Quid nanq; referret, an ipſæ ſuccederent in feudo, vel quòd do-
minus eas inueſtire teneretur, & eis concedere, quod eſt contra mentem primi ca-
pituli, qui feud. dare poſſ. §. hoc autem notandū. & de ſucceſſ. feud. §. filia. et quem-
admodum feud. ad filiam pertineat. c. 1. & ſimiliter videtur in ſimilibus terminis
decidi in authen. de non alien. aut permutan. reb. eccleſ. §. neq; illud. col. 2. & idem
etiam in quibuſdam alijs ſuis conſilijs. Modò ſi dominus non eſt aſtrictus, neq; te-
netur filias inueſtire, quantò minus tenebitur inueſtire ſorores illuſtriſsimus Mar-
chio. ar. auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. maximè ſemel per maſculum ex-
cluſas per iam dicta. Quare iterum abſolutio Marchionis debet eſſe in promptu.

Centeſimo nono comprobatur illud, iterum ponendo gladium vel ſecurim ad
299. truncum ex mente concedentis, debita conſideratione. Non enim debet habere va
ſallum, de quo non cogitauit, vt in titulo de fratri. de nouo benefi. inueſt. c. 1. col.
10. vbi textus hanc rationem aſsignat, ibi adhuc idem dicunt, ne fortè inuitus do-
minus alium quem voluerit ſibi acquirat vaſallum, & ibi doctores, maximè domi-
nus Iacob. de Alua. arg. eius quod de adoptiuo dicitur. Nam & nemo iure ado-
ptionis ignoranti agnaſcitur, de adoptio. l. qui nepos. cum ſimilibus, ſecundum
300. Ange. de Peruſio conſil. 110. colum. 3. Videtur enim cogitare & velle dominus,
& quilibet alius contrahens vel diſponens illud quod ius diſponit, vt per Bal. &
alios, dum ibi dicūt, quòd voluntas teſtatoris præſumatur talis, qualis eſſe debet,
in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. et pulchrè per Bal. in l. precib⁹. in 17. col. C. de impub.
et alijs ſubſtitutioni, dicētem, quòd teſtator præſumitur cogitaſſe et voluiſſe illud
quod ius diſponit, allegando l. cùm quidam. ff. de acquir. hæred. in textu ibi. Hinc
301. eſt quòd et contrahentium verba interpretantur ſecundum diſpoſitionem iuris cō
munis, vel ſtatuti Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. verſ. ſed iſto caſu, de operis li-
ber. et in l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Trebell. et ibidem etiam Dy. Bar. et Ang. et
Imo. ac cæteri ſcribentes. per Alex de Imo. in conſil. 52. incipien. Circa hanc du-
bitationem, in 7. colum. verſic. Præterea facit quod voluit idem Alex. conſil. 103.
in eodem vol. et adhuc melius ad propoſitum noſtrum, in conſil. 46. ſed eſt ſecun-
dum ordinem meorum conſil. 54. incipiens: Viſo puncto ſubtiliter formato, in 4.
col. et 4. vol. ibi: quia voluntas alicuius talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.
alleg. ſuprà dicta. et Bart. in §. cùm ita volentem, quòd teſtator præſumatur voluiſ-
ſe, id quod vult ſtatutū. et idem dixit Io. de Imo. in l. ſi. de condi. inſtitu. ſubijciens,
idem eſſe in contrahente, vt non præſumatur voluiſſe, niſi id quod vult ſtatutum.

alleg.

alleg. Bart. vbi ſuprà. & eſt illud cõſilium domini Vincentij de Palliotis, doctoris Bononienſis. Idem etiam conſulendo firmat Andre. Barba. in conſil. 29. in 13. columna, allegando l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. & alia quædam ſuprà allega. & in conſil. 42. in 6. colum. in 1. vol. vbi vltra prædicta etiam allegat Pet. de Ancho. in l. tres fratres. ff. de pactis. vbi refert ſe conſuluiſſe in facto, vt quis videatur ſequi legem ſui municipij. Idem ſecundum eum videtur voluiſſe Bart. in d. §. ſi liberi. & dominus Petr. de Ancho. in conſil. 413. & Io. de Imo. in c. potuit. de loca. Dicunt enim, quòd accipiens emphiteoſin pro ſe & filijs videatur illam accipere, vt conſueuit fieri ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis. Facit etiam textus valde ſingularis in l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. in princ. Per quem textũ dicit ibi Bal. quòd faciens actum videtur ſe aſtringere ad obſeruandam legem, vel ſtatuti diſpoſitionem de illo actu. idem Barba. in conſil. 43. incipien. Et quidem viſo puncto. in 3. col. in verſ. item concurrit alia præſumptio. ibi: quo caſu eſt præſumptio, quòd iſte aſſertus donator voluit potius ſeruare ſui municipij conſtitutionem inuitantem, maſculos agnatos ad ſucceſsionem defunctæ perſonæ, & excludentem fœminas dotatas, iuxta doctrinam Bart. Dy. Ange. Imo. & moder. in d. l. hæredes mei. §. cũ ita. & in alijs locis ſuprà allegatis. Et ideo ſecundum eum pulchrè dixit Petr. de Ancho. in reportatis ſuis, ad l. tres fratres. ff. de pactis, ſe in quæſtione facti conſuluiſſe, ſtatutum inuitabat filios maſculos ad ſucceſsionem patris, & filias volebat eſſe dote contentas, & teſtator inſtituit filios hæredes, quod iam intelligatur inſtituiſſe maſculos, & non fœminas, & ſic voluiſſe illud, quod ſtatutum ſui municipij diſponit. & idem in eodem conſil. colu. 19. Et ideo modò ad rem noſtram, ſiue dominus conſenſerit, ſiue non, ſeu etiam feudum conceſſerit, & inueſtiuerit familiam de A. ex quo iura feudalia intelligunt de maſculis, certè ipſi de A, dominus, & omnes alij ſecundum illas conſtitutiones feudales videntur omnia egiſſe & nõ aliter, neq; alio modo, neq; de fœminis, & eorum liberis intellexiſſe per iam dicta, & quidem maximè, cùm etiam ſemper ſtandum eſt legi expreſſæ, l. ille aut ille. §. cùm in 302.
verbis. & in l. nõ aliter. ff. de lega. 3. iuxta illud, quod ſcribitur in paſsione dominica Ioan. dicentis: Nos legem habemus. Ita in propoſito ſufficit dicere, Ita eſt in lege ſcriptũ. c. ad audientiam. de ſpõſa. Licet ergo vbi non reperitur lex expreſſa in 303.
vſibus feudorũ, regulentur feuda ſecundũ ius cõmune, nihilominus vbi eſt lex expreſſa in feudis, ſtamus legi feudali. c. 1. de feudi cogni. Species eñ derogat generi. l. alimẽta. §. baſilicè. ff. de alimen. & ciba. lega. c. generi per ſpeciem. de reg. iur. in 6. Sufficere ergo debet, ꝙ ita ſit iure feudi expreſſũ. l. ꝓſpexit. ff. qui & à quibus. ibi: quod quidẽ perq; durũ eſt, ſed ita lex ſcripta eſt 6. q. 3. ſcriptũ eſt in lege, c. 2. de ſerijs: notatur in c. vnico, de ætate & qualitate lib. 6. cũ cõcordantibus in eiſdem locis allegatis: & ꝑ cõſequẽs volũtati cõtrahentiũ cõforme & regulare, ſecundũ eã. Et ꝑ tãto in terminis nr̃is fortius, ex ꝗ etiã lr̃æ & ſcripturæ etiã illud exprimũt, vt ſuprà oſtẽdi, & ſtatim de eo aliqd dicẽ. Quare & iterũ Marchio abſoluẽdus, cũ ipſæ ſorores ex cauſis iã dictis nõ poſsint dicere, ſe cõprehenſas in talib. inueſtituris vel cõtractib. etiãſi eſſem⁹ in dubijs, ſicuti nõ ſum⁹. ar. l. veterib. ff. de pact. cũ ibi notat.

Centeſimo decimo fortificatur illud, quia teſtator cõtrahentes & quilibet diſponens præſumuntur voluiſſe & feciſſe, quod fieri cõſueuit. l. ſi prius. §. rectè placuit. 304.
ff. de aqua plu. arcen. ibi: non enim conſuetudinis eſt, vt qui aquã habeat per lapidem ſtratũ ducat. Illa aũt ꝗ ferè in cõſuetudine eſſe ſolent, vt per fiſtulas aqua ducatur, etiamſi nõ ſit cõprehenſum in ſeruitute cõſtituenda fieri poſſunt: ita tamẽ &c. et l. excepro. C. loca. Et attenditur cõſuetudo patrisfamiliãs, vt l. quoniã ſemiſſes. 305.
ff. de vſuris, idq; ex conſuetudine mandantis feciſſet etc. et l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. acti. l. item Mela. ff. de alimen. et ciba. lega. et latè per docto. in eiſdem locis, et Andr. Barb. in conſ. 29. in col. 16. in verſ. ideo pulchrè dicebat Bal. et ꝙ volũtas etiã ex cõſuetudine p̃ſumitur. l. Titianus. ff. ꝗd cũ eo. Bal. in rub. de inſtitu. ad finẽ. in verſ. 2. ꝗro. et in l. 2. C. ad Maced. Et dicitur voluntas teſtatoris etiã ꝓbari eo ꝙ qs fecit ſecundũ cõſuetudinem eius. Bar. in l. nomen. §. filio. ff. de lega. 3. Idẽ Bart. in l. cũ Telamonis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruct. inſtru. lega. Et ideo dixit Bal. ꝙ teſtator

teſtator videtur velle illud, quod conſuetum eſt fieri in l. fidei commiſſa. §. ſi ſeruo,
ff. de lega. 3. & Alex. de Imo. pulchrè in ſuprà proximè allegato conſilio, dum di-
cit, quòd teſtator præſumitur voluiſſe id, quod conſuetudo loci diſponit, quod &
306. maximè procedit, & eſt verum in feudis, in quibus conſuetudo dominorum, & cu-
riarum potiſſimum, & ànte omnia, ac ſemper eſt attendenda. c. 1. de cogni. feudi.
vbi eſt elegans textus, ibi: Legum autem Romanarum non eſt vtilis authoritas.
Sed non adeò vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores, ſtrenuus autem
legis peritus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus
abſq; calumnia vti poterit lege ſcripta, & ibi doctores: præſertim dominus Iaco-
bus de Alua: & moderniores in notabilibus dicentes: ex eo textu notandum: ꝙ
conſuetudo in feudis vincit legem ſcriptam, & non tantùm ciuilem, vt ibi in textu
& glo. verùm poſſet etiam vincere Canonicam, & de ſacramentis loquentem, vt
in c. 1. extrà, de cogna. ſpiritu. Ideoq; non minus verè, quàm eleganter dixit Bal.
in l. quicunq;. de ſeruis fugiti. col. 4. verſ. Scias autem, quòd illud, quod eſt con-
307. ſuetudinariũ, non ſit arbitrariũ. idem voluit in l. 1. C. de fructi. & lit. expenſ. Hinc
eſt, quod dicit Ariſtoteles, quem refert Bald. in l. contractus. in 5. col. de fide in-
ſtru. quòd conſuetum velut innatum. Sicut enim nõ ſuperatur natura à ſubiecto:
ita nec conſuetudo. l. vt vniuerſorum. ff. de pig. acti. & Andre. Barba. conſilio 5.
penul. col. 1. vol. Modò ſi attendamus perſonam venditoris ſiue emptoris, ſiue
etiam domini feudi, eiuſq; curiam, imò totius Germaniæ, inueniemus clariſsimè,
hanc conſuetudinem, morem atq; vſum, quòd quando venditur, emitur, vel con-
ceditur feudum, ſemper intelligatur de maſculis, non autem de fœminis, niſi aliter
ſit expreſſum, quòd hic ſeu in propoſito non eſt, Imò contrarium eius colligitur et
manifeſtè apparet ex literis inueſtiturarũ. Quare & Marchio pręſumit illud, quod
fieri conſueuit, & de more curiæ eſt, voluiſſe & feciſſe, concedendo, conſentiendo,
vel inueſtiendo, per iam dicta & ſtatim dicenda.

Centeſimo vndecimo comprobatur illud, quia Philippus de A. & ſui ante-
ceſſores maſculi præfatam conceſsionem eis factam non potuere interuertere nec
alterare naturã dicti contractus & inueſtituræ, quia finito iure dicti Philippi vlti-
mi poſſeſſoris & vaſalli, finitur ius ſucceſſorum. l. lex vectigali. ff. de pignori. Ibi
reſpondi, ſi vt proponeretur, vectigali non ſoluto, iure ſuo dominus vſus eſſe, etiã
pignoris ius euanuiſſe, vbi etiam glo. ſumens articulum pro feudo contra feudata-
rium. & in l. grege. §. ſtatuliber. ff. de pignori. eo. tit. vbi dicitur, ſtatuliber quoq;
dari hypothecæ poterit, licet conditione exiſtente euaneſcat pignus. & de iure Ca-
nonico eſt textus in c. cùm contra. de pignori. & ibi glo. in verſic. extenuaſſet, ex
308. quo textu ibi omnes colligunt, quòd perempto vel reſoluto iure authoris, reſolui-
tur & perimitur ius ſucceſſoris. & quia progenitores, qui feudo principium dede-
re, & naturam, ad quos habetur relatio, cum toto eorum genere reperiuntur ex-
tincti, vnde eſt verum dicere, quòd ipſi de A. non habeant hæredes ſaltem habiles,
cùm in extinctis ius & nomen hæredis fundari non poſsint. vt l. qui libertinus.
§. poſthumis. ff. de operis liber. ergo cùm feudum ſit apertum domino, certè ſibi
nihil à ſororibus ſeu actricibus obijci poteſt, ſed habet viam & rem liberam. arg. l.
loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui vendi. ibi: quantum enim ad eum pertinet, li-
beras ædes habeo. & eſt bonus textus in l. res alienas. C. de rei vendica. Dicit ete-
nim litera ibi: res alienas poſsidens, licet nullam iuſtam cauſam habeat tenendi
non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur. Per quam l. ibi Bal. dicit,
309. quòd non curamus de iure poſſeſſoris, ſi vel quando non conſtat de iure petito-
ris. Quare in propoſito etiam noſtro Philippus de A. non potuit mutare vel al-
terare naturam, & eo mortuo extinctum eſt ius eius, & totius familiæ: nec habent
vel prætendere poſſunt aliquod ius ipſæ actrices, de quo ſaltem ex actis vel pro-
bationibus conſtet, nec erit vlterius curandum vel diſputandum de iure domini,
vel etiam familiæ de V. per proximè allegata iura. & quæ habentur per Cy. in l.
cùm ſeruum. C. de ſeruis fugiti. & poſt eum alij. ſed propter non ius actricum dñs
Marchio abſoluendus, etiamſi aliter de iure ſuo nihil appareret, neq; doctum eſſet.

Cente-

Centeſimo duodecimo, etiam poteſt fortificari, quia generalis determinatio 310.
legis & verborum, ſecundum naturam contractus, & ſubiectam materiam debet
intelligi.l.damni.§.1.ibi:& quod in ſtipulatione.ff.de dam. infect. la.3. & ſecun-
dum ipſius rei naturam.l.2.ff.de vſufructu lega.& l.ita ſtipulatus.ibi: idq; vtilita-
tis cauſa receptum ob defuncti voluntatem,& ipſius rei naturam.l. ſi vno.in prin.
C.loca.& ibi Bar.Bal.in rubr.C.de contrahen. empti. 19.q.& in l.1. C.de nego.
geſt.Inno.in c.ex literis.in glo.in verſic.non accep.de iure patro.c.conſtitutus. de
relig dom. Antho de Butr.in c.ſi.de reſti. ſpolia.& latè per Alex.de Imo.in conſi.
34.in 4.parte. Lex enim eſt pædagogus naturæ, ſecundum Ange. in loco ſtatim 311.
allegando. l. nam adoptio. ff.de adoptio. & iura ciuilia naturalibus iuncta potio-
ra ſunt. l. cùm in adoptiuis. C. de adoptio. Sed dominus feudum dando generi,
& quidem maſculino, obligatur illi generi, non verò alijs. Nam quoad aliud ge-
nus & ſexum, id eſt, fœminas, earundemq; filios, liberas ædes habet, dicto §.
competit. l. loci, & quod certo generi conceditur, ad aliud non protenditur. l. fa- 312.
miliaria. ff. de religi. & ſumptib. fune, in l. cùm ita. §. libertus. ff. de lega. 2, cum
ſimilibus. Cùm ergo in propoſito feudum fuerit conceſſum Iohanni & Conrado
de A.in feudum maſculinum,non debet egredi illam familiam, neq; perſonas ma-
ſculorum de eadem exiſtentium, In quo confluunt, vt patet ex dictis ſuprà, plures
rationes,ſcilicet ratio intentionis ex intentione & verbis concedentis. l.fideicom-
miſſ. 3. ff. de condit. & demon. coniuncta ſua glo.ratio ordinis ex mente legum.
Certo enim ordine & capite cœpit ſucceſsio, nec abſoluto ordine migrare debet,
arg. l. 1. ff. de vſu & habit. & ideo termini terminant actum, id eſt, finem gene- 313.
rationis. arg. in authent. de non alienand. §. in emphiteoſim. & l. ſciendum. ff.
de verb. ſigniſi. Ratio etiam intentionis ex mente primi acquirentis vel acqui-
rentium: non enim votum habuêre hoc acquirendi,non progenitis ex ſe, vel non
maſculis, iuribus ſæpè allegatis, maximè attentis verbis inueſtituræ, & expri-
mendo feudum maſculinum. c. ſi duo fratres. de fratri. de nouo benef. inueſti. &
c. 1. de duo. fra. à capi. inueſti. in verſic. vnuſquiſque enim. coniuncto c. 1. §.
hoc autem notandum. de his, qui feud. dare poſſ. Cùm ergo Philippus mortuus
ſit ſine hærede maſculo, & ſic deficiente genere & familia de A. etiamſi generalia
fuiſſent verba, tamen quia, vt oſtendi, intelligenda ſecundum naturam contractus,
Ideo non tranſit feudum ad fœminas, ſed apertum reuerſumq; ad dominum, qui &
propter iſta eſt abſoluendus.

Centeſimo decimo tertio confirmantur iſta. Nam ſi hoc eſſet verum, quód ſo-
rores ſuccederent, haberet locum ſucceſſorium edictum in feudis, de ſtipite in ſti-
pitem. Nam noua proles vel genus eſſet in principio ſtipes ſui generis, & rarò
rediret ad proprietatem multiplicatis ſucceſſoribus, quod eſt irrationabile. l. an
vſusfructus. ff. de vſufruct. lega. & contra omnia iura, maximè diſponentia, fœ-
minas in feudo non ſuccedere, niſi exprimatur &c. vti ſæpe dictum & comproba-
tum. Et quia de eis non fuit in principio cogitatum, à quo quidem principio po- 314.
ſterior formatur euentus. l. 1. C. de imponen. lucra. de ſcrip. lib. 10. & ex per-
ſona poſtea ſuccedentium ſtatus contractus ſeu tituli mutari non poſſunt. l. 2. §. 1.
ff. de verbor. obliga. et in authent. de aliena. et emphit. §. 1. Omnia enim ad id
referuntur, vnde vim capiunt, et formam et originem. l. in ratione. §. ſi filio.
verſ. vt cùm opes patris. Cauſa enim prima ſemper intuenda eſt, et cauſa ſecun-
da ſemper operatur, quantum ſibi à prima influit, et non vltra. l. prætor. §. præ- 315.
dium. ff. de le. 2 et l. ſi quis dominium. ff. loca. l. neceſſariò. §. ſi. ff. de peri. et
commodo rei vendi. l. ſi ex duobus. ff. de aſsig. liber. in gloſ. ordinaria. Nam vt
aiunt philoſophi, cauſa prima magis influit in cauſatum, q̃ ſecunda cauſa. et ideo
cauſæ ſecundæ tanquam ſubalternæ, plus quàm cauſæ primæ concedi non debet.
l. Publius. §. 1. ff. de cõditio. et demõſtra. et l. ſi viua matre. verſ. nã licet. C. de bon.
mater. et l. 2. de interdict. et relega. In principio eñ eſt fundamentũ, in q̃ rei ſtatus
totus

totus recluditur. l. qui id quod. ff. de dona. ibi: cauſam enim & originem conſtitutæ pecuniæ, non iudicij poteſtatem præualere placuit &c. Cùm ergo primordialis cauſa in familia de A. etiã in principio ſui in maſculis reſederit, & non in fœminis, non potuit caſus ſequens mutare cauſam primam, nec feudum transferre in ſorores ex poſt facto de iure communi Romanorum ſuccedentes in allodialibus indiſtinctè, non autem in feudalibus, iure ſpeciali feudali, & conſuetudinario immutato per iam dicta, et alia ſuprà relata.

Centeſimo decimo quarto poſsumus etiam illud comprobare per arbitram rerũ ipſarum naturã, id eſt, diſcretam & naturalẽ rationem atq; iuſtitiam, ad quam etiam argumentis deficientibus recurrendum eſt. Quoniam per hanc ſecundum Bal. & Ang. homo eſt homo. l. ſcire omnes. §. ſufficit. ff. de excuſa. tut. Per quem
316. textum not. illud quod dicitur, ꝙ ſcilice ratio naturalis allegata ſufficiat pro lege. ibi: ex ipſa naturali iuſtitia, quã ponderat Bal. poſt Ia. de Rauen. & c. 2. & Bal. in l. eum qui. C. de Epiſco. & cleri. dominus Abb. Panormi. in c. vt debitus. extrà, de appella. & dominus Franciſ. de Curt. in conſil. 33. in 2. colum. probat. & l. ratio. cum ibi notatis. ff. de bonis damna. Ioan. Andr. in c. ex eo. de elect. in 6. maximè vbi textus deficit per textum notabilem, ſecundum Ang. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict. om. iud. & habetur per Canoniſtas in c. 2. requir. de appella. maximè Lanfranc. & alios moderniores. Et non mirum, cùm ſit ſeruanda pro lege. Spec. in tit. de teſt. §. ſeptimo. verſ. quod de muto. Clem. 1. & ibi Cardinal. de elect. et ideò quod ratione caret, extirpandũ eſt. c. extirpandę. de pręben. 68. diſtinct. c. cer. Epiſcopi. et dicta. c. ſi quãdo. de reſcript. & Specu. in proœmio, in verſ.
317. cæterum. el. 2. et dicitur facere fidem in iudicio gloſ. notabilis in verſ. argumenta. in c. focus. de verb. ſignifi. & eſt textus in c. paſtoralis. de re iudicata. et in c. quoniam in pleriſque. de off. ordi. & in Cle. 1. de cenſi. glo. in c. conſuetudo. l.
318. diſt. Hinc eſt, ꝙ non minus attendenda eſt ratio legis, quàm lex ipſa. c. ſi quando. de reſcriptis. c. ex eo ꝙ. de electi. li. 6. & in c. vbi periculum, in princ. eod. tit. & libro: imò magis attenditur quàm lex. l. hæc ratio. ff. de calumnia. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. l. 1. ff. ſolut. matri. 8. diſtinct. c. fruſtrà. & ibi Archi.
319. 11. diſt. c. 1. et eſt omnino præferenda authoritati. l. 2. ff. de vſufruct. ear. rer. quę vſu conſum. ibi: nec enim naturalis ratio authoritate ſenatus cõmutari potuit, ſed remedio introducto cœpit quaſi vſusfructus habere. & in §. cõſtituiſ. de vſufruct. cũ ſimilibus. Modò nihil tam naturale, humanæq; rationi tã conſonũ, ꝙ ſeruare ea quę conuenta ſunt inter partes. l. 1. ff. de pactis. ibi: huius edicti æquitas naturalis eſt. Quid eñ tam congruum eſt fidei humanæ, quàm ea, quę placuerunt cuſtodire, inter eos ſeruare, coniunctis ſimilibus ibi in glo. allegatis, quas quidem conuentiones & pacta tenetur etiam ſeruare Imperator vel Princeps. Cy. Bart. & alij in l.
320. digna vox. C. de legi. ſic & ſeruare conſuetudines ſuas. Bald in c. 1. de natura feudi, vti aliàs in quodam conſil. deduxi ad plenum: Imò Deus etiam ipſe Princeps cœleſtis obligaretur ex promiſsione & pacto. Ita Bal. in d. l. 1. ff. de pactis. allegando Magiſtrum ſententiarum. et perpulchrè textus in l. 1. ff. de cõſtitutio. pecc. ibi: hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, quæ cõſtituta et conſenſu facta cuſtodit. Quoniam graue eſt fidem fallere. & in l. 1. §. meritò. ff. depoſi. ibi: hæc autem ſeparatio cauſarum iuſtam rationem habet. & deinde ibi: eſt inutile in cauſis huiuſmodi fidem frangere. Sed in propoſito noſtro illuſtriſsimus dominus Marchio pactus eſt, atque claram inijt conuentionem cum vaſallis iſtis ſuis, vtriuſque familiæ de V. ſcilicet: & tandem illis de A. concedendo eis illud fortilicium & villam Mundelsheim, cum ſuis pertinentijs in feudum maſculinum & rectum vel legitimum, in quo fœminę non ſuccedunt neq; veniunt: ergò etiamſi nullum eſſet ius ſcriptum feudale in rerum natura, neque etiam conſuetudo regionis vel curiarum, tamen per ipſam rationem naturalem (quę habet, conuentio-
321. nes debere ſeruari, vt dictis iuribus. et in l. 1. §. ſi conueniat. ibi: cõtractus enim legem ex cõuentione accipiũt. c. contractus. de re. iur. facit c. 2. depoſi. & 17. q. 2. c. Eleuterius) cogeremur illud idem, quod pactũ ius ipſum feudale diſpoſuit: et quidem

dem facere etiam, maximè in traditione rerum appoſitum. l in traditionibus. ff. de
pact. vbi textus dixit: In traditionibus rerum quodcunq; pactum ſit, id valere ma-
nifeſtum eſt, etiam quoad actionem, quia veſtitũ rei interuentu, vt ibi in glo, tantò
magis, quoad exceptionẽ, per ſæpè repetitam & vulgatam regulã: Cui damus &c.
& maximè in feudis. c. 1. & ibi doct. de duobus fratri. de nouo benefi. inueſtitu. c.
1. de duobus fra. à capite inueſtituræ. c. 1. §. 1. quæ fuerit prima cauſa benefi. amit-
ten. & c. feudum. ſi de feud. fuerit controuer. & tit. per quos fiat inueſti. cum ſi-
milibus in eiſdem locis traditis.

Centeſimo decimo quinto coadiuuantur iſta, & quidem fortius ſtringendo,
vt illud quod proximè dixi, in pactis & conuentionibus feudi, & præſertim in ea-
rum traditione appoſitis etiam ſit verum & procedat contra naturalia & acciden- 322.
talia contractus, vt nihilominus valeant huiuſmodi pacta, etiam contra naturam
feudorum communem. Caſus eſt in c. 1. de feud. non habente propr. natur. & c. 1.
de natura ſucceſſ. feud. & q valeant pacta contra naturalia, vel etiam accidenta- 323.
lia contractus, etſi non valerent contra ſubſtantialia, pulchrè declarat Paul. de
Caſt. in conſil. 142. aliâs, & ſecundum ordinem meorum 143. incipien. Contra
id, quod primò quæritur. vbi etiam allegat c. ſi. per quos fiat inueſti. dicens nos
ſic habere in ſimili depoſitum non habens propriam naturam depoſiti. videlicet,
cûm non venit reſtituendum illud idem corpus pecuniæ, quod fuit traditum, ſed
tantundem in genere. l. Lucius. la. 1. ff. depoſiti. vbi caſus. & q pacta facta con-
tra naturam, vel naturalia contractus valeant, dicit probari in l. paciſci. ff. de pact.
& notari in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. ſed contra ſubſtantialia
contractus non valerent. l. cum precario. ff. de preca. vel faciunt ipſum tranſire 324.
in aliam ſpeciem contractus, cui conuenit pactum. l. vbi ita donatur. ff. de dona.
cauſa mort. & ibi notat Iacob. de Beluí. in 2. notabili poſt glo. ibi: vbi etiam mo-
derni. in d. c. 1. de duo. fratri. de nouo benefi. inueſti. poſt Bald. per textum ibi
egregium. & benè probatur in textu, quem ad hoc notat Iaco. de Alua. quòd in
feudo pacta inſolita contra communem naturam feudalem valeant & teneant. & 325.
ſunt ſeruanda ſicut in emphiteoſi, in c. 1. §. penul. & ſi. in tit. quid ſit inueſtitura. et
idem Alua. pulchrè dicit in c. 1. §. feudum. in tit. ſi de ſeud. fuerit controuerſ.
inter dom. & agna. vbi eſt caſus: quòd quis poteſt feudum acceptare eo pacto, vt
& hæredes ſui tam maſculi quàm fœminæ, & omnes cui dederit illud, habeant, &
tum acquiretur ius illis, quibus alienaret. c. 1. de feudo non habe. propr. natu.
quia cõtractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. & 326.
voluit Io. de Ana. in conſil. 7. in verſ. 2. præmitto. vbi dixit, q inueſtitura alte-
rat & immutat ipſam naturam feudi, per tex. in d. c. 1. de feud. non hab. propri.
nat. Roma. conſil. 33. in ſi. & Ia. Alua. in c. 1. de vaſall. decrep. ætat. Bald. in
c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. de alien. feud. & in l. 1. ff. de rer. di-
uiſ. Ia. de Ardi. Veronenſ. in ſumma ſua feudorum, quem refert Ia. Alua. vbi pro-
ximè. & Bal. in c. 1. §. & quia vidimus. in 5. col. in titulo: qui feud. dare poſſunt.
Nouiſsimè dominus Franciſ. de Curt. in conſil. 48. col. 8. & 18. & alij in alijs
locis ibidem allegatis. Dato ergo in propoſito, quòd aliquod fuiſſet pactum vel
conuentum contra communem naturam feudorum, tamen illud ſubſiſteret & va-
leret, ac eo modo, & in propoſito tanto magis, ex quo eſt conforme iuri cõmuni,
ſeu eius diſpoſitioni, quod habet, quòd regulariter in feudo maſculi tantùm ſucce-
dant, & ſic oĩa feuda mũdi maſculina cenſentur, niſi aliud nominatim exprimatur.

Centeſimo decimo ſexto adhuc ſtrictius illud corroborari poteſt, quia pactũ
conforme iuri communi, licet vt aliqui arbitrantur non valeat. ita Bart. in l. ſi-
cut. §. apud Pomponium. ff. ſi ſeruitus vendic. tamen ſecundum magis communi-
ter doctores nedum valet, ſed etiam producit actionem. l. legitima. ff. de pact.
Ex qua colligunt regulam: quòd cõuentio fomentata à lege ciuili producat actio- 327.
nem. per quam notabiliter dixit Bald. in l. 2. in fine. C. de execut. rei iudica. quòd
ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta publica guarentigionata ſeu confeſsionata ha-
beant executionẽ paratam, & nulla poſsit opponi exceptio, ſi in tali inſtrumento

continueatur pactum nudum, quòd illud producet actionem, quia propter inſtru-
mentum dicitur veſtitum literis, & dicetur legitima conuentio, quia lege munici-
pali vel ſtatutaria iuuatur, vt producat actionem per illam legem. Idem tenet Bal.
in l. 3. §. ſi pupillus. ff. de nego. geſt. & in l. ex placito. ad finem. vbi limitat. C.
de rerum permu. & in l. 1. ad finem. C. de dotis promiſſi. referunt & ſimpliciter
ſequuntur Alex. de Imo. in d. l. legitima. ad finem. & moderni. in 1. notabili. &
in l. bonæ fidei. in vltima col. C. eo. Idem tenet Benedictus Bartzius in tractatu
ſuo guarentigiæ, in 11. aliâs 12. q. 3. partis principalis, quod tamen an ſit ve-
rum, non curaui latius examinare, ſatis eſt mihi, quod Bart. & alij omnes inſe-
328. runt, ex l. legitima, coniuncta ſua glo. quòd vbicunque ſit pactum, continens illud,
ad quod quis erat alligatus ex diſpoſitione legali, tunc tale pactum producit actio-
nem. addatur Bart. idem dicens in l. non impoſsibile. per illum textum. ff. de pa-
ctis. & optimè probatur in l. inter ſocerum. §. conuenit. ff. de pactis dotali. iun-
cta l. ſi quis pro vxore. in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et licet Fulgo. in
quibuſdam lecturis reprobet illud dictum: tamen quia ipſe non allegat bona iu-
ra, & quia eius opinio eſt manifeſtè contra d. l. non impoſsibile. & contra d. §.
conuenit. de ea non curandum, ſecundum moder. Cûm ergo conuentio ipſa ini-
ta inter illuſtriſsimum Principem dominum Marchionem, & Iohannem atque
Conradum, & nouiſsimè Philippum de A. feudatarios, ſit conformis diſpoſitioni
iuris communis, & etiamſi non fuiſſet expreſſum in feudum maſculinum, tamen
ſic foret intelligendum, certè produxit actionem ex pacto exiſtente nudo, per iam
dicta. Imò tale pactum conforme iuri communi feudorum, dicitur ius commune,
ſecundum Bal. in l. liberti. 10. colum. verſic. quid ſignificent. C. de operis liber.
per glo. in l. qui mutuam. ff. mandati. Si ergo in propoſito noſtro domino
Marchioni ex huiuſmodi conuentione & pacto, ſi non poſsideret, daretur actio
contra hæredes vniuerſales Philippi, etiam dictas ſorores, ſimulque actrices, ſi poſ-
ſiderent: imò etiam quando non poſsident: quantò magis dabitur eidem domino
Marchioni contra eas, & quoſcunque alios actores exceptio: iterum per tritam &
vulgatam regulam: Cui damus actionem &c. ſæpius relatam & comprobatam.
Quare Marchio tutus tali exceptione, & quia actrices carēt actione, abſoluendus.

Centeſimo decimo ſeptimo inferendo nunc comprobatur. Si enim ſic ſe ha-
bent ſingula, vt dixi, & amplius in conſequentiam de iure & iuſtitia illuſtriſsimi
domini Marchionis non ſit dubitandum: certè etiam princeps, qui eſt lex anima-
ta in terris, vt in authent. de conſulibus. §. finali. ibi: cui & Deus ipſas leges ſubie-
cit, legem animatam mittens hominibus. col. 4. & Specu. in tit. de ferijs. §. 1. in fi-
329. ne, iudicaturus in cauſa neceſſe habet, ſaltem ex ordinaria & legitima poteſtate illa
ſequi. Ita Io. Andre. & alij in c. 1. de reſcriptis. Roma. conſulendo conſil. 326. &
præſumitur etiam facere decenter. Bal. in c. eccleſia. el. 1. vt lite pendente. & d.
Franciſ. de Curt. in conſil. ſuo 35. col. 3. Dicitur enim miniſter et ſeruus Dei. Bal.
in authent. habita. C. ne filius pro patre. et Iſaiæ 45. Iuſtus dominus Deus et de
pœn. diſt. 1. c. quem pœnitet eſt clemens. et Exodi 33. et de pe. diſt. 1. c. quia diui-
nita. apud quem non eſt acceptio perſonarum. Qui quidem Deus cùm ſit iuſtus
et miſericors, vt Pſal. dilexi quoniam. teſtatur, illius veſtigijs inhærere debet et ſe-
330. qui. arg. l. vt vniuerſorum. ff. de pigno. Propterea conſueuit dici, quòd ideo Prin-
ceps ſuſcipiat imperium, vt ſecundum leges iudicet, ſecundum notata in authent.
in medio litis non fieri ſacras iuſsiones. §. fi. in vltima glo. col. 8. quæ hoc dixit ex-
preſſè, et groſsis verbis, allegando l. digna vox. C. de legi. et conſtitut. et ibi in §.
1. dicit ſe velle, quod ſuæ leges volunt, ibi dum dicit, Sed ſecundum generales no-
ſtras leges cauſas examinari et decidi. Quod enim in legum poſitum eſt poteſtate,
non egebit aliqua extrinſecus diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium apud
iudicem iam dictū, aut antequam hoc principiū ſumat, perſpeximus nos hoc per pro-
priū noſtrū iudiciū diſponere et dicere, hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio.
Sicuti enim à nobis per ſacrum (ſicuti dictum eſt) iudicium diſpoſita aut deciſa,
non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractione aliqua, ſic nos,
quibus

quíbus Deus ſanciendi poteſtatem dedit vel donauit, ſi aliquod iudicium in quo-
libet negotio pertulerimus, non alij iudici hoc committimus, ſiue per formas, ſiue
per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiusli-
bet, quomodo conuenit hoc negotium examinari aut iudicari, vtpote, quia à vo-
bis ſemel iudicatum eſt &c. ita etiam aliorum iudicum eſſe debet animus, aliâs, &
niſi ſint iuſti, non merentur dici iudices. 23. q. 2. c. iuſtum bellum. & c. forus. §.
in omni: & ideò dixit Philoſophus. 5. ethicorum, quòd iudex eſt iuſtitia animata,
& quòd ab ea non debeat declinare, qui etiam iuſtus & vigilans ſummè laudan-
dus, iniuſtus verò increpandus. l. iuſtiſsimos. C. de offi. rectoris prouinciæ.
Hinc videmus etiam iudicum inferiorum intentionem & mentem talem fore præ- 331.
ſumi, qualis de iure eſſe debet. Bal. in l. 1. C. de nego. geſt. Inno. in c. petitio. de
procura. videlicet, vt non intendat alteri præiudicare, ſecundum Inno. in c. quo-
niam alios, vt lite non conteſt. Bald. in l. fi. q. 4. in fine. C. de edict. diui Adria.
tollen. & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. & in rubri. C. vbi in rem act.
exer. deb. & quidē debet in iudicando ſequi veritatem l. iudices. C. de iudic. l. cùm 332.
ita legatum. ff. de conditio. & demonſtra. in authent. de tabellio. in princ. 81. di-
ſtinc. c. quicunq;. & ibi glo. 8. diſtinct. c. veritate. & c. qui contenta. 22. q. vl.
c. cùm Ioannes, de fide inſtru. in fine. Cùm ergò in propoſito noſtro ſit ius ipſum
feudale, conſuetudo regionis, & curiæ, ratioq; naturalis, & veritas pro domino
Marchione, quid reſtat, niſi ipſum abſolui: & quemlibet iudicem, quiſquis ſit fu-
turus, id tandem facturum: & cùm propter rei euidentiam, tum propter præſtan-
tiam atque ſummam intelligentiam iudicare debentium, minimè diffidendum, ſed
pro iuſtitia integritateq; eorum ſummopere ſperandum.

Centeſimo decimo octauo corroborando partes ipſius Marchionis, cuius
procuratores vel ipſe poſſet coràm venire, & ante tribunal petere ſententiam pro-
nunciari in cauſa poſt iam factam cõcluſionem vel declamando dicere pro ſe eſſe
ferendam abſolutoriam, cùm quia actricibus nulla cõpetat actio, cùm quia etiam-
ſi aliqua competeret, illam vel non probatam, vel exceptione remotam, vti ex ple-
riſque fundamentis ſuprà per ordinem formatis manifeſtè colligitur, quæ aliter
huc non repeto tanq; non neceſſaria, cùm ibi videri valeant, & quòd ſua feuda
non ſucceſsionis iure, ſed proprietatis natura repoſcant, vt aperta & reuerſa ad
cum. d. l. lex. vectigali. ff. de pignori. & ſubdere: ego feudum generi dedi, & qui-
dem maſculino, deficit genus illud, non tranſit in aliud genus, Meum eſt quod pe-
to, quod generi dedi, finitur cum genere, quod ſpeciei dedi, finitur cum ſpecie. l. 333.
cùm ità. §. libertus. de lega. 2. l. 1. §. perſonis. ff. de iure immunita. & vt mulie-
res vel fœminæ in dignitate vel feudo ſuccedant, neceſſe eſt, vt maioribus ſucce-
dendo hoc procedat, vel pactis ſpecialiter expreſsis. d. l. 2. de interdict. & relega.
& c. 1. §. hoc autem notandum. de his, qui feud. dare poſſ. quorum neutrum hîc
eſſe comperitur, pro ſe allegando l. ad certam. ff. de ſeruitu. & l. certo generi. ff.
de ſeruit. ruſti. præd. & quòd nula dubitatio eſſe debeat, cùm nulla antecedentia
vel ſequentia feudi à ſe trahant, & quod agnationi dedi vel permiſi, finitur cum
agnatione, quod naturali nomini & maſculis dedi, finitur cum naturali nomine
& maſculis. l. tutelas. ff. de capitis diminut. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. cum
ſimilibus ibi datis, ex proprietate habeo fundatam intentionem, tam in poſſeſſo-
rio quàm petitorio, vt ex deductis ſuprà apparet, ius commune feudorum eſt pro
me, conſuetudinem patriæ, & regionis, prætereà & curiarum, & maximè meæ,
habeo pro me, habeo tenorem inueſtituræ, habeo & conuentionem expreſſam de
maſculino feudo loquentem pro me, habeo inſuper rationem valentem pro me,
peto, & ago de feudo quod meum eſt, ſi non poſsiderem, daretur mihi actio, poſsi-
denti multò magis exceptio admittenda, potentior ſaltem vel inſtructior ſum eis,
qui nullum ius oſtendunt. l. circa. ff. de proba. ibi: & non ab re eſſe opinor morem
ei geri probanti ſe ingenuum, & ſententiam ſecundum ſe dandam, cùm nulla
captio intercedat iuris, & quaſi per totam legem, & in c. ad decimas. de reſtitu.
ſpolia. li. 6. Quinimò vt reus vel conuentus dominus & poſſeſſor, etiamſi nihil

præſtitiſſem vel docuiſſem, eſſem communibus regulis iuris, approbatisq́ legibus abſoluendus, cum refuſione expenſarum propter defectum iuſtæ cauſæ actricum.

Centeſimo decimo nono ad iſta ſic deducta, & lege, ratione, & authoritate comprobata, reſpondebit iuriſperitus vel iudex: Bene & eleganter plura fundamenta pro illuſtriſsimo principe Marchione facientia in medium attuliſti, & ferè plus & copioſius quàm apud tantos viros & dominos, iudicesq́ præſtantiſsimos commendabilis confœderationis ſeu ligæ Sueuorum, neceſſe vel expediens fuerit, vt puta, qui omnia intelligant, inq́ ſcrinio pectoris ſingula iuris ænigmata atq́ doctrinas habeant, & etiam calleant, ac noſcant à paleis grana detegere. l. adeò. §. cùm quis. ff. de acquir. rer. domi. 2. q. 1. multi ibi velut in meſſe vt palea. de conſecr. diſt. 5. c. diſcipulis. Sed non reſpondiſti ad obiecta, neq́ ea, quæ veriſimiliter, vti in principio deduxiſti pro actricibus, ſeu parte aduerſa fieri poſſunt, argumenta vel motiua, nec alia quidem in iudicio deducta, & fortè etiam authoritate nonnullorũ magnorum virorum conſulentium pro eis, vel in fauorem earum comprobata & ſtabilita, è medio ſuſtuliſti, vt fieri debuit. Parum etenim eſt, vel iuuare videtur, ſua firmare, & aduerſantium munimenta illæſa vel intacta relinquere. Quamuis ad ea facilis eſt reſponſio vel excuſatio, quòd aduocati ſeu cauſarum patroni id non fore neceſſarium arbitrati ſunt, cùm quia pondere carent, nec cauſam ipſam plerunq́ tangunt, tum etiam quòd ex proximè relatis fundamentis pro parte Marchionis ſatis & plus, quàm liquidè poſſunt colligi reſponſiones, vt ſubtiliter illa intuentibus apparet: tamen ne vel credar vel videar reſponſionum penuria declinare illud certamen, & ne iudicum animis contrarius quiſquam credulitatis ſcrupulus relinquatur, vt 43. diſtinct. c. in mandatis. in fi. vel me laborem fugiſſe exiſtimet, idcirco illis, quæ ſunt obiecta, vel ex aduerſo propoſita, licet, vt dixi, ratione & pondere careant, & quidem cuiq́ per ordinem motiuo pro virili mea in indiuiduo reſpondere conabor, & ſæpe ac ſæpius diuerſis & varijs modis, prout materia ſubiecta expoſtulabit, comprobando illas meas reſponſiones vel ſolidiſsimis fundamentis, factis pro hac parte Marchionis, vel alijs iuribus, vt ſtatim apparebit inferius ad oculum deducendis.

Ad primum obiectum.

ET quidem primò ad primum obiectum, inprimis & ante omnia negando, ꝙ hic ſeu in terminis noſtris interuenerit expreſſus conſenſus domini Marchionis. Nuſquam enim apparet, & quod non apparet, non eſt, neq́ videtur eſſe. l. in lege. ff. de contrahen. empti. vbi reſpondet Labeo referre quid actum ſit, ſi non appareat, non videri eas lapidicinas eſſe exceptas. Neminem enim nec vendere, nec excipere poſſe, quod non ſcit & lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ apparerent, & cædantur. & in l. ſi in duobus. §. ſi tabulæ. ff. quemad. teſta. aperia. Signo. in conſil. 10. colum. penul. & alij in alijs locis.

114. (margin, beside line 3 of this paragraph)

115. Secundò reſpondeo: quia conſenſus illius, cuius is in actu aliquo requiritur, non præſumitur. Ita Bart. in l. actor. in 3. col. in verſ. venio ad ſecundum. ff. rem rat. habe. ibi: tamen audiui, quòd doct. moderni aliter hodie illud capitulum intelligunt, vt non præſumatur, quod magis placet. & ibi etiam dominus Alex. de Imo. poſt ipſum, diſtinguendo, dominus Abb. & alij, in c. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à præla. Probari etiã videtur in c. 1. eod. tit. vbi requiritur ſubſcriptio, vt clarè probetur conſenſus, vt dicit glo. in c. 2. eod. tit. Ad idem textus notatur in c. 1. de re. eccle. non alie. li. 6. vbi in alienatione facta per Prælatum & Capitulum non præſumitur, quòd conſenſus interceſſerit. Fortius ergo non debet præſumi expreſſus conſenſus domini etiam, & maximè abſentis.

Tertiò,

Tertiò, retentis eiſdem terminis, adduco authoritatem domini Abbatis, in
pręallegato loco, paulò ante ſinem, dum dicit, quòd aliquando conuentus contra-
dicit, allegando quòd nunq; conſenſerit in dubio, onus probandi incumbit prælato, 136.
ſo, & ſic ei, qui conſenſum adeſſe allegat, dicens, ita ſenſiſſe doctores antiquos, ri-
diculum enim eſſet, dicere contrarium. Nam ſemper prælatus diceret capitulum
conſenſiſſe, & difficillimum eſſet probare contrarium. arg. c. quoniam contra. dę
proba. & 6. q. 2. c. ſi tantum. & c. placuit. ſubijciens in fine, quòd vbi requiratur
conſenſus expreſſus, nunquam ipſe ſumetur pro conſenſu, quia ſit ſolennitas ex- 137.
trinſeca, quæ nunquam præſumitur. l. quicunque. §. ſi. ff. de publiciana. Ad idem
tex. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

Quartò, ad illud facit regula iuris communis & vulgaris, quę habet, quòd
alleganti incumbit onus probandi, & maximè id, quod eſt cauſa ſuæ intentionis. 138.
l. ei qui. ff. de proba. l. actor. C. eo. l. qui accuſare. C. de eden. l. res. C. de rei ven-
dica. inſti. de legat. §. quod autem diximus, cum ſimilibus. Cùm ergo in propoſi-
to actrices ipſæ allegent conſenſum domini, ſitq; cauſa intentionis, etiamſi rele-
uaret, debuit probari, quod quia non eſt factum, ideò obiectum non probatum
non concludit, nec prodeſt neque releuat, & per conſequens Marchio abſol-
uendus.

Quintò, quia qui vult admitti tanquam talis, primò debet docere, ſe talem 139.
eſſe. l. quidam referunt. ff. de iure Codi. l. ſi quæramus. ff. de Teſtam. glo. in c.
inprimis. 2. q. 1. Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. l. diuus. ff. de Te-
ſtam. milit. l. ſi quando. C. vnde vi. Bart. Bal. & alij. in l. ſi non ignorat. Sed ſic
eſt, quòd ſorores ipſæ pariter & actrices, vel earum filij volunt admitti tanquam
feudatarij, veluti habiles ad feudū, vti ex deductis, & actis ipſis apparet. ergò de-
buere probare, ſe eſſe tales, quod quia non eſt factum, ideò obiectum non obſtat,
eoq; prætextu ſorores nihil obtinere poſſunt. Imò propterea Marchio abſol-
uendus.

Sextò, quia regula eſt, quòd qualitas, quæ eſt cauſa, quòd quis audiatur 140.
vel admittatur, debet probari per ipſum agentem vel accuſantem. l. ait prætor. §.
docere. ff. de vi bono. rapto. l. penul. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius vocat.
vi exim. Bart. in l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cler. Io. An. in rubri.
ſeu in c. 1. de homicid. faciunt notata Barto. & ſcribentium, in l. Titius. de teſta.
milit. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxali. act. refert & ſequitur dominus
Franciſcus de Curt. in conſil. ſuo 17. 4. col. & in conſil. 55. col. 4. ibi: quia qua-
litas debet deduci & probari ſecundum Bart. per tex. ibi in l. 1. §. 1. ff. ne quid
in loc. pub. & in l. fulcimus. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. bonus
tex. & ibi gloſ. & Panormit. in c. Piſanis. de reſtitu. ſpolia. Panormit. in c.
Abbas. 3. col. quod metus cauſa. & Curtius vbi ſuprà. Sed qualitates conſen-
ſus, & quæ ſunt cauſæ actionis inſtitutæ, de quibus infrà in fine, in propoſito non
ſunt probatæ, ergo non obſtat obiectum, & nihilominus Marchio abſoluen-
dus.

Septimò, ad idem in terminis Bal. in l. 1. 6. q. C. de condi. indebi. & in
l. 1. paulò poſt princip. C. vt in poſſeſſ. lega. expreſsè volentis, quòd qualitas in- 141.
tentata debeat probari, quia ad eandem probandam videatur pars ſe aſtrinxiſſe,
quando ſaltem qualitas mutat ſpeciem accuſationis, actionis vel exceptionis, vel
ſecundum eum, facit quem admitti ad id, ad quod aliâs non admitteretur. notatur
in l. 2. de vi bonor. rapto. & in l. qui habebat. ff. de inſtito. Ange. Areti. in tra-
ctatu maleſic. verſ. addit vel detraxit. per Alex. de Imo. in cōſil. 171. ſecunda par-
te. & in conſil. 3. columna 2. vbi expreſsè dixit, q; quotieſcunque aliquid cum

aliqua qualitate profertur in aliqua diſpoſitione, debet de neceſsitate qualitas illa probari, aliàs agens ſuccumbit, alleg. vltra prædicta l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publ. & ibi expreſsè dicit notare Bart. & Io. Andre. in c. 1. de homi. li. 6. in nouell. & ſequitur Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in 3. col. C. de epiſ. & cler. Sed actrices allegant conſenſum qualificatum, ſcilicet quòd fœminæ ſuccedant, & ꝙ ius vel pactum de retrouendendo ſe extendat ad eas, quod quia non eſt probatum, ergo &c.

Octauò, idem voluit Andre. Barba. cõſulendo conſil. ſuo 16. in. 2. volum.
342. in 4. colum. verſic. Præterea facit, vbi certa qualitas præſtat ius petendi, ſemper de illa qualitate conſtare debet. Ita voluit ſecundum eum Inno. in c. cùm ſit generale. de foro compet. quod dictum allegat Ange. in conſil. ſuo incipien: Dictum ſtatutum poſitum ſub rubrica. & in ordine meorum eſt conſilium ſeptimum; dicens ibi: illud dictum Inno. communiter ignorari à legiſtis. Idem voluit conſil. 26. & voluit etiam ipſe Andre. in conſil. 7. in eodem vol. in 15. col. in verſic. quinimò plus dico, in fine allegando Bart. in l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſda. coga. per illum textum, quem reputat ſingularem Cardi. in Cle. 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fructu. ſubijciens, quod voluit Bart. in l. 1. §. penul. ff. quod vi. & etiam quod habetur
343. in l. 1. §. item illud. ff. ad Sillania. Et quia quando eſt qualitas extrinſeca, non poteſt præſumi, ſecundum Ange. in conſil. 196. in 2. col. ibi: quòd autem dicit hanc electionem nuncij, cum dictarum qualitatum confluentia, & differentijs factam eſſe doceat, quia non præſumitur, cùm penitus ſint extrinſeca, allegat ſuprà dicta iura vulgaria. & l. 1. C. de fide inſtru. & iure fiſc. lib. 10. & ſic qualitas allegata conſenſus debuit probari. quod quia non eſt factum, ideò &c.

Nonò, quia aſſerens vel narrans aliquid in libello, videtur ſe fundare ſu-
344. per eo quod aſſeruit. l. cùm precium. C. de libe. cauſæ. & l. 2. C. de inſtitu. & ſubſtitutioni. ibi: ex his, quæ in libello. & quod voluit glo. in d. l. cùm precium, quam reputat ſingularem dominus Cardinal. in c. examinata. de iudicijs. Sed actrices ipſæ in diuerſis locis libelli, vt patet intuenti, aſſerunt, dominum feudi conſenſiſſe & approbaſſe conuentionem illam inter exiſtentes de familia de V. ergò etiam debuere illa probare, per ea quæ voluit Iacob. de Are. C. de proba. l. 2. & in ſua diſputatione, & ſic etiam cõſuluit, Quidam eſt accuſatus de percuſsione cum ſanguine, probatur de ſimplici percuſsione, ſed non probatur de ſanguine, decidit, ꝙ debeat abſolui, idem in facto conſuluit Bart. in conſilio 16. incipien: Accuſatio fuit inſtituta. Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. C. 2. in d. l. 2. Guiliel. de An. in l. quid ergò. §. pœna grauior. ff. de his, qui notan. infam. Ludo. Roma. conſil. 153. & 146. Doct. & ſcribentes in c. ex literis. de iureiuran. & in c. conqueſtus. de foro compe. & in c. quia propter. de electi. & in c. cum contingat. de reſcriptis. c. licet cauſam. de probat. Bal. in l. 2. C. eod. tit. in quibus locis tenent omnes, quòd debeat abſolui accuſatus, & quòd imputandum ſit actori eligenti vel deducenti qualitatem, quam probare non poterit. & refert & ſequitur dominus Andreas Barbat. in conſil. 42. incipien: Viſo proceſſu, modò in propoſito actrices narrarunt, & deducunt conſenſum domini, & pleraſque alias qualitates, de quibus infrà in fine, quas non probarunt. ergo non releuat obiectum, etiamſi cõſenſus expreſſus eſſet probatus, quod tamen minimè verum, ideò dominus Marchio abſoluendus.

Decimò, poteſt adduci & reſponderi ad obiectum, quia vbi requiritur cõ-
345. curſus copulatorum, non ſufficit copulatorũ alterum fore verum. l. ſi hæredi plures. ff. de conditioni. inſtitutio. l. is qui ducentia. §. vtrum. ff. de reb. dub. l. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. l. cùm pupillus. ff. de conditio. & demonſtra. Quod autem actrices in propoſito aſſerunt, in libello ac actis, & quidem copulatiuè, ꝙ dominus expreſsè

expreſſe conſenſerit in alienationem feudi: item in pactum de retrouendendo: item in conuentionem initam inter exiſtentes de familia, de non alienando extra eam, niſi cum pacto prædicto: item quòd Bernhardus de V. vendiderit commoditatem, non rem: item quòd & illa commoditas vel res tranſeat etiã in fœminas: item quòd illæ in materia feudorum contra ius feudale veniant, vel quòd comprehendantur nomine hæredum: item & maximè, quando fuêre ſemel excluſæ per maſculum, & quòd in hæc omnia dominus Marchio, vt deducit in libello, & diuerſis locis actorum, præſtiterit ſuum conſenſum, hæc omnia vt qualitates extrinſecæ & copulatę debuerunt probari ad fundandam intentionẽ, quæ omiſſa per actrices: ideò non releuãt obiecta, etiamſi, vt proximè dixi, appareret de ſimplici conſenſu, quoniam ille non ſufficeret per iam dicta: & præſertim non inferret ſimplex cõſenſus Domini in alienatione feudi, de vna familia in aliam præſtitus, neq; ſequitur: propterea conſenſiſſe, vt in vna vel altera familiarũ in eo ſuccedant fœminæ, ad quod requiritur expreſsio & conſenſus ſæpè alleg. in. d. c. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dare poſſ. cum concordant. Et per iſta ſit reſpõſum huic primæ obiectioni, & formaliter quidem.

Ad ſecundum obiectum.

AD ſecundum obiectum pro parte actricum factum, reſpondetur fatẽdo, quòd conſenſus Domini poſsit etiam ſubſequi, ſeu ex poſt facto interuenire, & ſic præcedere vel ſequi, aut etiam in ipſo actu alienationis impartiri poteſt ad tollendum impedimentũ ipſum, validandumq; contractũ, iuribus, rationibus, & authoritatibus in obiecto allegatis, ſed quòd interuenerit, vel ſubſecutus fuerit cõſenſus domini, maximè cum ſuis qualitatibus requiſitis & neceſſarijs, illud non apparet, neq; probatum eſt aliquo modo etiã ſimpliciter, taceo qualitates, de quibus in remotione primi obiecti, quæ tamen, vt deductum & comprobatum eſt, ibidem etiã probandæ fuiſſent, ipſas ſcilicet tali modo proceſsiſſe, interueniſſe, vel ſubſecutas eſſe iuribus, rationibus, & authoritatibus ſuprà proximè allegatis. Quod quia prętermiſſum, vel non factum, vt ex actorum inſpectione cuilibet intelligenti apparet, Ideò non habet obſtare neq; officere hoc ſecundum obiectum, quod quatenus ius reſpicit, in ſe verum, ſed factum falſum, vel ſaltem non probatũ, vt fieri debuit. Ideò Marchio illo non obſtante, per fundamenta pro eo deducta, prẹſertim regulã communem & vulgarem, actore nõ probante, vt cõuentus vel reus abſoluendus, etiamſi nihil præſtiterit vel docuerit. l. Actor. C. de probatio. l. ei qui. ff. eo. tit. C. de eden. l. qui accuſare. c. vt noſtrum. vt eccleſiaſt. benefi. cum cõcordãtibus ſuprà in 1. fundamento alleg. Et pro tanto magis in propoſito, ex quo dominus Marchio conuẽtus de iure etiam ſuo pleniſsimè docuit, vt patet in actis ex literis productis, & etiam confeſsione partium aduerſarum ſeu actricum.

Ad tertium obiectum.

TErtium obiectum remouetur multis modis: & quidem primò: in omnibus & per omnia, ſicut prȩcedentia duo obiecta. Nam licet feudi dominus poſsit etiã tacitè conſentire, & operetur & valeat, ſicut expreſſus conſenſus, vt puta, quando quis eſt præſens, & tacet, quoniã tunc præſentia & taciturnitas arguũt vel indicãt cõſenſum. l. qui pater. ff. manda. & in l. ij. §. voluntate. ff. ſolut. matri. & l. dotem. ff. eo. tit. & de iure Cano. in c. ij. de his, quæ fiunt à præla. in verſic. conuentus ſciente, & non contradicente. ad quod etiam facit dictum Inno. in c. ex parte decani. de rit. & quædam alia, & ita procedant in contrariũ deducta. & ſic quando conſtat ac probatum eſt de eo, aliâs ſecus, ſed in propoſito noſtro non conſtat, nec quidẽ eſt probatus etiam tacitus conſenſus domini feudi, neq; aliquid ex quo reſultet vel argui poſsit talis tacitus conſenſus eiuſdẽ domini, qa nõ fuit præſens in actu, vnde ex pſentia ſua nõ poteſt argui, ꝙ conſenſerit, & pſertim cùm tam varijs qualitatibus, 346.
de quibus ꝓximè, & quidẽ eiſdẽ rationibus & fortioribus. Quamuis enim in inueſtitura & ſtipulatiõe pſentia pſumat, vt per Oldra. in conſil. 215. & quãdo de ea ſit 347.

 mentio

mentio in ſcriptura. l. 1. & ibi Bal. & in l. optimam. vbi omnes. C. de cõtrahen.
& committen. ſtipula. tamen aliâs ipſa pręſentia domini, & regulariter quidem de
iure cõmuni, etiam feudali contra eundem non præſumitur, quia eſt facti. Bal. in
l. præſcriptione. in ſi. quib. longi temp. præſcrip. non obſt. ibi dicit, ꝙ iſta copu-
latiuè requiruntur ad complendam præſcriptionem decennalem, ſcilicet titulus,
bona fides, inconcuſſa poſſeſsio, aduerſarij præſentia. Quæ omnia & copulatiuè
debent probari, cùm ſint cauſæ, & fundamentum ipſius intentionis. & ibi etiam
Ang. glo. Bald. & Ang. in d. l. 1. circa principium. & in l. optimam. C. de con-
trahen. & committen. ſtipula. in vlt. colum. in verſic. not. glo. & quæ non eſt ali-
bi, quòd qui probat ſe præſentem &c. per Bart. in l. is poteſt. in 8. col. verſ. nunc
videamus. ff. de acquir. hæred. Paul. de Caſt. in l. illud. col. ſin. verſic. & vidi in
ciuitate iſta. C. de ſacroſan. eccleſ. expreſsè illud dicens, reſpondendo quibuſdam
obiectis, de quibus ibi per eum. Qui autem non eſt præſens, neque talis præſumi-
tur, non poteſt dici vel præſumi conſentire.

348. Prætereà ſecundò, quia quòd abſens & ignorans non videatur con-
ſentire, imò præſumatur contradicere, eſt textus in l. qui vas. §. vetare. ff. de furt.
dum dicitur ibi: vetare autem dominũ accipimus etiam eum, qui ignorat, hoc eſt,
qui non conſentit. vnde glo. ibi: ſuper eiſdem verbis non conſentientem diſſentire
dixit. Notatur etiam in l. quod in eo. §. ſi. ff. de ritu nuptia. cum l. ſeq. & in l. 2.
in fine. vbi etiam Bart. & alij. ff. ſolut. matri. in 3. oppoſitione. ibi: furioſus non
videtur conſentire, quando requiritur conſenſus verus, vel tacitus, vel expreſſus.
l. qui ad certum. ff. loca. & in 4. oppoſitione ibidem. idem Bart. in l. quæ dotis.
in 7. col. in verſic. & primò quæro: vbi illud expreſsè tenet, allegando, quæ dicta
ſunt. & l. ſi debitorem. C. de pignori. Idem in terminis voluit Bald. ſaltem quan-
do habuit iuſtam cauſam cõtradicendi. in l. ſi quis. in vlt. colum. verſic. dubitatur
hoc vtrum. ibi: hæc vera ſunt, quando teſtes producuntur contra præſentem, ſed
quando contra abſentem, nõ eſt neceſſaria proteſtatio, quia dicit ipſe abſens non
intelligitur conſentire, cùm habeat cauſam contradicendi aſſerens ſic notare. Cy.
in authent. ſi dicatur. C. de teſti. & ita eſt verum. Dicit enim: ex hoc apparet, ꝙ ſi
me abſente, per contumaciam recipiantur teſtes, me reuerſo, licet nulla fuerit fa-
cta proteſtatio, ſalua ſint iura mea contra perſonã & dicta, ſecus ſi præſens fuerim
vt laicus, ibi per eum. Abſens ergo non conſentire, ſed contradicere videtur. Idem
etiam ſecutus eſt Bart. de Sali. in d. l. ſi quis teſtibus. in 5. col. C. de teſti. in verſic.
nunc tranſeo, ibi: & tunc aut teſtis fuit productus in eius abſentia, licet legitimè
citato, & idem, quia qui eſt abſens, non dicitur conſentire vel approbare illud,
cùm habet cauſam contradicendi, alleg. d. l. 2. §. voluntate. Cùm ergo in propoſi-
to Marchio non fuerit præſens, vt illud conſtat, cùm quia præſentia non probata,
tum etiam quia nõ præſumitur, imò potius abſens: & per conſequens pro contra-
dicente, vel ſaltem non conſentiente habendus, ergo ceſſat obiectum hoc ſecun-
dum: & eo non obſtante, Marchio abſoluendus.

Tertiò, & quidem pro iſto, quod ſuprà in prima reſponſione, ꝙ quis in du-
bio non pręſumatur præſens, ſed abſens, eſt deciſio admodum clara, & groſsis ver-
bis expreſſa, ipſius Specula. in tit. de actore. §. 1. verſ. quid ſi poſtꝗ. & verſi. ſequẽ-
ti. ibi: & idem eſt in abſentia. Nam eo ipſo, ꝙ non eſt præſens, præſumitur abſens:
& probata eſt abſentia per alleg. dictam l. 1. & l. optimam. in arg. C. de contra-
hen. & committend. ſtipula. vbi probatur præſentia per inſtrumentum. & ſatis
eſt ibi: quòd non comparet. arg. l. ſi ideò. C. de his, quæ vt indig. refert & ſequi-
tur Bal. in l. fi. §. neceſsitatem. C. de bonis, quæ libe. in finali. verbis, ibi dicit, vt
notatur in Specula. de actore. §. 1. verſic. quid ſi poſtquam. & verſic. ſequenti,
349. ſubiungens, vbi etiam Speculator dicit, quòd præſumitur quis abſens, niſi probe-
tur præſens, quod facit ſecundum eum, ad materiam authen. præſente. C. de fide-
iuſſor. Si ergo abſentia domini præſumitur, & in conſequentiam contradicere,

vel non

vel non conſentire dominum, debuere, ſicuti neceſſarium fuit, actrices præſen-
tiam domini feudi probaſſe, & prætereà alias qualitates prætactas, quod quia
non fecere, ſed nudis & ſimplicibus verbis multa pro arbitrio voluntatis aſſe-
ruere, ideò ſuccumbent, et dominus Marchio abſoluendus ab earum impetitione.

Quartò pro illo, quod ſecundo loco dixi, ſcilicet abſentem præſumi contra-
dicere, vel ſaltem non conſentire, adduco deciſionem Bald. in l. fi. §. neceſſitate. 350.
C. de bonis quæ liber. in 1. col. in verſ. caue tibi. ibi: & in iure noſtro æquipa-
ratur aliquem abeſſe vel adeſſe, & nolle conſentire. Nam qui monitus à præto- 351.
re, non vult conſentire, pro latitante debet haberi. vt ff. de fidei commiſſa. liber.
l. non tantum. §. ſi verò iuſta. & l. ſi infanti. §. 1. dicens, hoc tenere Iacob. de Are.
Rich. & Cy. & per iſta etiam probatur, quòd præſens non conſentiens æquipa-
ratur abſenti. & ita etiam videtur de mente Bal. & aliorum, vbi ſuprà. Sicuti er-
gò feudi alienatio domino non conſentiente non valeret, vt latè comprobatū ſu-
perius: ita non valuit eo abſente: & ſic iuris præſumptione non conſentiente vel
cōtradicente non debet valere alienatio, nec pacta appoſita, per iam dicta: & egre-
gium dictum Bal. in l. ſancimus, in princ. per illum textum. C. ad Trebelli. in 1.
notabili, dum ex illo textu notatur, quòd infans & pupillus & abſens æquipatan-
tur. Sicut ergò infans & pupillus habentur pro non conſentientibus, imò & igno-
rantibus, ita & abſens, per ſecundum textū, qui illos æquiparat. Pupillus etenim
quicquid videt, ignorat. l. 1. C. de falſa mone. Bart. in l. Æmilius. ff. de minori.
Bald. in c. 1. §. 1. quo temp. miles.

Quintò reſponderi poteſt, & quidem adhuc formalius ad ipſum obiectum,
dato ſine præiudicio veritatis, ꝙ illud per prædicta non eſſet ſublatum, quoniam
de iure clarum & indubitatum eſt, ꝙ quilibet abſens eſt & præſumitur ignorans, 352.
niſi probetur ſciens. l. hoc autem. ff. de adminiſtra tuto. coniuncta l. præcedente,
quæ incipit: Quidam decedens. §. fi. eo. tit. ibi: nam etſi citra teſtationem, ſed vn-
decunque cognouit, nulla dubitatio eſt quin debeat periculū ad ipſum reſpicere, hoc
aſt quod cognouit tutor, pupillus ꝓbare debet. & l. verius. ff. de proba. vbi textus
clarus, quòd legatarius, qui agit, oportet probare, ſciſſe alienam rem vel obliga-
tam legare defunctum, nō heredem probare oportere, ignoraſſe alienā rem obliga-
tam. Quia ſemper neceſſitas probandi incumbit ei, qui agit, tenet Specula. in tit.
de furtis. in verſic. cæterum circa medium, ibi: item quando vos immiſiſtis tales
merces, erā abſens, hoc conceſſo, præſumor ignoraſſe, niſi cōtrà probetur, vel pro-
batum fuerit. Quod etiam voluit Paul. de Caſtro in conſil. 140.

Sextò, pro reſponſione etiā adduci poteſt id quod voluit Spec. in titulo de
except. & replicatio. §. 2. verſic. cæterū dum dicit & hoc in ſciente, quia ignorans
poſt eam ſcilicet exceptionem opponere etiam poſt ſententiam. l. præſcriptiones
fori. C. de exceptioni. & l. fi. C. ſi à non compe. iudi. coniuncto verſiculo: poteſt
etiam. eod. tit. volens ſtandum eſſe iuramento, quare etiam conſueuit dici, ꝙ igno- 353.
rans nihil agnoſcere nec acceptare poſſit. l. nec ignorans. C. de dona. vbi verba
clara id probantia, dum dicit Cæſarea Maieſtas nec ignorans nec inuitus quicque
donat &c. & ibi: de quo nō cogitaſti, nec ſpecialiter ſubſcripſiſti, nihil te perdidiſ-
ſe &c. Quinimò ignorans, quod fortius eſt, contradicere videtur & præſumitur 354.
actui celebrato etiā à coniuncta perſona. l. 2. §. fi. ff. ſolut. matri. l. in eo. §. dando.
ff. de ritu. nuptiarum. & l. ſi verò. in principio. ff. ſolut. matri. cum ſi, & probatur
eo ipſo ignorantia ſtatim, quod non probatur ſcientia. l. ſuper ſeruis. & ibi Bart.
C. qui milita. poſſ. lib. 12. & Bart. in l. ſi verò. in princ. ff. ſolut. matri.

Septimò reſponderi poteſt, ponendo ſecurim ad truncum obiectionis,
quoniam poſito, & non conceſſo, quòd dominus feudi tempore contractus
ipſius venditionis, cum pacto de retrouendendo fuerit præſens, & etiam ex-

preſſè

preſsè non contradixerit, ſed tacuerit, adhuc non induceretur tacitus conſenſus,
nec obſtaret obiectum, quia licet in actum illum emptionis per alios celebratum,
quatenus concernit vtilitatem ipſius domini, feudi dominus ipſe videatur conſen-
tire. arg. l. qui patitur, cum ibi notatis. ff. manda. & in regula: Qui tacet. & ibi per
Dy. de reg. iur. in 6. tamen quotieſcunq; actus non geritur nomine dñi, ſed aliorũ,
355. etiam domino ipſo præſente, & eſt actus talis, quem dñs feudi, vel alius quicunq;
nõ potuit impedire vel prohibere, vt eſt venditionis & pactionis de retrouenden-
do: certè tunc præſens etiam in ſuum præiudicium non videtur neq; præſumitur
conſentire, ita gloſ. in l. Gaius. de pigno. acti. & in l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pigno.
& propriè in materia feudorum hoc voluit ſummus feudiſta Andre. de Ifernia,
quem refert & ſequitur Iacob. de Aluar. in c. 1. §. preterea quib. mod. feud. amitt.
in 3. colu. in verſic. quæro. cum glo. ibi: ſed tu ſubtilius conſidera, circa iſtam ma-
teriam dicens: quoniam aut loquimur de contractu, qui poteſt fieri ſuper re mea,
etiam me inuito, puta vendere, legare, vel diuidere. l. rem alienam. ff. de contrahen.
emptio. l. cùm alienam. C. de lega. cũ ſimilibus. & tunc mea præſentia vel tacitus
356. conſenſus mihi non nocet: aut loquimur de contractu, qui non poſsit fieri me in-
uito, ſicut eſt cõtractus pignoris ſeu conſtitutio iuris in re ipſa, vt l. aliena. ff. de pi-
gno. acti. & l. qui prædium. C. ſi alie. res pigno. data ſit. & l. fi. quoniam tũc præ-
ſentia & tacitus conſenſus mihi noceret. & ita loquuntur leges allegatæ ibi in glo.
& etiam de mente glo. in l. qui vas. §. vitare. ff. de furt. & in l. inuitus. C. de procu-
ra. & eſt cõmunis doctrina ab omnibus approbata per Dy. in l. 2. §. voluntate, &
in l. quæ dotis. & ibi plenè Bart. ff. ſolut. matri. & Bald. in l. quotiens. la. 1. in 1.
colum. in verſic. quæro nunquid. C. de fidei commiſſ. idem Bal. in l. ſi ſine. C. ad
Velleia. & in l. inuitus. C. de ꝓcurato. ꝑ glo. et Canoniſtas. in c. nónne. de ꝑſumpt.
& c. 1. 27. diſt. in gloſ. in verſic. tacuerit. Inno. in c. 1. de poſtul. imò fortius dixit
357. Florianus. in l. initium. ff. de ſeruitu. vrba. prędi. Quod quãdo agitur de ꝑiudicio,
ſemper tacens videtur contradicere, niſi fauore Reipublicæ, per l. 2. ff. ad munici-
pa. vel niſi hoc faceret in fraudem alterius. l. ſi ſine. in fine. C. ad Velleia. vel vltra
præſentiam & taciturnitatem eſſet adhibitus aliquis alius actus, ſicut ſigillationis
358. vel ſubſcriptionis, non tamen vt teſtis, quoniam ſi vt teſtis, tunc ſibi etiã non præ-
iudicaret. l. Gaius. ff. de pig. act. l. Titio. § Lucio. ff. de leg. 2. aliâs autem videre-
tur hoc facere animo conſentiendi, & feciſſet ſibi præiudicium. l. ſicut. §. non vide-
tur. ff. quãdo pig. vel. hypothe. ſoluit. in l. Titius. §. ſi ff. eo tit. & notatur pro gloſ.
in d. §. pater. ſaltem quando ſciebat contenta in ſcriptúra, aliâs ſecus. l. ſi. C. plus
vale. quod agitur. facit ſecundum eos ad prædicta l. 2. C. de re alie. non alienan. &
quod notátur in l. certi iuris. C. loca. modo. Modò ſic eſt in propoſito, q; dominus
Marchio non potuiſſet impedire contractũ emptionis & venditionis, nec etiã pa-
ctum reemptionis, quò minus valerent inter partes, & ſibi inuicem eſſent obliga-
ti ad intereſſe, ergò etiam præſens ſibi nõ præiudicaſſet tacendo, præſertim ex quo
non ſigillauit, neque ſubſcripſit, neque contenta in literis vidit vel legit, vel etiam
ſciuit, & benè etiam ſciens intellexiſſet ius ſuum vbiq; durare. dicta l. ſicut. §. non
videtur. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. ſolu. Quare etiã præſentia Marchionis
non induxiſſet tacitũ conſenſum: & ſic cùm non appareat etiam de tacito conſen-
ſu, neq; probatus ſit, non habet obſtare obiectum: & per conſequens abſolutoria
ferenda pro iſta parte Marchionis, non obſtante tali obiecto, & alijs maximè etiã
deficientibus probationibus taciti conſenſus qualitatũ ſuarum neceſſariarũ ſuprà
relatarum.

Ad quartum obiectum.

AD quartum obiectum multipliciter poteſt reſpõderi. Et quidem primò: quòd
licet valeat alienatio cum conſenſu domini facta, iuribus in obiecto allega-
tis, & maximè primò ſaltem in præiudicium ſuum: tamen hîc ſeu in propoſito neq;
expreſſus, neq; tacitus interuenit, vt patet ex reſpõſionibus proximè ad prima tria
obiecta datis. Quòd aũt dñs in inueſtitura, ſeu literis eius facit mentionem literarũ
con-

contractus in genere, ſcilicet venditionis, nõ refert ſe neceſſariò ad illas, quas par-
tes aduerſæ produxerunt, potuit aliâs vidiſſe, vel ad ſimplicia ſcripta Bernhardi
de V. venditoris, pariterq́; feudatarij refutantis atq; narrantis, ſe tali vendidiſſe, il-
lam relationem feciſſe, & ignoraſſe huiuſmodi contractum iſto modo initum, ma-
ximè cum pacto de retrouendendo, & ſic propter alienationem factam feudum ſi-
bi apertum ad refutationem eius alteri conceſsiſſe, & inueſtijſſe. & ſic non probat 359.
hoc eſſe, quod contingit ab hoc abeſſe. l. non hoc. C. vnde cogna. c. in præſentia.
de proba. c. ſi de ſucceſſ. ab inteſta. cum ſimilibus.

Secundò, quia quotieſcunq; literæ vel inſtrumenta faciunt mentionem de
alio inſtrumento vel literis, nihil fidei habent, neque probant, niſi quatenus illæ 360.
ſubſiſtunt, & producantur atque effectualiter probant. authen. ſi quis in aliquo.
C. de eden. & in corpore vnde ſumitur, de ſponſali. largi. §. & hoc inſuper. colum.
9. & quia vbi non apparet exemplar, nec exemplatum. l. in Teſtamento. ff. de
condi. & demonſtra. etiam eiuſdem Notarij. Ita ſingulariter Ange. in l. ſi donatio.
per ſecundum textum. C. de dona. Modò in propoſito incertum de literis, an do-
minus de his vel alijs ſenſerit, & licet literæ venditionis ſint productæ: tamen du-
bium erit, & maximè, ex quo abſq; conſenſu domini fuerunt factæ. Dubia autem 361.
probatio non releuat neq; prodeſt. c. in præſentia, de proba. & ibi docto. text. in l.
neq; natales. C. de proba. Bal. in Marga. in verſic. ꝓbatio. & in l. 2. in vltima col.
verſ. Modò aduerte. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. eſt bona glo. in l. 2. C. de peti-
tio. hæredit. in Cle. de rebus eccleſiæ nõ aliena. & in l. 1. C. de furtis. & in l. cum
actum. de neg. cùm ſi ibi. & in d. l. non hoc. C. vnde cogna. allegatis.

Tertiò dico ad obiectum: Et poſito, quòd dominus feudi fuerit præſens,
& ſciuerit contractum inter partes eſſe initum, ſcripturas etiam deſuper factas: ta-
men vti in antecedenti obiectione dixi, quando non alia facit neque dicit per hoc
conſenſiſſe non videtur, quia præſentia & ſcientia in his nullum conſenſum indu-
cit vel arguit, per regulam vel doctrinam quaſi omnium doctorum ibidem tradi-
tam, per text. & notata in l. Gaius. de pigno. acti. in l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pi-
gnori. & in materia feudorum, per Andre. de Iſernia, & alios in c. 1. §. prѧterea. 3.
col. verſ. quæro, cum gloſ. in tit. quibus mod. feud. amitt. & quæ voluit Flori. in
l. inuitum. ff. de ſerui. vrba. prædi. Sed dominus Marchio hic nil aliud dixit vel
fecit, niſi mentionem faciendo. Non enim dedit literas conſenſus ſuper contra-
ctu, non ſigillauit neq; ſubſcripſit, nec alia, etiam ſimplicẽ conſenſum oſtendentia
fecit: ergò non poteſt dici conſenſiſſe in propoſito noſtro, nec habet obſtare obie-
ctum aliquo modo vel via per iam dicta & ſuprà allegata iura.

Quartò, quia, vt etiam ibidem dixi, quando ſumus in caſibus, in quibus
ad alia proceſsit quis, vtputa ſigillando vel ſubſcribendo, non vt teſtis, & ſibi præ-
iudicet, procedit & eſt verũ, quando fuit certificatus, vidit, legit, vel ſciebat huiuſ-
modi literas, & quid in eis continebatur, quoniam tunc per præſentiam, ſcientiã
contentorũ, & ſigillationẽ vel ſubſcriptionem nõ vt teſtis ſibi potuit præiudicare,
aliâs aũt ſecus. Ita in terminis voluit dominus Iacob. de Alua. in c. 1. §. prætereà.
quibus mod. feud. amitt. alleg. l. fi. C. plus vale. quod agi. ſubijciens facere. l. 2.
C. de rebus alienan. & quod notatur in l. certi iuris. C. loca. & quod ibidem ſub-
iungatur in gloſ. in verſ. regreſſum, dum dicit: item iſtud intelligo, quando ex cer-
ta conſcientia conſenſit, quoniam aliâs potius intelligeremur errare, quàm conſen- 362.
tire. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. om. iudi. & l. 2. ff. de iudi. & in materia feu-
dorum. & textus bonus in c. vaſallus: aliâs eſt in c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud. con-
tentio ſit. & l. 4. ff. quibus ad liber. proclam. non licet. & l. rem. C. ſi alie. res pigno.
da. ſit. Illud idem etiam firmat dominus Alexandrinus, olim Præpoſitus, poſtea
Cardi-

Cardinalis. ibi: eſt ergo neceſſe, vt domino præiudicetur, quòd ſit præſens, & ſcit
quid agatur, vel actum ſit, quod quia hic non conſtat, neque probatum eſt,
ergò &c.

Quintò reſpondetur, quòd etiam dato, dominum conſenſiſſe in aliena-
tionem, & quòd valuerit per iura vulgaria ſuprà allegata: tamen nequaquam po-
teſt dici, ipſum cõſenſiſſe in pactũ de retrouendendo, quod ignorauit. Pro quo ad-
duco deciſionẽ, quaſi in terminis Bal. in rubr. C. qui admitti. dum vult, ꝙ ſi in ali-
quo actu requiratur præſentia propinquorum debeant tales propinqui pręſentes
563. factum perfectè intelligere, aliàs non dicuntur præſentes, alleg. gloſ. in l. tutor. ff.
de bono. poſſeſſ. dum dicit amicis & iudice ſcientibus, igitur fortius, quando re-
quiritur conſenſus. Quia ignorans nõ conſentit. l. ſi per errorem. ff. de iur. omni.
iud. iunctis dictis Bal. in l. 1. ff. eodem: dum ponit quæſtionem, quando filius
emancipatus recipit à debitoribus hęreditarijs coram iudice, an videatur agnoſce-
re bonorum poſſeſsionem, & concludit, quòd ſi iudex intelligebat hunc filium eſſe
in caſu agnoſcendi bonorum poſſeſsionem, tunc videatur agnoſcere coram iudi-
ce, ſicut è contra videretur repudiaſſe. l. ſi præteritus. ff. de bono. poſſeſſ. contra
tab. Sed ſi iudex hoc non intelligebat, non cenſetur factum coram iudice. Nam nõ
564. dicitur intelligere, qui ignorat. l. ſi is ad quem. & l. pupillus. ff. de acquir. hæred.
Qua ergo ratione quando per actum inducitur agnitio, ſi fiat præſente iudice, non
inducitur, quando fit iudice ignorante, an faciat cauſa agnoſcendi, vel quia ſit ac-
quiſita pariter, idem erit in venditione iſta, & fortius quidẽ in caſu noſtro, in quo
non requiritur præſentia & intelligentia, ſed etiam conſenſus.

565. Sextò confirmatur iſta reſponſio, quia cùm ſimus in facto alieno, præſu-
mitur ignorantia. l. verius. ff. de probatio. & per Bart. in l. non fatetur. ff. de con-
feſs. & in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti ignorantia. Item qui allegat ſci-
entiam & intelligentiam, debet illam probare. ff. de probatio. l. ei qui & maximè,
cùm ſit fundamentum intentionis & validitatis contractus venditionis, iuxta no-
tata per Bart. in l. in illa. ff. de verb. oblig. & Bart. Bal. & alij, in l. 1. in 4. oppo-
566. ſi. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. comprobatur optima ratione, quia quòd con-
ſenſus domini debet interuenire in alienatione feudi, nõ eſt alia ratio, quàm quòd
domino inſcio vel nolente in rebus ſuis non etiam inferatur aliquod præiudiciũ
vel læſio, vt eſt textus in c. 1. in princ. de prohibitis feud. aliena. per Lotha. ibi:
ita omnibus exhauſtis, ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere, per quod vires im-
perij maximè attenuatas cognouimus, dum proceres noſtri milites ſuos omnibus
beneficijs ſuis exutos, ad feliciſsimam noſtri nominis expeditionem nullo modo
transducere valeant. Hortatu itaque &c. & in c. primo, in princ. de prohib. feud.
aliena. per Fride. ibi: non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorũ, quæ
ab eis retinebant ſine dominorum licentia, pignori obligauerant, vendiderant, &
quadam colluſione nomine libelli vendiderant. vnde debita ſeruitia amitteban-
tur: & honor imperij, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur.
Habito ergo &c. Sed quomodo poteſt ipſe ſcire, an contractus ſit lucroſus vel
damnoſus, expediat, vel non conſentire, niſi illius plenam intelligentiam habeat,
non eſt ſatisfactum legi, ex quo mens & ratio eius non ſunt ſeruatæ, ſecundũ Bal.
in l. curator. C. de negot. geſt. & ita etiam ſentiunt referendo prædicta clariſsimi
viri, & præceptoris mei digniſsimi, dominus Bulgarinus de Bulga. & dominus
Bart. Socy. conſil. ſuo. 92. in 11. col. in 3. vol. nouiter impreſſo. in verſ. ſed ad
hoc reſpondetur. vbi latius per eos.

Septimò reſpondetur ad obiectum: quia non eſt dubium, quin clara præ-
567. cedentia habeant declarare ſequentia dubia, & è contra, accipiantq; vt dant ſibi
inuicem intellectum. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de legat. 1. cum l. ſequenti. & ibi
Bald. & alij, & vna particula declarat aliã, vt ibi; & l. qui filiabus, in princ. eodem
de legat.

de legat. facit quod notatur in l. ſi quis filio. ff. quando dies lega. cedit. & quod
notat Bart. in l. quiſquam. de legat. 3. l. fi. §. qui dulcia. ff. de vino, triti. oleoq́ le-
ga. cum ſi. Sed ſic eſt, quòd in omnibus literis feudalibus ante & poſt illa verba,
nach laut verſigelter verſchreibung/ ſemper vel ſaltem frequenter apponitur il-
lud verbum **Manlehen**/ & ſic feudum maſculinum, quod eſt clarum & indubita-
tum verbum debet declarare alia etiam obſcura verba illarum literarum, men-
temq́ domini, de cuius voluntate & tacito conſenſu tractatur, vt non aliter, neq́
alio modo videatur conſenſiſſe, quàm in maſculos: & quòd illa verba facientia
mentionem de literis venditionis (imò ſi rectè intueantur donationis vel datio-
nis, ſic enim ſonant verba, **auff vnd vbergeben**) intelligantur etiam de maſculis,
& non de fœminis, vt latè conſulendo voluit dominus Abb. in conſil. 36. in pri- 368.
mo vol. quòd verbum filius prolatum in teſtamento non intelligatur de fœmina,
quando in ſequentibus fecit mentionem de filijs maſculis, adducit Hoſtien. & Io.
Andre. per textum ibi: in c. Raynaldus. extrà, de teſtamen. Faciũt quę voluit Ro-
ma. in conſil. 480. & dominus Franciſ. de Curt. in conſil. 51. col. 6. Ex quibus
clarè colligitur, quòd etiamſi hîc vel in caſu noſtro argui poſſet aliquis conſenſus
tacitus domini feudi; ille tamen eſſet talis, vt declarant alia præcedentia & ſe-
quentia verba.

Octauò reſpondetur, quia dato, quòd dominus tacitè quibuſcunque con-
iecturis, vel etiam expreſsè conſenſiſſet in ipſum contractum emptionis & vendi-
tionis, etiam cum pacto de retrouendendo, cuius oppoſitum tamen oſtenſum eſt
ſuprà, nihilominus illa voluntas, mens, & conſenſus regularetur & interpretare-
tur ſecundum ius commune feudale & eius diſpoſitionem quę habet, quòd maſcu-
li tantùm & non fœminæ, niſi exprimatur, veniant & ſuccedant in feudalibus,
cui contrahentes videntur ſe conformare, vt pulchrè per Bald. in l. precibus. 17.
colum. C. de impube. & alijs ſubſtitu. & in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. poſt Bart. 369.
in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. verſic. ſed iſto caſu. ff. de operis liber. Dy. Bar.
Ang. & Imo. ac Alexan. & cæteri moderniores in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff.
ad Trebelli. Et dixi & comprobaui latiſsimè in 19. fundamento, ad quod recur-
rendum, & quædam alia.

Præterea & nonò poteſt reſponderi iterum ſalua veritate, retentis eiſ-
dem terminis, quòd licet dominus feudi videatur conſenſiſſe tacitè, tamen ille cõ- 370.
ſenſus non poſſet præſumi, nec aliter eſſet intelligendus, quàm conſuetudo regio-
nis vel imperij, dictat & habeat. arg. l. ſi prius. §. rectè placuit. ff. de aqua plu. ar-
cen. l. excepto. C. loca. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. l. vel vniuerſorum. ff. de pig.
acti. & propriè in materia feudorum, in c. 1. de cogni. feud. in verſ. legum autem,
& alijs iuribus in 110. fundamento copioſè allegatis.

Decimò reſpondetur, & quidem iuridicè: quoniam dato, iterum tacitum
conſenſum interueniſſe, tamen ille non poſſet ſine violentia verborum aliter in-
telligi, quàm quandiu ipſa familia de A. durat, vel perſiſtit in rerum natura: ita ſe
habet intellectus iuris, niſi aliter fuerit expreſſum. Vnde cecidit pactum de retro- 371.
uendendo, quia reſoluto iure datoris, vel poſſeſſoris, reſoluitur ius ſucceſſoris. l.
lex. vectigal. ff. de pignor. l. grege. §. ſtatu. liber. ff. eo. tit. iuxta ea, quæ latius
deduxi in 3. fundamento, nec debet tacitus conſenſus plus operari quàm expreſ-
ſus. l. item quia. ff. de pact. cum ibi notatis.

Vndecimò, ſolui poteſt & quidem legaliter illud obiectum: quia eſto etiã,
quòd dominus Marchio expreſsis verbis, literis, vel epiſtola cõſenſiſſet, ita quòd
de conſenſus præſtatione nulla foret dubitatio: & ſic quòd hæredes emptorum,
ſcilicet Ioannis & Conradi debeant habere feudum ipſum, & teneri ad retrouen-

dendum hæredibus illorum de V. venditorum, tamen adhuc non haberet ob-
372 ſtare, quia illud verbum hæres in propoſito & materia noſtra ſemper intelligitur
de maſculis & habilibus ad ſuccedendum in feudo. textus eſt in c. 1. §. 1. & ibi
glo. & doctores, de his, qui feud. dare poſſunt. & in c. 1. §. & ſi clientulus. de feu-
di aliena. cum concordantibus & authoritatibus plurimis in 104. fundamento
abundanter adductis. Et ſic conſenſus domini etiam expreſſus non poteſt trahi ad
fœminas aliquo modo.

Duodecimò, quia niſi hoc eſſet, videlicet, quòd de maſculis hæredibus
ſit intelligendum, ſequeretur magnum abſurdum, ſeu inconueniens, & quidem
contra rationem, & omnem iuris formam, quòd etiam deficientibus maſculis fa-
miliæ de V. à paritate rationis, & à ſimili poſſent vigore illius pacti reemere etiam
fœminæ in illis verbis: **doch ſo hab ich in ſolchem kauff außgedingt / ob ich oder
meine Erben / oder einer von V.** & ſic fieret etiã in familia de V. fœmineum &c.
Quod quàm alienum eſſet ab omni ratione, literis feudalibus, mente infeudantis
iuris etiam forma patet cuilibet intelligenti. Quare tanquam abſurdum euitan-
dum, l. 2. C. de condi. inſertis. c. ex ore. de priuile. c. iniuſtum. de rerum permu-
373. ta. cum ſimilibus. Nec etiam præſumendum dominum voluiſſe ſibi tali modo
præiudicare, nec velle iactare ſuum, quando poteſt eſſe alia cauſa vel præſumptio.
l. Campanus. ff. de oper. liber. l. ſi cùm aurum. ff. de ſolutioni. arg. l. cùm de in-
debito. ff. de proba. cum concord. et quia ratione caret, ideò extirpandum iuribus
ſuprà allegatis.

Tertio decimo, quia nõ eſt veriſimile, dominum feudi talis fuiſſe animi,
quòd voluerit ſimplicibus vel obſcuris verbis euertere feudum maſculinũ, et mu-
tare in fœmininũ, quod etiam non videtur credibile, ſed validum eſt argumentũ à
veriſimiliore. l. cùm de ætate. de proba. & l. in obſcuris. de reg. iur. l. ob carmen. §.
fi. ff. de teſti. Clemen. exiui. §. demum. & ibi Cardinal. & §. rurſus. de verb. ſignifi.
374. c. & veriſimile. de præſumptio. Debent enim ſermones noſtri verificari in com-
munem opinionem habentium intellectum. l. ſi ita quis. in verb. quod nemo ſa-
nus dicet. ff. de euicti. Eſt enim ſermonum verorum inuentum, vt concordent cum
rebus ſenſatis & veriſimilibus. l. milites. §. omnem. C. de quæſti. Nam illud quod
375. non eſt veriſimile, eſt quædam falſitatis imago. Ita dixit Bald. in l. 1. C. de ſeruis
fugi. & idem voluit Bald. in rubr. C. de proba. & in l. fina. C. de edic. diui Adria.
tollen. & in quibuſdam alijs locis. eſt bonus textus ſecundũ quoſdam in c. fin. de
conſuetu. Modò ad propoſitum dicere vel capere intellectum illorum verborum,
vt ſuprà dictũ, cùm non veriſimilis eſt, omnino abſurdum, ſed capiendus ille, qui
veriſimilis et iuri conſonans. & ſic non obſtat, quod in obiecto habetur.

Decimo quarto, reſpondetur & adhuc formalibus, per ea, quæ voluit
dominus Ia. de Alua. in c. 1. in princ. 5. & 6. colum. in 3. q. dum quærit & dicit:
Quid ſi vaſallus vendit feudum præſente domino, & non contradicente, an vi-
deatur conſentire, ita quòd teneat venditio, & reſpondet ipſe quòd ſic: poſt gloſ.
ibi: vt talis præſentia habeatur pro licentia argumento, ſi de inueſti. inter do.
& vaſall. lis orta. §. ſi. & quidem pro conſenſu expreſſo. arg. l. quidam. ff. de
376. euict. dicens hoc eſſe verum, ſecundum glo. ibi: verùm, quando dominus ſciebat
quod agebatur, aliâs ſi ignoraret, potius intelligeretur errare quàm conſentire.
l. 2. ff. de iudic. ſubijciens debere integrè prædicta procedere, quantum ad ca-
ſum noſtrum, quando vaſallus vendit ius ſuum, quod habet in feudo, quod non
poteſt vendere ſine licentia domini, vt ibi: quo caſu præſentia & ſcientia benè
operantur conſenſum, vt dixit, & benè probatur in l. ſæpè. de re iudi. ſecus au-
tem ſi eſſemus in aliquo caſu, in quo quis poſſet vendere rem alterius in præ-
iudicium vendentis, quo caſu ſcientia & præſentia non induceret conſen-
ſum, cùm dominus ſemper ſciat ius ſuum vbique durare. l. Gaius. ff. de pigno.

acti.

acti. ſubijciens, hoc velle illam gloſſ. ibi: & poſſe aſsignari aliam rationem. Quia
in venditione feudi eſt neceſſe, vt interueniat titulus domini, & ideò accōmodan- 377.
do votum ſuum, intelligitur accommodare conſenſum, ſecus ſi non nominatur in
perficiendo actu, quia ibi non eſt titulus ſui nominis, quo caſu non videtur con-
ſentire, quia ſemper ius ſuum durat, nec requiritur ꝙ proteſtetur, cùm prouiden-
tia legis ſibi ſufficiat, quæ reſeruat ius ſuum, dicta l. Gaius. et facit ſecundū eum,
quod plenè notatur in §. fi. ſi de inueſtitura. & quod dixit in §. præterea. c. 1. quæ
fuerit prima cauſa benefic. amittend. quam doctrinam ibi etiam ſequitur domi-
nus Alexandrinus. Requiruntur ergo tria ſecundum eos, vt inducatur etiam
conſenſus domini, primum præſentia, ſecundum intelligentia, tertium titu-
lus ſui nominis in ipſo actu vel ſcriptura, quorum neutrum, vt oſtendi, hîc in-
teruenit, de quo ſaltem conſtet vel probatum ſit. Ergo non habet obſtare ob-
iectum.

Decimo quinto reſponderi poteſt, quia etiam quando dominus habuit 378.
certam ſcientiā, non tamen fuit præſens contractui, non habetur pro cōſentiente,
quia vaſallus debebat domino denunciare, & ab eo licentiam requirere, & ideò
cùm iſta denunciatio non ſolùm fiat ad finem certiorandi dominum, ſed etiam ab
eo licentiam impetrandi, ſola ſcientia & patientia non habetur pro conſenſu, iu-
xta notata per Bart. in l. denunciaſſe. §. 1. ff de adulter. & in terminis noſtris hoc
voluit Ioannes Reynaldi, in c. imperialem. §. habito. circa 13. col. de prohibit.
feud. alienan. per Federi. Sed hîc non fuit præſens dominus Marchio in ipſo
contractu venditionis. ergo non potuit nec poteſt dici tacitè conſenſiſſe. Quod
& maximè eſſet expeditum, ſi teneremus opinionem Bertrandi Caprioli, in c. 1.
de prohib. feud alie. per Lothar. volentis, quòd requiratur expreſſus conſenſus
per regulam. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & in l. filiusfamiliâs. §. inuitus. ff.
de procura. vbi traditur regula, quòd in præiudicialibus præſens & tacens non 379.
habeatur pro conſentiente, ſed potius pro contradicente, quam præfatus domi-
nus Ioannes Reynaldi dicit ſequendo eundem, tenendam eſſe tanquam verio-
rem. Et licet illa non ſit communis, vt patet ex dictis ſuprà, & quæ voluêre com-
muniter ſcribentes in dictis locis, & maximè dominus Alua. dicens communiter
doctores ita tenere. & in c. 1. §. præterea quib. mod. feud. amitt. & nouiſsimè
dominus Franciſcus Curtius in tractatu ſuo feudorum, in quart. parte, in ſecun-
da regula. q. 1. vbi illam communem comprobat etiam ratione, de qua ibi per
eum: tamen ſalua pace eorundem, & cuiuslibet alterius melius ſentientis, ego ar-
bitror ſuperiorem opinionem ſaltem in hac regione veriorem, & in practica at-
que iudicando etiam ſeruandam, triplici fundamento & ratione, primò, quia fun-
datur fortioribus iuribus & rationibus. quare erit præponenda communi opi- 380.
nioni: ſecundum Ioannem Andream & omnes in c. 1. de conſtitu. & bonus
textus, quem ad hoc allegauit dominus Abb. ibi: in c. Cappellanus in verbis
ſubtiliori ratione de ferijs. & in l. 2. ibi: non ex multitudine. C. de veteri iure enu-
clean. idem Abb. in c. ex literis. el. 1. in princ. de ſponſali. & in c. 1. in 1. col.
de ſumm. trinit. & fide cathol. lib. 6. & in c. 1. in 5. col. de poſtul. præla. in c. de
libell. 20. diſt. & in c. cùm ſint. de deci. & in c. vt debitus. 14. col. de appella. Io.
de Ana. in c. tua. in 5. col. de vſuris. & Io. de Imo. in l. cùm quidam. §. quòd dici-
tur. el. 2. de acquiren. hæredi. & Bal. & alij in c. ne itineris. de conſtitu. vbi etiam
moderni.

Secundò, quia innititur regulæ iuris communis, de qua proximè ſuprà. &
per Franciſ. de Curt. in conſil. 64. in 2. col. quòd non videatur quis in præiu-
dicialibus & vituperabilibus conſentire, quæ multum debet eſſe in conſideratio-
ne, vt dixit idem dominus Franciſ. de Curt. in conſil. 76. in 3. col. circa medium,
adeò quòd volens dicere, aliquem caſum excipi ab illa regula, tenetur illam exce-
ptionem probare per textum vel rationem in contrario concludentem, arg. l. ſuos

quoque. verſ. puto. ff. de hæred. inſtituen. c. venientibus. verſ. puto quoque. de
ſenten. excommuni. in 6. Bart. in l. 2. in 1. col. ad finem. ff. ſi quis in ius voca.
non ierit. & clarius in l. quotiens. ff. ſi quis cautioni. Bal. in c. 1. col. 3. extrà, de
aliena. iudi. muta. cauſ. fac. Panor. in rubr. extrà, vt lite non conteſt. Specul. in
tit. de off. iudi. §. 8. verſ. 5. Paul. de Caſt. in conſil. 122. incipiente: Dubia de
quibus quæritur. & ideò Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ſi tutor. C. de
381. ſeru. pig. dato. manumiſſ. dixit, regulis iuris obſeruandis tenaciter inhærere de-
beamus, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis: & propterea ſignanter
voluit Pet. de Ancho. in conſil. 128. incipiente: pro & contrà ſubtiliter, quòd
non ſit tutũ recedere à doctrinis ſeu regulis generalibus, niſi in caſibus exceptua-
tis à regula. Quam quidem regulam qui pro ſe habet, debet in dubio obtinere, ad-
ducendo notata per glo. in rubri. de reg. iur. in 6. quæ dixit, quòd tenaciter inhæ-
rere debeamus regulæ, & ſtare ſuper ea firmi, veluti Bononienſi Carotio, vt dicit
glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Qui ergò vult dicere, quòd dictæ regulæ
prædictæ generales, quæ de iure certiſsimæ ſunt, & ſuprà probatæ; non habe-
ant locum in feudo, debet illud præciſè probare, vt etiã copioſè tenet idem Fran-
ciſ. de Curt. conſil. 57. col. 7. in verſ. cùm igitur contrarium. & in conſil. 72.
col. 1. in princ.

Tertiò, quia illa opinio etiam conſuetudine eſt recepta vel approbata. Ha-
382. bent etenim omnes curiæ dominorum, vt expreſsè cõſentiantur. Quinimò quan-
do conſentiant, dent conſenſum illum in ſcriptis, & ſub eorum ſigillis, vt empto-
res ſint prouiſi, ac non incidant in pœnam. c. 1. §. quia. & quod §. callidis inſu-
per. de prohib. feud. aliena. aliâs enim ſemper dicerent vaſalli, poſt tempus illos
383. conſenſiſſe. Opinio autem, quæ conſuetudine vel vſu eſt recepta ac comproba-
tur, præualet in omni foro. Ita voluit Io. Andre. in c. conqueſtus. in 2. col. ibi:
hanc opinionem etiam conſuetudo minimè mutanda habet. l. minimè. ff. de legi.
& ſequuntur ibi alij. dominus Antho. de Butr. in fine 8. col. ibi dicit Io. And.
quòd hæc opinio eſt vera de iure, ſed conſuetudo derogat, & de facto non ſerua-
tur, poſtmodum ibi Io. Andre. dicit, quòd hæc opinio, quam nutrit conſuetudo,
minimè commutanda eſt. alleg. d. l. minimè. & dicit dominus Abb. in 8. col. vo-
lens opinionem, quæ iuuetur conſuetudine, ſecundum Io. An. præponderare.
& ſentiunt, ac ſequuntur moderni, & maximè Io. de Ana. in c. in ciuitate. in 8.
colu. in verſ. ſexto hoc probat vetuſtæ cõſuetudinis, &c. dicens in quæſtione ſua:
384. ex prędictis argumentis & opinionibus hinc inde vrgentibus, quòd in talibus
etiam dubijs ſequenda ſit ipſa conſuetudo, quæ ſit optima legum interpres. l. ſi
de interpretatione. ff. legi. c. cùm dicimus. extrà, de conſuetu. Dicit enim, lex po-
ſitiua modificat, & interpretatur legem diuinam, vt notatur in c. quæ in eccleſia-
rum, de conſtitu. Ita dicimus de conſuetudine & ſtatuto alicuius particularis lo-
585. ci, Nam & illa dicitur pars iuris ciuilis. l. omnes populi. & ibi omnes. ff. de
iuſti. & iure. §. ex non ſcripto. inſti. de iure na. gent. & ciuili, cum multis ſimili-
bus. & dixi atque comprobaui aliâs latius in alia quadam mea iuris informa-
tione vel conſulatione, quam neque aliter, neque ad plenum duxi repetendam
ibi, & per Abb. in d. c. cùm dilectus. & alibi videndum.

Decimo ſexto, reſpondetur ad obiectum, & radicitus euellendo: quia
dato etiam, quòd dominus ipſe feudi, ſeu Marchio conſenſerit tacitè in ipſum con-
tractum venditionis, ſeu illum actum alienationis per præſentiam & ſcientiam
ſuam, vel cõmemorationem literarũ, ſeu inſtrumentorũ venditionalium, quinimò
& quod eſt fortius in eis, etiamſi hoc expreſsè firmaſſet, & dixiſſet ſe conſentire,
tamen nõ officeret, neq; ſibi pręiudicare poſſet. ex quo adeſt clauſula, ſaluis rema-
nentibus iuribus domini, & cuiuſcunq; alterius, & quidem eiſdem literis inſerta.
386. Talis enim proteſtatio vel reſeruatio conſeruat ius partis, vt videtur ex notatis
per gloſ. et doctores. in l. eleganter. in principio. ff. de pig. acti. in verſ. finita, ꝓpe
finem.

finem. & l. libera. C. de ſenten. ibi in verb. præmiſſa denunciaſſe, in l. ſi quis
aliam. ff. de ſolutio. in glo. 1. ibi hic eo modo accipit, vt non diſcederet à prima
obligatione &c. & quod notat Bart. in l. ſi. ante fin. ff. de eo, quod certo loco. eſt
textus optimus in l. 4. §. ſi in venditione. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. ſoluit.
ibi: niſi ſalua cauſa pignoris ſui conſentiret. & in l. 3. §. penult. ff. de liber. exhi-
ben. & perpulchrè per Paul. de Caſt. in conſil. 304. incipien: In caſu qui vertitur
coram. in verſ. 7. videndum eſt. Sed in literis feudalibus & reuerſalibus hæc ver-
ba expreſsè, vel ſimilia: **vnnd in diſer leyhung hat ſein gnad außgenommen ſein
recht / ſeiner Man / vnd eins jeglichen recht vngefärlich** rc. Per quæ arbitror
eſſe ſatisfactum huic quartæ obiectioni. Et pro complemento poteſt etiam adduci
Specul. in tit. de arbi. §. fi. verſic. ſed pone, quòd dum recipit, vbi etiam non
cenſetur remittere pœnam, facta proteſtatione, ſaluo iure ſuo. & ſic etiam optimè
quadrat ad propoſitum noſtrum, vt dñs reſeruauerit nedum ius ſuum, ſed etiam
pœnam amiſsionis feudi, per huiuſmodi clauſulam. prædicta etiam comproban-
tur, authoritate Oldra. vt refert et ſequitur ipſe Paul. de Caſt. in conſil. 163. inci-
piente: Circa id quod primò, in 4. col. in verſic. circa tertium principale allegan-
do prædicta iura. & præterea l. penul. ff. de aqua quotid. & æſtiu. ibi: ſine præ-
iudicio amittendæ ſeruitutis, & de teſtamen. tute. l. idem fiet. ibi: ſine vllo litis
præiudicio. Quas leges ſecundum eum conſueuit allegare dominus Oldra. quòd
proteſtatio conſeruat ius, ſuper quo cõſeruando fit ſic. C. de agric. & cenſi. lib. 10. 387.
l. litibus. §. huiuſmodi. & l. 1. C. de his, qui ſpontè mune. ſuſti. lib. 10. et licet
ipſe non dicat, neque locum Oldradi exprimat, eſt tamen in rerum natura, in con-
ſil. eius 6. incipien: Quæſtio eſt talis in fi. vbi allegat prædicta iura ad compro-
bationem regulæ, vel doctrinæ ſuprà formatæ. Quinimò quælibet inueſtitura no-
uiter facta, habet in ſe etiam tacitam conditionem à iure ſubintellectam, ſed ſine 388.
præiudicio aliorum quorumcunque, vt probatur per gloſ. in ſimili. in l. 1. §. bo-
norum. ff. de bonor. poſſeſſ. in l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publ. & in §. ſi
quis à principe: quantò magis, quando de his fit expreſſa proteſtatio?

Ad quintum obiectum.

AD quintum obiectum poteſt reſponderi, & quidem 5. modis. Primò, quòd
C. illuſtriſsimus Marchio, tunc Marchionatum adminiſtrans & regens,
fortè non fuit præſens in iudicio, etiam ignorauit cauſam, ſe & ius ſuum tangere;
quare ſibi nõ nocebit ſententia illa. Quoniam iuris eſt certiſsima regula: quòd ſen- 389.
tentia de recenti lata inter aliquas perſonas nõ prodeſt, neq; nocet tertio, qui non
fuit, vt pars in eodem iudicio, & ignorauit cauſam agitari. dicta l. ſæpè. ff. de re iu-
dica. c. penul. extrà, eodem tit. C. res inter alios act. Quare non habet obſtare ali-
quo modo obiectum, per eadem met iura.

Verùm quia acta & ſententia videntur ſe referre ad perſonam ipſius Mar-
chionis, ideò tranſeundum eſt ad aliam reſponſionẽ, & quidem iſtam ſecundam,
ꝙ per illa verba & actum non inducatur aliquis tacitus conſenſus per iura & ra-
tiones in reſolutione quarti obiecti deductas, quas nõ curaui tanquam ſuperflua
iterum referre vel traducere ibi videnda.

Tertiò dato, quòd per illam ſententiam & acta conſenſerit dominus in cõ-
uentionem ipſorum de familia de V. & confirmauerit etiam eam, vt non poſsint
vendere extra familiam, niſi prius obtulerint alicui de familia, & quando nullus
inuenitur, non debeant alteri niſi cum pacto de retrouendendo id facere, per hoc
non tollitur, quin volens alienare, etiam tali modo debeat requirere conſenſum
domini, Sunt enim hæc omnino ſeparata, in quibus non procedit argumentum, nec
eſt de vno ad aliud bona argumentatio. l. ſi. ff. de calum. l. Papinianus. exuli. in

390. princi. & ibi Bart. in 2. notabili de minori. cùm et eorum diuerſa ſit ratio. d. l. ſi. &
ibi Bart. ſicuti nec ad diſsimilia. l. naturaliter. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & prætereà
dictis iuribus.

Quartò, eſto, ſalua veritate, etiam, quòd in illa cauſa dominus feudi con-
ſenſerit inter eaſdem partes, vel videatur tacitè in alienationem, iuxta formam cō-
uentionis familiæ de V. factam, conſenſiſſe, pro nominatis perſonis in actis tunc
391. & pro illa vice conſenſit, non autem in alias: certè per hoc non videtur, neq; cen-
ſetur conſenſiſſe, vt poſsit fieri venditio vel alienatio in alium vel alios, vt voluit
gloſ. tertia. & ibi dominus Alua. in 3. col. de prohib. feud. alienan. per l. ſi rem. §.
illud. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. quia fines mandati cuſtodiendi ſunt, item
quia poteſt intereſſe domini, ne vendatur alteri, quàm dicto, vel nominato fortè
amico. arg. l. fi. §. 1. C. de iue emphi. l. ſterilis. §. ſi tibi. ff. de acti. empti. Item quia
cùm eſt conceſſum, vt vendatur vni, videtur prohibitū alteri. l. cùm prætor. ff. de
iudi. l. ſi quis teſtamento, de lega. ſecund. And. de conſeruis. in præallegato loco.

Quintò, et nunc pono gladium ad radicem obiectionis: quia dato, quòd
hæc omnia non eſſent, & q; ipſe Marchio vnà cum paribus ſuis tulerit ſententiā:
392. tamen propter hoc in nihil conſenſit: neq; ferendo ſententiam inter partes in ali-
quo ſibi vel poſteris ſuis præiudicauit. Caſus eſt in c. ſuborta, ſecundum vnum
intellectum. extrà, de re iudica. & ibi Hoſtieñ. dum dicit, Papam ibi ignoraſſe ius,
quod habebat in monaſterio, aliâs ſibi præiudicaſſet. ff. eod. l. ſæpè. ſecundum In-
no. vel ſecundum Hoſtieñ. ratione publici & neceſſarij officij excuſetur. Nam de
393. qua re Iudex cognouit, de ea pronunciare debet, c. cùm ſuper. de cauſa poſſeſſ. &
propriet. ſicut & tutor pro pupillo agens, vel authoritatem præbens. l. cùm
quidem ad finem. ff. de adminiſtra. tuto. l. videlicet. ff. ex quibus cauſ. maio. li-
cet ſecus ſit in officio voluntario, ſicut officium Aduocationis & Procurationis.
l. aduerſus. §. fin. ff. de inoff. teſta. & l. ſi. ff. de rei vendica. Item l. inter officium.
ff. quemad. teſta. aperi. l. ſi quis ex ſignatoribus. C. de inoff. teſtam. l. parenti-
bus. c. ex literis. extrà, de tranſact. licet tutius eſſet, vt ius ſuum excipiat Iudex,
non tamen eſt neceſſarium.

Quod dictum Hoſtieñ. etiam refert & ſequitur in d. c. ſuborta. Io. Andre.
in verſ. & dicit Inno. Papam. dominus Antho. de But. in 1. oppoſitione. in verſ.
394. vel ſecundum Hoſtienſ. & Cardinalem Zabarell. ſuper glo. fina. addens, quòd
officium iudicandi ſit neceſſarium. l. munerum. §. iudicandi. ff. de muneri. & ho-
nori, & quod notatur in c. inter, de fide inſtrum, ex hoc notans, quòd ſcientia quā
habet Iudex, non faciat eum haberi pro ſciente, quantum ad effectum, de quo in
præallegatis iuribus. & in l. ſæpè. ff. de re iudica. & quia, vt inquit Bald. Papa pro-
nunciat ibi in cauſa ſua, non tanquam ſua, ſed tanquam partium. & Ioan. de Imo.
in verſ. notatur argumentum pro & contrà. dominus Abb. in 2. col. verſ. extra
gloſ. opponitur. & poſt omnes moderniores, maximè dominus Felinus in vltima
col. verſ. alia limitatio eſt, vt non habeat locum d. l. ſæpè: quando ſententia fertur
ab eo, prætendit ius aliquod in materia, de qua partes litigant, Quia ſecundum
eos licet ipſe Iudex ſciat materiam ad ſe ſpectare, tamen iudicando de iuribus par-
tium, nihil ſibi præiudicat. Quia ex quo habet officium publicum & neceſſarium,
395. non imputatur ei, cùm teneatur iudicare ſuper eo, quod cognouit. l. de qua re. ff. de
iudic. ſimilibus. Et ſic ſtat communis opinio, non habens contradicentem, mar-
morea: & per conſequens realiter ſublatum hoc obiectum quintum.

Ad ſextum obiectum.

AD illud etiam reſpondetur: et inprimis quatenus tangit familiam vel agna-
tionem

tionem illorum de A. res eſt expedita: quum finita ſit eorum generatio vel fa-
milia propter non exiſtentiam alicuius de ea: quia conceſsio huiuſmodi in maſcu-
linum feudum cenſetur facta ad tempus incertum, ideò lapſo tempore, ſtatim &
ipſo iure finitur. l. ſtatu liberum. §. Stichum. de lega. 3. l. pater filium. §. fundum.
ff. de legat. 2. & ita determinat Paul. de Caſt. in conſil. 133. incipiẽte: in cauſa præ-
ſenti, dicens, quod ꝓpter finitas perſonas, ſeu deficientiã hæredũ, quia conceſsio pdi-
cta durat, quouſque durant hæredes proprij corporis, Ipſis ergo deficientibus, fini-
tur conceſsio ipſo iure, quia conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum, 396.
dicto §. Stichum. & §. fundum. & l. Imperator. ff. de poſtulan. inferens ad caſum.
Vnde potuit Dominus Marchio illud feudum ad ſe reuerſum, vel ipſe retinere,
vel alteri concedere, nam ad ſorores non ſpectat, vt dixi ſæpè ſuperius: & tenuit e-
tiam referendo, quæ dicta ſunt, & Paulum, vt ſuprà, allegando dominus Franci-
ſcus Curtius in ſuo tractatu feudorum, in 4. parte, in 1. dubitatione, circa finem.
Quare hoc reſpectu actricum obiectio procedere nõ poteſt, quia nullus maſculus
de ea familia, & ſic agnatus cùm non ſit de familia A. non procedunt iura allega-
ta in obiectione earum.

Secundò, reſpondetur intelligẽdo obiectum in agnatione alienantis: & ſic
agnatis Bernhardi, qui feudum alienauit, exiſtẽtibus ſcilicet de familia de V. quo-
niam adhuc non habet obſtare, cùm illi non veniant, nec ſint comprehenſi in com
promiſſo ipſo, quod eſt ſtricti iuris, vt dixi, & latè ſuprà comprobaui, quæ omnia
modò aliter non repeto breuitatis cauſa, & tanquam amplius non neceſſaria omi-
ſi ibi videnda. Quare in hoc iudicio nihil petere, neque deducere poſſunt per iura
vulgaria ibidem allegata: & maximè tempore litis pendentiæ in iudicio Cameræ 397.
allegatæ, quo nihil innouari debet iuribus vulgaribus: & toto titulo, extrà, vt lite
pendente. & l. cum aliquis. C. de iure deliberan. & ibi Bart, & alij, & in Specu. vt
lite pendente.

Tertiò reſponderi poteſt, quòd licet illud, de quo in obiecto fortè ſit cõmu-
nior opinio in feudo antiquo: tamen Petrus de Cernat. contrarium dixit, hoc caſu
alienationis, per Aluaro. in §. ſi. quibus mod. feud. amit. relatus in 16. cõcluſione,
indiſtinctè volens, quòd feudum ad dominum reuertatur, per tex. in d. c. imperia-
lem. §. callidis. cum concordan. in fundamento allegatis, cuius opinionem videtur
ſequi Bal. in c. 1. §. ſi. quæ fuerit prima cauſa beneſ. amitt. & plerique alij, maximè in
ſuis conſ. ſed communis opinio eſt in contrario caſu, nimirum ſi quæſtio eſſet inter
Marchionem, & familiam de V. quare vlterius non inſiſto.

Quartò, eſto etiam, quòd cum his de familia V. habenda res vel quæſtio eſ-
ſet in hoc iudicio, tamen quia tanto tempore tacuiſſent, vlterius non eſſent audien-
di, tanquam præſcriptione ſubmoti, maximè caſus eſt in c. 1. §. ſi quis per 30. in ti-
tulo, ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agna. & per id quod habetur in c. 1.
de feudo in vicem leg. commiſſor. Quæ quidem præſcriptio etiam habet locum in 398.
feudo ſaltem, quando vna familia præſcribit contra aliam, & dominus contra non
petentes inueſtiturã, vti latius dixi & cõprobaui in 94. fundamẽto, ad quod me re-
mitto, licet tunc contra dominum fortè vel in eius præiudicium non poſſet habere
locum præſcriptio. Ita concludit Andre. de Iſernia in præallegato c. Imperialem.
in verſ. nullius temporis præſcriptione. Et ita ſequuntur communiter doct. vt re-
fert & ſequitur Barto. Socynus, vel eius genitor Marianus conſil. 86. incipien:
Conſilijs noſtris. in prima parte, in tertia columna.

Quintò & vltimò, iterum ponendo falcem ad radicem, poſito, & non con-
ceſſo, quòd hi de familia V. adhuc hodiè aliquid iuris haberent etiam reuocandi,
cum vel ſine pecunia, ab ipſis agnatis de A. ſi qui eſſent, vel etiam à domino feu-
di, quid hoc ad rombũ, quidúe ad ſorores ipſas, quæ non poſſunt opponere de iure

399. tertij:& multò minus agendo ſe in eo fundare.l.his conſequenter.ff.famil.hercisc. glo.in l.2.ff.ſi ager.vecti.vel emphi.pet.& quod voluit Bald. in l.ſolennibus. C. de rei vendi.& facit quod voluit dominus Abb.in c.conquerente.de cleri.nõ reſiden.& Archi.in c.1.de reſcriptis.li. 6. faciunt etiam notata per Bart. in l.2.ff. de excepti.rei iudica.Cy.& Bald.in l. cum ſeruum.C.de ſeruis fugi.Bald.in l. ſi quis cõduct.C.loca.& in l.1.C.ſi qs aliq.teſtar. prohib.in l.ſi vnus.§. pactus.ff.de pactis.in l.3.C. de noua.& c. capitulũ ſanctæ crucis. de reſcriptis.& q̃d voluit gloſ. Bal.& Ang.in l.fructus.ff.de rei vendi.in l.indebiti.§. nummi. ff. de condi. indebi.ſcribentes in c.mandatum.de reſcriptis. & in c. ad audientiam. de præſcrip. fa-
400. cit l.penul.ff.de peti.hered.Quinimò etiam excipiens de iure tertij non admitteretur ad probandum.Bal.in l.peremptorias.in 7. colum.C.ſenten.reſcindi nõ poſſ. in l.ſi cui.in fine.C.de non numer.pecun.Bart.& Florianus in l. loci.§. competit. ff. ſi ſerui vendi. & alij in alijs locis. Vnde non obſtante obiecto, Marchio abſoluendus.

Ad ſeptimam obiectionem.

POteſt ad primam partem eius reſponderi,in quantum loquitur de pacto de retrouendendo,quòd illud non releuet,neq; hoc quod ſperatur,operatur,vt latius dixi & comprobaui in 76. fundamento domini Marchionis. & vltra ibi dicta adduco textum clarum in c.1.quid iuris ſit,ſi vaſal. poſt alien. fact. feud. recuper. vbi dicit textus, quòd ſi illicitè vaſallus vendiderit,& poſtea recuperauit feudum, tamen penes eum non remanebit feudum,vtputa domino,ad quemcunque peruenerit,apertum,per quem communiter ſcribentes firmant hanc cõcluſionem, quòd non obſtante tali recuperatione feudum domino applicetur, quæ tamen conclu-
401. ſio ſit ſanè intelligenda,& inprimis limitanda, vt non procedat, quando vaſallus vendens recuperaſſet rem venditam, antequam tradidiſſet poſſeſſionem ipſius feudi venditi,quia tunc excuſaret à pœna caducitatis.Ita Alua.in d.c.1.col.2. motus,quia ille textus ſecundum communiter doctores intelligatur de alienatione perfecta per traditionem,quia res videtur quodammodo integra ante traditionẽ. l.traditionibus.ff.de pactis.& quia alienatio eſt actus,per quem dominium transfertur.l. 1.de fund.dotali,quod fit mediãte traditione. l. traditionib. C. de pactis. not.gloſ.in verſ.excogitate.in c.1.in fine, de prohib.feud.aliena. per Loth. refert & ſequitur dominus Franciſcinus Curtius in d. tractatu feudi,quarta parte.q.de-
402. cimatertia. Si ergò, quando vaſallus vendit & tradit etiam rationaliter & actualiter,recuperatio non habet locum, neque liberat quem à pœna caducitatis, quantò minus pactum de retrouendendo factum,cuius executio in 80. vel pluribus annis non eſt facta,& maximè quando ad tempus incertum factum eſt: benè facit quod dixit Bal.in conſi.9.2.& 3.colum.1.vol.dum vult,quòd dominus nõ debeat fraudari huiuſmodi fictis tergiuerſationibus.vt in dicto §.callidis. Nec illa proteſtatio
403. iuuet,imò durius delinquit,qui in fraudem legis, q̃ qui expreſsè facit contra verba legis.l.ſi libertus minorem.ff.de iure patrona.imò ſecundum eum demum in 3.colum.conficta æquitas duplex eſt iniquitas.

Secunda reſponſio.

AD ſecundam partem de venditione fructuum vel commoditatis mentionem facientem,patet clara & manifeſta reſpõſio ex his, quæ dicta & allegata ſunt in 79.fundamento pro parte Marchionis facto,quòd vaſallus etiam ad longiſsimũ ſaltem tempus,vel perpetuò vendere illam commoditatem non poteſt,iuribus,rationibus,& authoritatibus copioſè ibi allegatis,quæ non repetenda duxi. & vltra illa in emphiteoſi , quòd vaſallus eandem conſtituere non poſsit,ſecutus eſt etiam dominus Franciſcinus in prææallegato ſuo tractatu feudorũ,in 4.parte,in 2.q.principali,

cipali,vbi dixit illam eſſe communem ſententiam, probat illam copioſè arguendo,
ad contractum emphiteoticum,quia nihil aliud ſit, quàm ſub viliſsima denariorũ
penſione perpetuò vtendum concedere,vt dicit textus expreſſius in c.1. §. donare.
qualiter olim feud.pote.alie.qui idem in 3.q.loquitur in locatione, quòd nec illa
ad non modicum tempus vendicet ſibi locum, quia talis locatio æquipolleat alie- 404.
nationi,cùm ex ea transferatur dominium.d.l.1.§ fi.ff. ſi agerc. vecti. vel emphi.
cum concordantibus & authoritatibus cumulatiſsimè ibidem allegatis: quamuis
de ea ad propoſitum noſtrum parum curemus.Non enim locatio, ſed venditio in-
teruenit, iuxta latius deducta in octuageſimo fundamento.Quòd aũt vſusfructus
& vſus etiam non poſsit conſtitui,comprobaui in dicto 79. fundamento. & vltra
ibi adducta videndus eſt Franciſcus Curtius in præfato loco. 15. q. multa alle-
gans,maximè quia vſusfructus eſt pars dominij.l.4.ff.de vſufructu. ergò ſicut va- 405
ſallus non poteſt alienare dominium ſuum vtile ſine conſenſu domini:ita etiam nõ
poterit alienare vſumfructum partem dominij,multò minus vendere commodita-
tem perpetuò,vt ſonant verba contractus venditionis.& ſic non obſtat obiectum,
maxime cùm non cõmoditas, ſed res ipſæ ſint & præſumantur venditæ, per ea
quæ habentur in 82.fundamento,& pleriſq; alijs ibidem ſequentibus. Ex quibus
tot ferè reſponſiones,quot fundamenta ad id quadrantia, & colligi. & haberi poſ-
ſunt ibi videnda,hîc breuitatis cauſa omiſſa.

Ad octauam obiectionem.

AD iſtud obiectum ſatis patet reſponſio ex his, quæ dicta & reſponſa ſunt ad
ſextum obiectum inprimis & ante omnia, faciendo differentiam inter vnam
& alteram familiam,quoniam illa de A.facilimè erit remouenda, quia defecit ge-
neratio,vt in prima reſponſione,altera verò de V. facilius, quia in compromiſſo
& iudicio non ſunt comprehenſæ perſonæ eiuſdem,nec aliquid petere, vel petiere
etiam in hoc iudicio poſſunt.obſtaret etiam eis præſcriptio, vel temporis curſus,
item litis pendentia,& quòd ius tertij allegari atque deduci non poteſt potiusq; ſi
modò pactum eſſet validum, de retrouendendo aſtringeretur quiſpiam domino
feudi,precium exoluere,quàm ipſis ſororibus,vel etiam eorum liberis, qui omni-
no fuere excluſi dupliciter: primò per Philippum vltimum poſſeſſorem,tanquàm
maſculum,demum, per deficientiam generationis,vt latius illa habentur & decla-
rantur in ſecunda, tertia, quarta & quinta reſponſionibus, & in quibuſdam alijs
fundamentis ibi deſignatis.Et vltra ibi dicta poſſumus dicere, quòd per conuen-
tionem familiæ,& appoſitionem pacti de retrouendendo in caſu, quo nullus de fa
milia voluerit emere,conſenſerint.& ſic quatenus illos de familia V.tetigit,valuit
alienatio,per c.1.de aliena.feudi paterni.vbi etiã gloſ.& omnes feudiſtæ.& Paul.
de Caſtro in ſæpè ſuprà allegato conſilio, incipiente: quæſtio iſta vertitur. Vn-
de ſtatim ceciderunt à iure ſuo,quod habebant,vel habere poterant. per l.ſicut.§.ſi
voluntate. ff. quibus mod. pignus vel hypothe. ſoluit.l. mater. verſ. ſi autem.
in verſ. proprietatem amiſiſti. C. de rei vendi. Bald. in l. ſi pater. 10. oppoſi-
tione. C. de inſtitu. & ſubſtitu. quod etiam eſt verum, quando doloſè tacue- 406
runt. Bal. in l. quotiens. la. 1. in 1. colum. verſ. quæro nunquid. C. de fidei com-
miſſ. & Fulg. conſil. 72. in ſine. quia conſenſus nedum verbis, ſed etiã facto præ-
ſtatur. l. Paulus non tantùm verbis. ff. rem ratam hab. & notat Bald. in l. ij.
§. fi. ff. ſolut. matri. & in l. potuit. C. de iure delibe. Facit quod notat Bart.
in l. pater. §. cum libertis. ff. de lega. 2. Vnde cùm conſenſerint tali aliena-
tioni, illam ſeruare tenentur. Licet enim contractus à principio ſint volunta- 407.
rij, ex poſt facto fiunt neceſſarij. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda. Fa-
cit quod notabiliter dixit Bald. maximè in ratione decidendi. in l. 1. C. de iu-
re fiſci libr. 10. & inſignis præceptor meus in conſil. 25. incipiente: Viſa
narratione puncti. Vnde etiamſi non adeſſet expreſſus conſenſus, tamen
extam

ex tam longa poſſeſsione,ſcientia,& patientia prǽſumetur.c.Titius.ſi de feudo fuerit controuer. in fi. vbi textus in materia feudorũ & quod Paulus in præmemorato conſilio voluit,maximè 30.annorum duplicatorum,& vltra.

Ad nonam obiectionem.

AD iſtam obiectionem nonã paucis poteſt reſponderi.Et quidem veridicè fa-
tendo,quòd quando vaſallus alteri infeudat rem feudalem,vt poteſt transfe-
408. rat quoddam vtile dominium in ipſum,ſub vel ſecundarium vaſallum remanenti-
bus quibuſdam adminiculis vel reliquijs penes primum vaſallum, imò etiã quod-
dam vtile dominium, ſecundum Io. Andre. in additionibus Specul. in titulo de
feudis.§.primo.verſ.38.allegat Hoſtienſ.&.Goffre:in ſummis,ita tenentes. Et ita
etiam voluit dominus Antho.de Butri.in c. cæterum, in vlti.columna de iudi.Ita
etiam tenuit Bald.in §.1.§.inſuper.de prohib.feud.aliena.per Fride.& Bald.poſt
Guilhel.de Cumo.in l.ſi promittente.C.ad Macedo. verum eſt, quòd Bald. mul-
tum ſingulariter in d.c.cæterum dicit,quòd tunc non deſinat eſſe vaſallus domini,
nec cedat feudum alteri,ſed concedat;& ſic reperitur vtile dominium ſuperius, &
vtile dominium ſub iſto, vt in ſimili notatur gloſ. ſubtilis. in l. ex aſſe.ff. de Tre-
bell.& patet in c.imperialem, in §. illud quoque: benè etiam faciunt, quæ ponit
Bald.in l.ij.C.vnde cogna.Pro quo facit,quia vaſallus vaſalli mei non dicitur va-
ſallus meus,vt dicit Specul.in tit.de feud.ij.verſ.14.& notatur gloſ. in. c. legitur.
81.diſtinct.& quod notat Bald.in c.1.§.rurſus.de controuerſ.inueſti.& in c.cum
dilecti.de dolo & contuma.Et ſi eſſemus in illis terminis, res eſſet expedita, quo-
niam tranſiuiſſet vtile dominium & remanſiſſent quædam reliquiæ, vel ſuperius
409. vtile dominium penes illos de V.per ea quæ dicta ſunt.Præterea verò quando va-
ſallus rem feudalem dat alteri in feudum ad hoc,vt ſine conſenſu domini directi va-
leat,debet hoc ſine fraude ex mera liberalitate nullo precio recepto facere. c. 1. §.
callidis.de prohib.feud.alienan. per Frede. & notatur gloſ. elegans communiter
approbata in c.1.§.prǽtereà.de capitul.Conradi.& tenuit inſignis præceptor me-
us dominus Bart.Socy.in conſilio ſuo 66.in 2.col. in verſ. item quando vaſallus.
in 3.vol.nouiter impreſſo:& alij alibi.Sed hic non eſt ita conuentum,& interuenit
precium,& quidem octo millium florenorum, quare nulla inſeudatio vel quid ſi-
mile etiam eſſe poteſt.Sed eſt vera venditio, per quam non obſtante pacto de re-
trouendendo,dominiũ ipſum vtile ſaltẽ mediante traditione,pleno iure fuit tranſ-
latum in emptorem,per ea quæ deducta ſunt copioſè ſuprà.Et ſic nedum vtile do-
minium, qualecunq; in propoſito ſit, remanſit penes familiam de V. ſed nec ali-
quod aliud ius reale,quodcunq; tale ſit,vt patet in dictis locis. Verùm tantùm re-
manſit quoddã ius vel potius actio perſonalis ad retrouendendũ, vel ad intereſſe
contra hæredes Iohannis Conradi & Philippi de A.vel alios,de quibus ibi.& ſic
illud obiectum nil facit,neq; obſtare habet aliquo modo,vel via.

Ad decimum obiectum.

AD iſtud obiectum facilis eſt reſponſio.Et inprimis quòd dominus feudi non mutauit formam antiquitus conſtitutam,ſed ipſimet de familia V. qui dedere cauſam,vel conſenſerunt,vt talis inueſtituræ forma daretur, & per conuentionem familiæ à principio,& demùm per ſubſecutam venditionem & traditionem. Quare non habet obſtare, vt clarè patet ex literis conuentionis, & venditionis. Quinimò ſi rectè inſpiciantur verba vtriuſq; familiæ & inueſtituræ, inuenietur eadem forma, licet in diuerſis familijs earum conſenſu & temporis diuturnitate ac præſcriptione roboraia. Inſuper etiam caducitas ipſius feudi operatur, vt ex præcedentibus patet,vt dominus feudi poſsit illud feudum caducum vel met retinere, vel de nouo alteri concedere.& quidem ſub eadem vel alia forma. Eſt etenim do-

dominus

minus feudi arbiter & moderator rerum ſuarum. l. in re mandata. C. manda.
cum concordan. procederetq́ꝫ obiectum, quando feudum eſſet antiquum, non ca-
ducum, & abſq́ꝫ voluntate agnatorum alienatum, in quo dominus vellet nouam
formam edere, & familiam vel agnatos prægrauare, quod eſſe non debet. Et
ita procedit obiectum. In caſu autem noſtro minimè: vt cuilibet intelligenti fa-
cilè occurrit.

Ad vndecimam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt multipliciter reſponderi. Et quidē primò: q cum
contractus ipſe emptionis & venditionis, vel alterius alienationis, cuiuſ-
cunq́ꝫ tituli, non valuerit, ſed ipſo iure ſit nullus, tanquam contra ius propter defe-
ctum conſenſus domini celebratus, per c. 1. §. 1. de prohibita feud. aliena. per Fri-
deri. cum concordan. ſuperius allegatis. corruat etiam pactum ipſum de retrouen-
dendo in continenti appoſitum tanquam acceſſorium. Reſciſſo enim principali, 410.
reſcindetur ipſum acceſſorium, licet non econtrà. l. ſi cum exceptione. §. Labeo ait.
& ibi Bart. ff. quod met. cauſa. l. 1. & ibi Bal. C. de codicill. l. eos. in princ. & ibi
Bal. C. de vſur. l. ex parte. §. fi. & ibi Bart. ff. famil. herciſ. Specula. in tit. de com-
petent. iudic. adi. in princ. verſ. ſed quid in delegato, acceſſorium etiam extingui-
tur, extincto principali ſaltem iure cōmuni, ſecūdum Alex. in l. fi. §. fi. ff. de condi.
indeb. vnde conſueuit dici, quòd acceſſorium non tenet, quando principale non
tenet. & eſt regula iuris, in l. cum principale. ff. de reg. iur. & Specula. de arbitris.
§. ſequitur. verſ. nunquid proceſſus: & de empti. & vendi. §. 3. verſic. ſic in caſu
eſt, & in tit. de teſte. §. qualiter. verſ. ſed cum ſuper. & Specul. de 1. & 2. decreto. §.
reſtat videre. verſ. quid ſi in reali dixit, quod iuris ſtatuatur in principali, idem
iuris eſſe in acceſſorio. Vnde videmus etiam, quòd quando pactum nudum appo-
nitur, iuxta contractum conditionalem, non impleta conditione non poteſt infor- 411.
mare quod nullum eſt, nec etiam veſtitur, ſecundum Barth. in l. petens. C. de pa-
cti. & in l. lecta. ff. ſi cert. peta. moderniores in l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de
pactis. in 8. fallentia. facit l. non dubium. C. de legi. cum materia, Et non mirum
in propoſito, cum colorem & veſtimentum recipiat ab ipſo contractu principali.
& ſicut quodammodo contractus in ſe eſt nullus, ita & pactum acceſſorium. Et
ideò quando principalis contractus non tenet, non tenent etiā clauſulę conſtituti, 412.
& precarij in eo appoſitæ. Ita dixit Bald. in c. 1. §. 1. de feud. dato. in 6. legis com-
miſſo. Idem voluit Bald. in l. ex Teſtamento. C. de fidei commiſſ. & Albe. dicens
ita determinatum eſſe in l. pupillus. ff. de acquir. rer. domi. & idem Bald. in c. Cu-
mana. de elect. & Paul. de Caſtro in conſil. 63. in 6. col. & Franc. de Curt. in conſil.
8. 3. col. in fi. & in conſil. 70. 5. col. vbi etiam allegat Alex de Imo.

Secundò reſponderi poteſt, quòd illud pactum etiam validum ſi eſſet, tamē
non duraret, neq́ꝫ ſe extenderet ad hæredes fœminas, quæ in rebus feudalibus ſuc-
cedere non poſſunt. & ſic verbum hęredibus de maſculis tantùm, & ſecundum 413.
ſubiectam materiam eſt intelligendum. ita eſt textus in c. 1. §. 1. & ibi gloſ. & do-
ctores, de his, qui feud. dare poſſ. & in c. 1. §. etſi clientulus. ff. alie. feudi. & in c.
1. §. ſimiliter de leg. corra. In quibus locis etiam hoc aſſerunt Ia. de Alua. & alij mo
derniores. & firmat Bald. in l. fi. C. de ſuis & legiti. & ipſe & alij in locis copioſe al-
legatis, in 104. fundamento pro hac parte, & quibuſdam alijs factis inferius deſi-
gnandis. Cùm ergo maſculinum genus defecerit in familia de A. & in conſequen-
tiam feudum ſit apertum domino, reuerſumq́ꝫ ad eum, non poteſt amplius fieri re-
demptio, vel etiam oblatio precij ſororibus de A. in terminis noſtris non legitimis
hęredibus, ſed vel omittenda vel rejcienda, vel ſi eſt fienda, ad dominum feudi re-
currendum, & illi danda pecunia, ſeu preciū ipſum. Verùm quia de eo ſub iudice

adhuc

adhuc lis eſt, & pendet cauſa coram vel in iudicio Cameræ, vt conſtat ex actis.
Ideò de eo vlterius non erit hîc diſputandum, neq; huc trahendum.

Tertiò, poteſt reſponderi ad illud obiectum, & quidem realiter, ac quaſi
vnico verbo dicendo, ipſum non quadrare in propoſito. Nam eſto etiam, quòd
duæ actiones iſtæ fuerint ortæ, quia tamen perſonales, vti in obiecto dicitur, &
inibi allegatis iuribus clarè habetur, certè cùm non ſequãtur rem, nec dari vel cō-
414. petere poſſunt contra dominum Marchionem poſſeſſorem, & conuentum, ſingu-
laremq; ſucceſſorem. l. quædam. §. is autem. ff. de eden. & l. fi. §. fi. ff. de contra-
hen. empti. cum ſimilibus multis, maximè cùm preciũ non fuerit illi oblatum, neq;
ſolutum. Quare nedum realis non eſt orta, ſed neque etiam illæ perſonales actio-
nes de quibus in dictis iuribus, expreſsè volentibus ipſas ſolutione precij oriri. &
per conſequens eo non interueniente non ortæ ſunt, per iura & rationes vulgares
partim ſuperius & etiam inferius allegandas: ſed erit agendum contra ſorores, ea-
rundemq; ſorores vniuerſales ad damna & intereſſe, vt probant illamet iura re-
torquenda eadem contra ipſas actrices, colligendo ex eis ibidem probari, & eſſe
caſum pro Marchione noſtro, vt contra eum actiones huiuſmodi perſonales non
competant, neq; intentari valeant ſecundum omnes.

Quartò, poſſumus reſpondere, & quidem non minus verè quàm legitimè
& eleganter. Nam eſto etiã quòd nedũ ortæ ſint perſonales prædictæ duæ actio-
nes, ſed vltra illas etiam quædam realis, puta, vtilis rei vendicatio directa etenim
vaſallo nō competit, ſed domino feudi. Habet enim dominus directũ dominium,
vaſallus verò vtile, vt in c. 1. de controuerſ. inter vaſall. & alium. & not. in rubri.
ff. de rei vendi. & in alijs locis ſuprà allegatis: & quòd illæ dirigi poſsint contra
dominum feudi, cuius tamen oppoſitum dixi, & clarè modò oſtendi: tamen adhuc
illud non releuaret, neque prodeſſet ipſis actricibus, earundemq; hæredibus, cum
etiam retenta opinione Pauli de Caſtro in l. ſi cùm venderet. ff. de pigno. actio.
& Cuman. in l. 1. in fi. ff. de dona. Illa vtilis rei vendicatio non orietur ipſis
primis emptoribus, ſed primis venditoribus, poſtmodum redimentibus, ſeu
reementibus & ſoluentibus pretium, vti ipſimet illam opinionem tenentes,
atteſtantur & volunt in eorum verbis. Et ſic in propoſito noſtro illa vtilis rei
vendicatio, ſi aliqua eſſet, de qua ſuprà dixi, fuiſſet orta ipſis de familia V.
qui virtute pacti de reemendo prætendunt reemptionem facere, & vtiliter ven-
dicare, aſſerentes rem olim cum tali pacto venditam, non autem ſororibus earun-
demq; hæredibus, quibus nihil debitum vel fuit reſeruatum, imò nullum neque
directum neque vtile dominium quæſitum: & per conſequens etiam non poſsit
eis aliquando competere directa, vel vtilis rei vendicatio, de qua proximè, præ-
ſertim non ceſſa. Quare agere non potuêre aliquo modo ſuo nomine, neque etiam
415. alterius, & quidem multo minus abſq; mandato, quod nunquam præſumitur, vt
voluit & concluſit Bal. in l. 1. C. de rebus alie. non alienan. & in l. 2. C. ſi ex
falſis inſtrumen. & ſentit etiam Bart. in l. procurator, qui pro euictione. ad finem.
ff. de procura. cum ſimilibus alibi copioſe allegatis.

Quintò, reſpondetur iterum, poſito & non conceſſo, q; huiuſmodi actio-
nes perſonales in propoſito noſtro eſſent ortæ & competerent: tamen cùm neu-
tra earum ſit intentata, vel in hoc iudicium deducta, non poteſt ſecundum eas iu-
dicari, ſed debet reus abſolui, primum ſcilicet, q; perſonales illæ actiones, de qui-
bus in obiecto, & in iuribus ibidem allegatis, hic non fuerint propoſitæ vel inten-
tatæ, patet clariſsimè cuilibet diligenter illud conſideranti ex ipſo libello & eius
416. concluſione, penes quam cognoſcitur, quæ actio ſit inſtituta, ſecundum Cy. Bald.
& alios in l. edita. C. de eden. & idem Bal. in l. fi. C. de reſtitu. in integ. & in l. 2.
C. de infami. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæ ſunt. ff. de libera lega. & alij in alijs
locis in 13. fundamento allegatis. Nam in eodem concluditur ad reſtitutionẽ, vel
ſaltem

ſaltem non ad ea, quæ veniunt in illis perſonalibus actionibus, ſecundum diſpoſi-
tionem l. 2. C. de pactis inter emp. & vendi. Ergò adhuc debet ſequi abſolutio ab 417.
huiuſmodi actionibus ineptè propoſitis vel incompetentibus per ea, quæ voluit
Specula. in titul. de allega. & diſputa. §. ſatisdare. verſ. in ſententia. & ſequenti per
Bart. in l. ſed & pupillus. §. ſi inſtitutoria. ff. de inſtitu. & Canoniſtæ in c. examina-
ta. de iudi. & imputet ſibi ipſi libellans ineptè. l. quidã. ff. de in rem verſo. & Bald.
in l. 1. C. vt in poſſeſſ. lega. cum concordantibus, & multis alijs ad rem iſtam in d.
13. fundamento adductis, vbi videndum.

Sextò dato, quòd etiam vltra illas perſonales, duas ſcilicet actiones, de qui-
bus ſuprà proximè, orta inſuper fuerit realis actio aliqua, ſcilicet vtilis rei vendi-
catio, quæ datur vaſallo, tanquam domino vtili, iuxta ea, quę voluit gloſ. in. c. 1. §. 418.
1. de capit. coram. vbi etiam dominus Iacobus Aluar. & alij. & in c. 1. §. 1. de inue-
ſtitura. de re aliena fact. vbi ex illo textu colligunt, ꝙ vaſallus tanquam dominus
vtilis quaſi vendicet rem feudalem à poſsidẽte cum alijs quibuſdam ad propoſitũ
illud in 14. allegatis. & fuerit etiã intentata, ſeu in iudiciũ deducta, tamen adhuc nõ
haberet obſtare, cùm quia illa tunc tantùm eſſet orta exiſtentibus de familia de V.
& redimentibus, non autem ſororibus vel actricibus ipſis, quibus pactũ præfatum
nõ opitulatur, nec eos etiã cõprehendere poteſt iuribus vulgaribus, vt permaximè
patet in d. l. ij. & pro tanto fortius, ex quo talis non fuit ceſſa, nec alio modo in eas
tranſlata: tum etiam, quòd tales non ſunt vaſalli, nec habent aliquod dominiũ di-
rectũ vel vtile, quæ, vel ſaltem alterum eorum ad illius actionis eſſentiam requiri-
tur. l. in rem. in princ. ff. de rei vendi. vbi caſus, etiam ſi quis agat contra illum, qui
habuit cauſam ab eo, & imputet ſibi cur elegerit rei vendicationem, illi non compe
tentem, vt latius illa apparent & deducta ſunt in xv. fundamento, breuitatis ſtu-
dio hîc non repetenda.

Septimò, poteſt reſponderi, & quidem formaliter, iterum dato, & non con-
ceſſo, quòd vtilis rei vendicatio nedum orta eſſet atq; competeret ipſis ſororibus
& actricibus: & prætereà foret etiam intentata in hoc iudicio, tamen quia illud, q̃d
requirebãt: & inſuper in ea probandum fuit, dominium directum vel vtile. d. l. in
rem. in princ. ff. de rei vendi. (vbi caſus cum ſimilibus etiamſi vel quando agitur
contra violentum poſſeſſorem, ſecund. gloſ. & Bald. in l. vis eius. verſ. quæro
hîc nunquid agens. C. de probatio.) in propoſito noſtro per ipſas actrices, vel
nomine earum non fuit nec eſt probatum, vt patet cuilibet intuenti acta. ergo
Marchio ipſe adhuc erit abſoluendus, maximè ex quod ad probandum domini-
um non ſufficit agenti probare ſe vel ſuum authorem aliquãdo poſſediſſe, cùm ipſa 419.
poſſeſsio ſit diuerſa à dominio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. Benè etenim eſſe poteſt, quòd poſsederint ipſæ ſorores, tamen nõ erant domi-
næ, nec ſe tales eſſe probauere, ideò probatio tunc nõ concludit, per regulam com-
munem, quæ habet: Non probat hoc eſſe, quod contingit ab hoc abeſſe. l. non hoc.
C. vnde cogna. l. ad probationem. ff. de probationi. cum ſi. & debuit ſe fundare ſu
per cauſa illa, ſuper qua ſe ius fundat, ſecundum Inno. in c. cùm ſit generale. de foro
compet. Bald. in Margar. ſua in verſ. actor. verſ. ij. p. vt illa. & alia latius fuere ſu-
perius in 15. 16. & 17. fundamentis deducta, vbi videri poſſunt, ſi libuerit, vel
neceſſe fuerit.

Quinimò & octauò, poteſt reſponderi ad obiectum, quòd dato etiam
ipſas ſorores potuiſſe agere ex cauſa illa pacti incontinenti appoſiti, tamen illa nõ
fuit deducta in iudicio neq; prolata. Vnde eſto etiam aliam cauſam ſubfuiſſe, &
probatam eſſe, tamen non releuaret ipſas actrices. Agens enim ex vna cauſa, & 420.
probans de alia, nõ poteſt neq; debet obtinere. l. habebat. in princ. ff. de inſtit. act.
per Inno. & alios in c. ex parte abbatiſſę. de priuileg. & in c. 1. de litis conteſt. Bart.
in l. 1. in princ. ff. de eden. Benè facit l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hæred. maximè

iunctis his,quæ voluit ibi Paul.de Caſt.& alij moderniores, quem retulit & ſecutus eſt etiam dominus Alex.de Imo.in conſil.ſuo 121.incipien. viſo proceſſu cauſæ vertentis.in 1.vol.& plenius dixi atq; declaraui in 18.fundamẽto.Et ſic etiamſi egiſſent perſonali actione,& probaſſent in reali, vel è contra intentaſſent rei vendicationẽ vtilem,& probaſſent in perſonali ipſæ actrices adhuc non poſſent obtinere,ſed eſſet Marchio non obſtante obiectione abſoluendus,vt ſæpe dixi.

421. Nonò etiam ex ſuperabundanti reſpondetur, quòd agens vna actione, & probans in alia non deducta in iudicio,ſuccumbit,ſecundum Inno.in c.1.de litis conteſta.& habetur per Ioh. Andre.in additio.Specul. in tit. de acti. & peti. §.ſequitur videre. & Bart.in l.1.§. illud. ff. de aqua quotid. & æſti. & conſulendo Paul.de Caſtro,in conſi.215.incipiente: in cauſa quæ vertitur in curia. & Alex. de Imo.in conſil.56.incipiente: viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Anthonium. & in conſil.121.in eodem vol. incipiente: viſo proceſſu cauſæ vertentis, faciunt quæ habentur in c.abbate. cum ibi notatis de re iudica.in 6.& Antho.de Butri.in c.dudum.de electi.& in c.exanimata.de iudi.cum alijs plenius 19. fundamẽto allegatis,Quare etiam in propoſito,ſi realis eſſet intentata, licet perſonales actiones competere poſſent,& q̃d plus etiam in eis foret probatũ, tamen non releuaret,imò illo & alijs in obiecto deductis non obſtantibus,quæ & multis ſunt reſoluta & remota,erit Marchio propter prædicta abſoluendus varijs vijs. Inſuper alijs poſſet reſponderi,vti multipliciter oſtendunt fundamenta pro parte domini Marchionis facta,quas cùm breuitatis cauſa,tum etiam ſuperfluitatis,& tædij vitandi gratia in ſpeciem reducere omiſi.

Ad duodecimam obiectionem.

AD iſtam & quidem duodecimam obiectionem reſponderi poteſt, authoritate Alex.de Imo.in conſil.10.in 4.colum. quòd dicta in obiectione in pacto
422. legis commiſſoriæ,vt illud operetur translationem dominij ipſo iure in venditorẽ non habeant obſtare,quia illud non eſt pactum legis commiſſoriæ, ſed pactum de retrouendendo,in quo caſu non retransfertur dominium ipſo iure, ſed ſolùm oritur actio perſonalis contra emptorem.l.ij.& iij.C.de pactis inter emp.&vendi.Ergò,&c.vti etiam in ſequentibus latius apparebit.

Secundò,reſpondetur confirmando illud authoritate gloſ. & doct. in l.ſi ager.ff.de rei vendi.in l.traditionibus. C. de pact. in l. iuris gentium. §. quinimò. ff.eod.tit.& in dicto conſil.etiam Alex.dicentes eſſe ſpeciale,in pacto legis cõmiſ-
423. ſoriæ,& adiectionis in diem,vt ipſo iure retranſfertur in venditorem dominium, ſi non impleatur cõditio appoſita in venditione:ergò in contrariũ eſt ius cõmune. l.ius ſingulare.ff.de legib.& in regula,quæ de iure de reg.iur.in 6.Conſtat autẽ,q; tale pactum de retrouendendo non eſt pactum legis cõmiſſoriæ, vel adiectionis in diem.d.l.ij.C.de pact.int.emp.& vend.& ibi probatur,iuncta ſua gloſ.igitur &c. & dicetur in proximæ obiectionis remotione clarius.

Tertiò poteſt reſponderi,quia videmus, q; ad hoc, vt conuentio ſit propriè pactum legis commiſſoriæ,requiritur quòd ſit pactum per verba reſolutiua, dire-
424. cta,puta,ſi non ſolueris precium infra tempus conuentum,res ſit inempta, ſecus ſi per obliqua,id eſt,ſonãtia, quod facto domini interueniente retranſferatur dominium,vt puta,per rei vendicationem,vel traditionem,quæ nunq; operantur tranſlationem dominij ipſo iure,ſed tunc eſt opus, vt agatur actione perſonali. d.l.i.ij. iij.& iiij.cum his quæ notantur in vtraquaq; earũ.C.de pactis conuen.int.emp.& vendi.& notat gloſ.magiſtrat.& notatur in l.1.in verbo mortis cauſa donatio. & ibi doct.ff.de donat.ergo &c.

425. Quartò reſpondet,quia vt notabiliter voluit gloſ.etiãſi verba eſſent dubia,

non

non transferretur dominium ipſo iure,ſed iudicaretur perinde,ac ſi eſſent obliqua,
nec ſunt directa illa verba,cùm ex incerto euentu res vendita, ſeu dominiũ rei ven
ditę ad venditorē pertineret.& probatur ſecundũ Alex.de Imo.vbi ſuprà in l. 1.cũ
glo.C.de pact.conuen.int.emp.& vendi,ergò quãuis in ꝓpoſito literæ faciãt mē-
tionē de pacto de retrouendendo,in dubio tamen hoc pactum non haberet vim pa
cti legis cōmiſſoriæ:& maximè cùm illa verba non poſſunt dici directa,ſed ſonent,
quòd capiant,& quidem per manus alterius.l.eã quã.& ibi gloſ. in verbo direct.
vbi etiã Bart.ad finē C. de fideicommiſſ.& l.2. cum ibidē notatis cōmunia de leg.
Bart.in l.centuria.in 5.colum.vltima quæſtione principali cum ſimilib.ff.de vul-
ga.& pupill. Quintò,ſextò, & ſeptimò poteſt reſponderi ex his, quæ proximè,&
quidem cum veritate dicentur,in ſequentis obiectionis remotione.

Ad tredecimam obiectionem.

AD iſtam tertiã decimã obiectionē poteſt reſponderi,ferè eiſdē 4.modis, qui-
bus ad proximã reſponſum extitit,ac inſuper,& quintò negando,ꝙ ſit eadē
ratio:quoniã ratio ſpecialitatis,quę militat in dictis pactis,non habeat locũ in ter-
minis noſtris.Nam ratio erat ſecundũ Dy.quē etiã ſequitur Cy.Iac.Butri.& Bal.
in l.traditã.& Bal.in l.1.ff.de in diem adiect.&Bal.in l.1.ff.de lege commiſſ.in le-
ctura antiqua:quia in pacto legis cōmiſſorię precio nō ſoluto ad diem contractus, 426.
venditio reſoluitur ipſo iure,& ſic nō remanet apud emptorē in eo, ſicut in princi-
pio nō potuiſſet ſine cauſa in emptorē ꝑ ſolã traditionē trãſferri dominiũ.l.nunꝙ
nuda.ff.de acquirend.rerũ domi.Ita nec debet ex poſt facto remanere apud eũ do-
miniũ reſoluta cauſa,ar.l.in omīb.poſt principiũ ibi,vt quēadmodũ.ff.de ſolutio.

Vel & ſextò ſecundum Petrum & Cy.in l.1.in ſecunda oppoſ.C.quãdo
lice.ab empt.diſced.nō ſoluto precio ad diē lex fingit retrò nũquã fuiſſe rē traditã.
l.commiſſoriæ.C.de pactis int.emp.& vendi.Quæ oēs nō habent locũ in alijs pa-
ctis,in quibus lex non fingit hoc,vt ſecundũ oēs.in l.1.ff.de dona.probatur in l.
penul.C.de edili.edict.Et præterꝙ̃ in dictis ſpecialibus caſibus nō eſt verũ,ꝙ licet
ceſſet cauſa tranſlationis dominij,dicatur dominiũ ipſo iure trãſferri.quia hoc eſt
contra l.1.in fi.& l.penul.ff.de condi.ſine cauſa.vbi quando aliquid eſt datum ex
cauſa legitima,ſi tñ illa poſteà,vel deinde redeat ad non cauſam,habet locum con-
dictio ſine cauſa:ergò apparet,ꝙ dominium non eſt tranſlatum ipſo iure,quia non
daretur conditio ſine cauſa,cũ non detur conditio contra dominiũ,niſi cōtra furē.
l.ſi,in fine.ff.vſufru.quemad.cane.& inſti.de acti.§.ſic itaq;.

Septimò comprobando iſta poteſt reſponderi,ꝙ in fictione non fiat exten 427.
ſio,quia eſt contra veritatem,& contra ius cōmune.vt patet in l.pater.inſtituto §.
ſi.cum ibi notatis.ff.de capti.& poſtli.& in l.lex Cornelia.cum gloſſ.ff.de vulga.
& pupill.vbi fictio legis Corneliæ validans teſtamentũ principale nō extenditur
ad tabulas pupillares.Vnde ex tabulis pupillaribus non poteſt adiri hæreditas de
iure ciuili:prout ex teſtamento principali;ſed ſolùm poteſt peti bonorũ poſſeſsio,
ſecundũ tabulas,de iure p̄torio,ex tabulis pupillaribus,ꝙ pupillus patre mortuo,
captus eſt ab hoſtibus,& ibi deceſsit,quia ius pretoriũ illud validat,vt ibi per oēs.

Octauò confirmando etiã illud poteſt reſponderi:quia illud quod ſtatuitur
in pacto legis cōmiſſoriæ,vel adiectionis in diem,nō extenditur ad alia pacta, per
quæ contractus reſcindatur, etiamſi pactũ eſſet factũ per verba directa, & ipſo iu- 428.
re reſciſſiua contractus,vt patet ex notatis per gloſ. in d.l.1.ff. de donati.in verb.
mortis.cum ibi notatis,dum dicit,ꝙ in illis tantùm caſibus datur quoniã in rem: &
ſic illud quod gloſ.ibi dicit,eſſe ſeruandũ in pacto legis cōmiſſoriæ,vel adiectionis
in diem,vt detur quandoq; actio in rem venditori.ſed quando verba ſunt directa,
& gloſ.ibidem circa princip.eiuſdem gloſ.negat habere locũ in donatiōe facta ſub
quocunq; pacto,qa nō poteſt cōpetere donãti ex verbis reſolutiuis actio in rē,niſi
eſſet donatio facta ob cauſam alimentorũ, vt ibi in gloſ. & dicet̄ latius inferius,
vbi adhuc inuenientur etiã aliæ bonæ & cōcludentes reſponſiones,de quibus ibi.

Ad decimamquartam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt & vltra prędicta, quæ manifeſtè arguunt, alia &
diuerſa ratione nonò clarius reſponderi ex his, quæ proximè dixi eſſe de mē-
te gloſ. in d. l. 1. quod & apertius volunt Bart. & Ang. ibidē, vbi expreſſe volunt, ꝙ
429. in alijs pactis hoc ſibi locum non vendicet, & dicunt illud probari in d. l. penul. C.
de edil. acti. vbi fuit venditum prædium, ſub hac conditione, quòd ſi diſpliceat em-
ptori, inemptum eſſet, & tamen ibi textus vult, ꝙ ſi diſplicuiſſet, prædium agendũ
ſit actione perſonali redhibitoria, ad reſoluendum contractum. Idem tenet Bart. &
Ange. per illum textum in l. ſi hominē. ff. de vſucap. & tamen ibi fuit factum pactũ
per verba directa tendentia ad reſoluendum contractũ ipſo iure, nihilominus non
transfertur dominium ipſo iure eueniente conditione, de dicto pacto reſolutiuo fa
cta. Et ita etiam intelligũt Ang. & ita dicit Imo. in. l. naturaliter. in princ. ff. de vſu-
capio. vbi etiam alij quidā moderniores, nō attenta illa, vel quacunq; alia ratione,
de quibus in l. curandum. Vnde dicunt Bart. & Ang. in d. l. 1. ff. de dona. ꝙ ratio
ſpecialitatis in d. pacto. l. cōmiſſoriæ, & adiectionis in diem eſſe potuerit, quia ita
viſum fuerit legiſlatori propter frequentiā dictorũ pactorũ, & propterea legiſlator
habuerit ſpecialem mentionem, ponendo de eis titulos ſpeciales. quodquidem nō
fecit in pacto de retrouendendo, niſi in genere, & ſub alijs titulis. Quāuis enim de
pacto illo cogitauerit in d. l. 2. C. de pactis inter emp. & vendi. tamen nō habuerit
illam ſpecialem curam, priuilegiando ipſum, aut faciendo de eo ſpecialem titulũ:
& iſtud decidit iſtam quæſtionem ſecundum Alex. de Imo. in d. conſil. 10. in 3. co
lum. donec ratio illa vel ſimilis mouebit imperatorem ad idem ſtatuendum. Quare
ſi translatio dominij, quæ fit ipſo iure in pactis. l. commiſſorię, & adiectionis in diē,
non habet locum in alijs pactis reſolutiuis contractus etiā factis per verba directa,
vt Bart. & præfati doctores tenent, obiectio noſtra remanet expedita. Et ita ſe ha-
bet cōmunis opinio, vt inquit Rapha. Cuma. in d. l. 1. ff. de dona. à qua communi
opinione non eſt recedendum, vt traditur in locis vulgaribus, partim etiam ſuprà
allegatis, quæcunq; ſit ratio deciſionis illius. arg. l. non omnium. ff. de legi. cum ibi
notatis per gloſ. & doct. Nec eſt neceſſaria ratio Bart. in d. obiectione allegata, ſed
perſuaſiua & doctrinalis ratio. &c. Poteſt etiam aliter, vt ſtatim dicetur, reſponde-
ri ad hanc obiectionem decimam quartam.

Ad decimamquintam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt omiſsis proximis reſponſionibus decimò inſuр̃
430. reſponderi, ꝙ d. l. ſi cùm venderet, loquatur in vendicatore, qui non erat do-
minus, ſed creditor, qui vendendo non videtur trāsferre dominium, ſed ius pigno-
ris, & ꝙ hæc fuerit mens creditoris, colligitur ex illo pacto facto per creditorem eo
tempore, cùm conuentum fuit, ꝙ debitori offerenti preciũ liceret recipere rem ſuā,
quæ verba, rem ſuam, ponderanda ſunt, quia per hoc colligebatur, ꝙ voluit tranſ-
ferre ius pignoris, non autem plenum dominiũ, & eſt intentio Fulgoſij, licet nō ita
clarè aperire videatur, & ꝙ ſaltem quando verba pacti reſolutiui non ſunt directa,
prout non ſunt verba pacti de retrouendendo, non competat rei vēdicatio directa,
ſed nec etiam vtilis, hoc apertè tenent Rapha. Cuma. & alij quidam in d. l. 1. de do
na. dicens ita eſſe de mente gloſ. & doct. in l. 2. de pactis int. emp. & vendi. nō vio-
lando textum, & ſubdit, ꝙ certè inutiliter & ſuperuacuò diceret ille textus, nō dari
rei vendicationem, ſi intellexerimus tantùm directam denegari, & ibi: ſed benè da-
ri vtilem, per d. l. ſi cùm venderet. Quo argumento etiam vtitur gloſ. inſti. de inu-
tili. ſtipula. §. ſi quis alij in glo. magna, in fine verſ. nihil agit, ſecundum Alex. de
Imo. vt ſuprà.

Vndecimò poteſt reſponderi ex dictis Ang. in l. 2. & 3. C. de pactis inter
431. emp. & vendi. vbi per illa iura dicit, quòd pactum legis commiſſoriæ formaliter
conceptum, id eſt, ſecundum formam traditam à lege, operetur translationem do-
minij

minij ipſo iure in venditorem, ſecus ſi informiter ſit conceptum, id eſt, per alia
verba, quàm quæ fuerũt inducta à lege, licet contrahentes hoc in mente geſsiſſent.
Sed clarum eſt ſecundum Alex. de Imo. in dicto loco in 4. colum. in verſ. ad hoc
etiam facit, quòd iſtud pactum per verba de retrouendendo non eſt factum per ver
bum, ſeu ſecundum formam inductam in lege commiſſoria, vt patet. ff. de lege com
miſſo. per totum. & C. de pactis inter emp. & vendi. & ferè per totum, vbi ponitur
diſpoſitio legis commiſſoriæ: ergò non operatur translationem ipſo iure. Quod e-
tiam confirmatur per ea, quæ dixi in reſponſione tertia, ad duodecimam obiectio-
nem. & in quarta ibidem ſequenti per gloſ. in d. l. 1. in fine. ff. de dona. & dominũ
Alex. de Imo. in præfato conſil. in 4. col. 5. 4. & in 6. Quinimò & præterea etiam
ex alijs ſuprà relatis, quæ aliter non repeto ſuperfluitatis vitandæ cauſa.

Duodecimò poteſt reſponderi ad l. ſi cùm venderet, vt in præcedentibus 432.
dictum, quòd iſtud non ſit pactum legis commiſſoriȩ, ſed de retrouendendo. l. 2. &
3. C. de pactis inter emp. & vendi. quia non fuit pactum reſolutiuum contractus,
vt requiritur per gloſ. & doct. in l. 1. ff. de dona. & maximè in terminis noſtris, in
quibus verba pacti de retrouendendo afficiunt perſonam ementis & hæredes il-
lius, non autem perſonam alterius, vt domini, vel alicuius ſingularis ſucceſſoris,
neq; etiam rem ipſam. l. fi. in fine. ff. de contrahen. emptione. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad
Trebell. Nec poteſt cenſeri pactum legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, vt
oſtendi ſuprà. & declarat Alex. de Imo. in memorato conſil. decimo. & Franci-
ſcus de Curt. in loco ſtatim in ſequentibus allegando.

Decimotertiò poteſt reſpondendo dici, quòd ille textus loquatur eo ca- 433.
ſu, quo debitor non tranſtulerit à principio dominium in creditorem, poſteà ven-
dentem. ſed in caſu noſtro à principio in Iohannẽ & Conradum de A. translatum
fuit dominium per venditionem & traditionem eis factam à Bernhardo de V. ex
cauſa venditionis præcedentis. l. traditionibus. C. de pact. & illis mortuis, per ſuc-
ceſsionem & inueſtituram deuolutum ad Philippum de A. ac demùm eo mortuo,
reuerſum ad dominum feudi, conſolidatumq; vtile dominium cum directo. quod
quidem non potuit impedire pactum de retrouendendo initum à principio inter
Bernhardũ de V. & prænominatos de A. etiã poſteà facta oblatione, poſtq; aper-
tum fuit feudum domino vel alteri eſſet venditum & traditum, quia etiamſi actua-
liter reuendidiſſent illis de V. offerentibus & obſignantibus precium, anteq̃ eis tra
deretur, & fuiſſet poſteà apertum domino, vel venditum alteri, & traditũ, in illum
adhuc eſſe translatum dominiũ, & non in priorẽ reemptorẽ. l. qui tibi. C. de hære-
di. vel acti. vendi. l. quotiens, cum gloſ. in verbo priori. C. de rei vendi. Non enim
conſonat rationi, plus operari pactum de retrouendendo, quàm actualem vendi-
tionem: & iſtud ſecundum Franciſ. de Curt. in conſil. 12. colum. 2. multum conclu
dit, quia pactum de retrouendendo afficit perſonam illorum de A. priorũ emptio- 434.
rum: nec ſequitur rem vel fundum, nõ autem afficit perſonam reemptoris, vel do-
mini feudi, cui eſt apertũ feudum, & pleno iure quȩſitum. d. l. final. in fine. ff. de cõ-
trahen. emptione. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. cum ſim.

Et propterea glof. & Bart. à quibus poteſt colligi decimaquarta reſpon-
ſio, in l. 3. §. opus. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa fac. & idem Bart. & omnes in l. ſi.
ff. de noui oper. nunciat. gloſ. Bart. & Bald. & oẽs in l. fluminũ. §. adijcit. ff. de dam.
infect. Bart. in l. ſi ſub vna. §. fi. de verb. oblig. in l. ſtipulatio iſta. §. ſicut. ff. eo. tit.
Bald. in l. ea lege, in vlt. colu. C. de condi. ob cauſ. decidunt: quòd ſi ego vendidero 435.
alicui domum, cum pacto, ne ibi ædificet, quamuis ille domum vendat alij, ſecun-
dus emptor non tenebitur ſtare illi pacto & conuentioni, quia perſonalis obliga-
tio non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, dicto §. fi. & ideò fundamentum Paul. de
Caſt. in d. l. cùm venderet, ꝙ primus emptor vendendo ſecundo emptori videatur
vendere cum ſua cauſa, id eſt, cum dicto pacto de retrouẽdendo, & facta oblatione,

reſoluatur ius ſuum: & conſequenter ius ſecundi emptoris. l. lex vectigali funda. ff. de pignori. non eſt verum, neque ſubſiſtit, quia dominium feudi penes A. non erat cum iſta cauſa, vt ſtatim oblato precio, retrò transferatur dominium in V. primum venditorem ipſo iure, quia non fuit pactum legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, imò ſi eſſet actualiter ſolutum, adhuc remaneret dominus ipſe A. vel qui per eius mortem in propoſito factus eſt dominus, vt dominus feudi, non facta retrodatione. l. ſi ager. ff. de rei vendi. l. penul. C. eod. tit. Si ergò facta venditiõe & ſoluto precio actualiter nõ transfert dominiũ in emptorẽ, multò minus vbi adeſſet ſimplex pactum de retrouendendo, quamuis interuenerit oblatio, & obſignatio precij, & in propoſito longè minus contra d. Marchionem dominum feudi, cum quo non eſt initum pactum de retrouendendo. & iſta benè probat textus cum gloſ. in d. l. 2. C. de pactis int. emp. & vendi. vbi factum fuit tale pactum, & poſteà fuit oblatum & obſignatum precium, deciditur ibi, quòd primo venditori & hæredibus detur actio perſonalis ex vendito aut præſcriptis verbis. Si enim fuiſſet retrò translatũ dominium in primum venditorem, non ageret actione perſonali, quia nemo condicit rem ſuam, niſi à fure, iuribus ſuprà allegatis. & plus gloſ. in d. l. 2. videtur decidere iſtam partem, dum dicit, quòd ibi non fuerit pactum legis commiſſoriæ, apertè ſentiens, quòd illud pactum non producat effectum, quem producit pactum legis commiſſoriæ, quod ſenſit metipſe Paul. de Caſt. in d. l. 1. & 2. quas ſimul legit. C. de pactis int. emp. & vendi. Licet enim in caſu dictæ l. 2. competat actio ex vendito, vel præſcriptis verbis, illa tamen non datur directò ad rem, ſed ad deductum in pacto, vt retrouendatur: ſi enim competeret rei vendicatio, fruſtrà darentur illæ duæ actiones perſonales, ſed datur præſcriptis verbis vel actio in factum, vt retrouendatur, quia nõ fuit retrò translatum dominium, oblato precio, alioquin dominus ageret ad impoſsibile, vt res ſua ſibi venderetur. l. rei ſuæ. ff. de contrahen. empti. cum ſimilibus.

436. Nec obſtat, ſi quiſpiam diceret, quòd quamuis retrò translatum ſit dominium ex pacto legis commiſſoriæ, tamen datur actio ex vendito. l. ſi Celſus. §. 1. ff. de contrahen. empt. Quoniam reſponderi poteſt, vt per Franciſ. de Curt. in præallegato loco, quòd ibi non datur reſpectu rei, cuius eſt effectus dominus venditor, ſed ratione intereſſe, quia poſtmodum minoris vendidit fundum, & ratione fructuum perceptorum, & iſte ſecundum eum eſt verus ſenſus d. l. Celſus. §. 1. ſed in d. l. 2. agitur ex venditione informata ad deductum in pacto, id eſt, ad retrouenditionem, ad quod agi non poſsit, ſi eſſet retrò translatum dominiũ dicerem iſtam eſſe veritatem, cuius etiam ratio eſſe poteſt, ſecundum Bald. in d. l. ea lege. in 1. col. circa finem.
437. Quia trãslato dominio ex venditione & traditione. l. traditionibus. C. de pactis, pactum ſolum de non alienando vel retrouendendo, non dicit poſſe auferre facultatem alienandi, maximè alienatione neceſſaria vel legali, quia potentior fuit venditio cauſata ex conſenſu & traditione: pactum enim de retrouendendo poteſt fieri per verba reſolutiua, puta quòd facta oblatione, & depoſitione, res ſit inempta, & ſic per verba directa, alio modo poteſt fieri per verba obliqua, puta, quòd emptor ad omnem requiſitionem venditoris teneatur retrouendere, vel ſimilia importantia factum ipſius emptoris. Ita declarat Bald. in d. l. ea lege. in 3. colum. in verſ. ad euidentiam, cum duobus verſiculis ſequentibus. quo vltimo modo eſt in propoſito noſtro. Imò & in dubio verba pacti intelliguntur obliqua. gloſ. eſt notabi. vt dixi, in l. 1. in verſ. mortis cauſa. dona. ff. de dona. & ſic non habet obſtare obiectio iſta.

Ad decimamſextam obiectionem.

AD iſtam ſedecimam obiectionem, ſcilicet ad authoritatem Paul. de Caſt. & aliorum ibidem allegatorum reſpõderi poteſt, quòd ſit eorum opinio erronea, & in iure nedum fundata, ſed etiam iuri & rationi non conſona, vt patet ex dictis proximè

proximè.et cōtrà voluere Alex.de Imo.et Franciſcus de Curt.in prææallegatis ſuis
conſilijs.Ideò non recipienda,maximè cùm opinio ſit habitus probabilis cum for-
midine ad oppoſitum,vt dixit Cardina.in Cle.2. in princip.1.q. de elect. & non
neceſſarius. & maximè cùm vel quotieſcunque euidenter reperitur falſa, vel poteſt
conuinci probabilibus rationibus & argumentis, quod Iudex acutiſsimi ingenij
iudicabit exiſtimabit. Si enim notoriè maledicat vel poſsit cōuinci rationabiliter, 437.
non erit ſequenda etiam cōmunis opinio ſecundum Io. And. in no. Hoſtienſ. &
Panor.in c.1.extrà,de conſti. in c. ex literis.de ſponſalibus,in c. ſcienres.extrà,de
conſi.in c. prudentiam in publico. extrà, de off. delega. in c. Cappellanus,per te-
xtum ibi.extrà, de ferijs, vbi etiam inquit: ad opinionem doctorum non eſſe ha- 438.
bendum reſpectum, ſed ad rationes, per quas mouentur, ſecundum propoſitum
noſtrum opinio Paul. de Caſt. & ſequentium nō eſt fundata,imò videtur ex præ-
cedentibus euidenter falſa, contra gloſ. Bart. & aliorum communes doctrinas &
regulas, ideò non curanda.

Decimo ſeptimo, poteſt reſponderi,quòd aureus doctor Alex.de Imo.
in facti contingentia,relatis opinionibus & dictis Paul.de Caſt. conſulendo con-
trarium decidit,attingendo paſſum,per 3.aut 4. columnas,& reſpondet,vt dixi,in 439.
præcedentibus ad d.l.ſi cùm venderet, quod iſtud nō ſit pactum legis cōmiſſoriæ, ſed
de retrouendendo,de l.2.& 3.C. de pact.int. emp.& vend. quia non fuerit pactū
reſolutiuū contractus. et requiritur per gloſ. & doct. in l.1.ff.de dona.& alijs mo-
dis ſuprà dictis. Quem etiam retulit & ſecutus eſt dominus Franciſ. de Curt. in
conſil. 12, in 2, col. & per totum dicens, iſtam ſententiam veriorem fore,& fuiſſe
etiam intentionem Rapha. Fulgoſ. ibi: et in terminis adducit Raph. Cum.in d.l.
1.in fine.ff.de dona.qui dixit,ita eſſe de mente gloſ.& doct. in l.2.C. de pact. int.
emp.& vend. non violando textum,quia aliâs, vt etiam ſuprà tetigi, inutiliter &
ſuperuacuò diceret textus in l.2.non dari rei vendicationem,ſi tantùm intellige-
remus directam denegari, ſed benè dari vtilem,per d.l. ſi cùm venderet. et iſto ar-
gumento vtitur gloſ. in §. ſi quis alij.in gloſ.magis.in fine. in verſ. nihil agit inſti.
de inutili. ſtipula. Et ideò in iudicando ab opinione illuſtrium doctorum Rapha.
Fulgoſ. Placent.& Rapha.Ray.Cumani,& aurei doctoris Alexandri Immolen-
ſis in terminis conſulentis, ſecundum eum, diabolicum eſſet recedere. Quam opi-
nionem etiam approbat ſolennis doctor Taurinenſis, vt ipſe teſtatur in d.l. cùm
venderet, quod loquatur in creditore, qui nō erat dominus,vendente cum illo pacto,
quia non videtur velle transferre dominium,ſed ius pignoris,per textum ibi:lice-
ret ei recipere rem ſuam. Quibus quidē et eorum authoritati non minus, imò lon-
gè magis, quàm Paul.de Caſt.& ſequentium eſt deferendum.

Decimo octauo reſpondetur, quòd Pau.in d.l.2.C.de pactis inter em-
pto. et vendi. contrarium eius quod dixit in d.l. ſi cùm venderet,aſſeruit his ver-
bis: et vltra hoc ſi eſt precium legis commiſſoriæ, quod eſt, quando agitur, vt res
ſit inempta, datur vtilis in rem &c. et poſtmodum ibi: lex autem ſecunda loqui-
tur in pacto de retrouendendo, & quæ ſequuntur. et idem Paul. de Caſt. in l. 1.
C. quando lic. ab emp. diſced. Quare vt contraria affirmans non audiendus,
nec illa ſua opinio, cui contradixit, attendenda. Raphaël autem Cuma. licet in
d.l.1.ff.de donatio.in vltima col. aliquid contra gloſ. et Bart. adducat, tamen ſæ-
pius, & quaſi ſemper dixit optimam gloſ. & Bart. fore communem, et illi ſtan-
dum. Ita ſentit, dum dicit: & hanc opinionē ſequuntur vltra montani,in l.3.C.
de pact. inter emp. & vend.et in l.1.C.quan.lice.ab empt.diſcedere.et demū ibi:
doct. et glo. dicunt ſpeciale in dictis terminis adiectionis in diem, et legis com-
miſſoriæ. et ita eſt tenendum ſecundum Bart. et poſtmodum ibi: per hoc patet,
quod non competit vendicatio,& tandem ibi: ſed non audeo hæc firmare contra gloſ.
cùm cōtrarium velint doct. per l.in C.de pactis inter emp.et vendi,et in finalibus

verbis, dum dicit, licet communis ſententia contrà velit, vt ſuprà dixi, à qua non
eſt recedendum, & eſt etiam de mente ſua in conſilio 65. incipien: Titius locauit,
dum vult, quòd ex pacto de retrouendendo nullum ius conſeruatur venditori,
ſed tantùm perſonalis obligatio ad reuenditionem & redhibitionem ipſius rei vel
domus, de qua ibi per l. traditionibus. C. de pactis. & ſequitur ſubſcribendo dñs
Paul. de Dorijs, Doctor Paduanus ibidem. et videtur etiam voluiſſe Romanus in
d. l. 1. ff. de dona. per maximè in propoſito noſtro, in quo verba non ſunt reſo-
lutiua, ſed dicitur: zůlaſſen / geben. Ergò &c. Ad quod etiam optimè facit te-
xtus, in §. final. inſtitu. quibus mod. toll. oblig. & toto tit. C. quando liceat ab
empt. diſcedere. & regula: nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in c. 1. extrà, de
verb. ſig.

Ad iura in contrarium allegata poteſt reſponderi, & ſic per ordinem deci-
mononono, prout reſpondent Alex. de Imo. & alij in locis ſuprà allegatis, et inpri-
mis ad l. voluntatem. §. fi. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Quia ſecundum
eos ibi non dicitur, quòd ex ſola reſciſsione tituli retransferatur dominium in an-
tiquum dominum, ſed de neceſsitate intelligitur, quòd ibi non ſolùm reſciſſus fue-
rit titulus, ſed etiam fuit res tradita vel reſtituta venditori, quod patet: quia ibi
etiam loquitur, quando propter vitium rei venditæ, erat locus redhibitoriæ ex di-
ſpoſitione legis tantùm, abſque alio pacto. l. 1. in princ. & ferè per totum. ff. de
edi. edict. & tamen nemo ita ſupinus diceret, quòd quando ex diſpoſitione legis
contractus reſoluitur per redhibitoriam, non ex pacto, quòd dominium retranſ-
feratur ipſo iure: imò tunc eſt locus condictioni ſine cauſa, ſi res non eſt reſtituta,
vt probatur in l. ſi quis. §. ea lege. ff. de verb. obliga. vt dixi ſuprà. & benè facit
l. prout quiſque. ff. de ſolutionibus. Nec obſtat l. fin. C. de lega. quia reſpondent
Alex. de Imo. & alij, vbi ſuprà, quòd ibi loquitur in legato, in quo fatentur,
quòd ſicut ipſo iure transfertur dominium in legatarium ſine traditione. l. à Titia.
440. ff. de furtis. ita poteſt ipſo iure ſine traditione retransferri, & ita vult gloſ. in l.
1. in fi. C. de inoff. dona. & eſt etiam de mente Bart. in d. l. fi. C. de legat. et in
l. & ideò. ff. de condi. furti. Et ſic plus quàm clarè patet, obiectionem non ob-
ſtare.

Vigeſimò, poteſt reſpondendo dici, quòd opinio Bartholi, & gloſ. in d.
l. 1. in fine videtur eſſe communis, vt ex prædictis apparet. Ideò ſequenda, vt
voluit Bald. in l. 1. in fine. ff. de vulga. et pupilla. et in c. 1. in fine. de natura ſuc-
441. ceſſ. feudi. & maximè, cùm illi & numero & authoritate ſint maiores. l. 1. et ibi
Bald. ff. de offi. quæſt. & in l. 1. ff. de ſenatori. Mathe. in tractatu ſuo opinio-
num. Alex. de Imo. in conſil. 7. parte 4. & in conſil. 18. Ang. in l. idem cum
eodem. §. fi. ff. de iure omnium iudic. & ibi moderniores ſaltem conſulendo &
iudicando illi adhærendum, ſecundum Barth. & Bald. in l. 2. C. de pœn. iudi.
qui malè iudi. Imo. Ioan. Andr. & alij in c. 1. & c. ne inniteris, de conſtitu. cum
concordan. ſuprà allegatis: & tantò fortius, ex quo etiam in propoſito pluribus
argumentis adiuuatur. arg. c. literas, de præſumpti. ſecund. Mathe. in d. loco.
et quia benignior, & quia etiam pro reo, vt per eundem ididem. & præſertim
etiam cùm non conſtet, neque ex actis ligitimè appareat pretium fuiſſe obla-
tum et ſolutum, prout Paul. de Caſtro, & eius ſequaces præſupponere videntur,
et eſt neceſſe, aut inter ſe colludere præſumendum erit.

Viceſimo primo, & nunc pono falcem ad radicem hæſitationis, quia
dato etiam, ſalua tamen veritate, quòd opinio Paul. de Caſtro præualeret, & quòd
dominium propter pactũ de retrouendendo retransferatur ipſo iure in venditorẽ,
ſicut dicimus et videmus in pacto legis cõmiſſoriæ, et adiectionis in diẽ, vti viſum

eſt

eſt ſuprà: tamen non releuaret in terminis noſtris, neque obſtaret, imò retorqueretur in oppoſitum, & contra actrices, faceretq; eis nullam actionem competere, quoniam tunc ſeu eo caſu, quo oblatio & ſolutio pretij eſſet facta, ſi dominiū ipſum vtile retrāsferretur, certè translatum eſſet in ipſos exiſtentes de familia V. legitimos hæredes Bernhardi de V. primi venditoris, qui in hoc iudicio, vt non comprehenſi agere non potuerunt, cùm quia in compromiſſo, quod eſt ſtricti iuris, non expreſsi, tum, quia lis alibi, & quidem in Regio iudicio pendet, inter dominum feudi, & dictos de A. nec potuere nomine ipſorum actrices ipſæ quicquam attentare, cùm quia non ceſſere ſibi actiones, tum etiam quòd mandatum nullum exhibuere, neque etiam habuere: imò nec nomine ſuo proprio neque alieno eandem actionem vtilem intentauere, vti pleniſsimè deduxi & comprobaui ſuperius in diuerſis locis. Et ſic iſta obiectio, quæ videbatur apparenter concludere, nihil arguit, neq; obſtare habet per iam dicta.

Quinimò, & 22. reſpondetur iterum dato & non conceſſo, dictum Pauli de Caſtro & ſequentium eſſe verum: cuius tamen contrarium viſum atque oſtenſum eſt ſuprà. Et quod plus & fortius eſt, in propoſito etiam retro translatum eſſe dominium ſaltem vtile; ac præterea competijſſe rei vendicationem vtilem ipſis de familia V. facta oblatione, & obſignatione pretij, tamen quia illud argueret dominium vtile, quod reſidebat penes familiam de A. eſſe reuerſum ad ipſos de V. vel potius remanſiſſe penes eos, vt in toto proceſſu aſtruunt actrices, certè ſi hoc eſſet verum, iterum rueret & confunderetur dicta opinio Paul. de Caſtro, & dictum eius. Quia tunc & in terminis noſtris hoc non induceret vel faceret illam actionem vtilem competere vel intentari poſſe per ipſas ſorores & actrices, quæ per hoc priuatæ ſunt vel fuiſſent eorum vtili dominio, ſi quod habuiſſent. Vnde ſuccedit regula, quòd quando extinguitur illud, quod eſt cauſa actionis, ceſſat 442. actio, vel ſaltem eius effectus. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis. l. tigni. §. ſi. ff. ad exhiben. l. & in totum. cum ibi notatis. ff. de impen. in rebus dotali. fact. cum ſimilibus traditis in 16. fundamento: & ſic rei vendicationem etiam vtilem intentare non potuerunt, cùm quia non dominæ, tum etiam quia non probarunt dominium aliquod, vt fieri debet iuxta l. in rem. in princ. ff. de rei vendi. vbi caſus ſecundum omnes, vt latius deduxi in 14. & 15. fundamentis, & in pleriſque alijs locis, neque poſſunt in hoc iudicio, arbitrali maximè, attrahere ius tertij, nec ſe in eo fundare, vt latiſsimè comprobaui in prioribus fundamentis.

Ad decimam ſeptimam obiectionem.

AD iſtam obiectionem, & quidem primam eius partem reſpondetur fatendò iuris diſpoſitionem in ea parte, quòd ſcilicet agnatus agnatis in feudo antiquo præiudicium non poſsit afferre, iuribus & modis in obiectione deductis & allegatis. Poteſt tamen præbere titulum, & præſcribendi cauſam, vt curſu temporis, & eorum propria culpa vel negligentia generetur eis præiudicium atque amittant ius ſuum in rebus alienatis, maximè quando proceſsit ipſa alienatio, & eſt facta inſcio domino, vel ſine eius conſenſu; & tantò magis, quando eo contradicente inita eſt, iuxta ea, quæ habentur in 93. 94. 95. & 96. ac pleriſque alijs fundamentis, vbi iſta clariſsimè habentur, & nedum ſpatio longiſsimi temporis, ſed quandoq; etiam ſilentio vel negligentia vnius anni, in c. vt in c. 1. §. porrò. & ibi gloſ. 2. & doct. in tit. qualiter olim feudum pote. alien. cum ſimilibus in eiſdem locis allegatis, breuitatis ſtudio huc non deducta.

Secundò reſpondetur, quoniam poſito, & illud non eſſe, & ſic etiam temporis

poris curſu nullum præiudicium fuerit illatum illis de familia V. ſed fuerit eorum ius propter pactum appoſitum de retrouendendo eis reſeruatum & ſaluum, atque penitus illæſum remanſerit, habuerintq; ius propterea redimẽdi vel reemendi, obtulerint precium, imò & ſoluerint, tamen hoc nihil ad cauſam noſtram faceret, quæ nõ agitatur inter eoſdem, & dominum feudi, ſed inter ipſum & ſorores de A. quibus huiuſmodi actiones non competunt. & ſic iure proprio nil prætendere poſſunt, neq; vt actrices ſe iuuare in iure tertij, et multo minus alieno, vel illorum nomine, cùm inter eoſdem verſetur litis pendentia in iudicio Cameræ Imperialis vel Regalis, & actiones non ſint ceſſæ, neque aliquod mandatum in iudicio exhibitum, neque etiam eorum nomine actum, vt patet ex ipſis actis & deductis ſuprà, quæ non obſtat obiectio.

Tertiò, reſpondetur maximè ad id, quod vltimo loco annexum eſt, quod licet illud pactum vel conuentio ſatis ſe conformet cum iure communi, & pro tanto
443. to fortius operetur, tamen nihil efficere poteſt, contra iuris regulas vel eius diſpoſitiones, ſed operatur ſecundum eas & non vltrà, maximè, quando nõn tendit ad producendam actionem, ſed ad aliud vel illam tollendam, iuxta ea quæ habentur in d. l. legitima. & in l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. & quod vtrobique volunt doctores ſaltem moderniores volentes, quòd ipſo iure tollat, nec habet operari contra præſcriptionem, Sed ita vnum ſicut reliquum tollitur, quinimò quando continet licere id, quod de iure communi liceret facere, multorum opinione non valet. l. ſicut. §. apud Pomponium. & ibi Bart. ff. ſi ſeruitus vendi. Simile videmus in ſtatuto continente idem, quod ius commune, vt ſublato iure communi, ſaltem regulariter cenſeatur etiam ſublatum ſtatutum, illi ſimpliciter conformet. Ita Io. de Lig. in c. 1. de conſtitu. in 6. parte. illum textum loquentem indiſtinctè. & latè per mod. in c. ſicut Romana. de reſcrip. in 18. colum. & dato etiam hoc non eſſe: tamen quatenus tangit pactum de retrouendendo, ſatis eſt reſponſum ſuprà, & dicetur latius infrà.

Ad decimam octauam obiectionem.

AD iſtam obiectionem facilis eſt reſponſio, quæ etiam colligitur & inprimis probatur ex pluribus in ea obiectione allegatis, maximè in l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pactis. Quoniam intelligunt & ſunt vera, quando non ſunt contra legem vel aliquam partem iuris, aliàs ſecus. vt ibi habetur in textu. & in gloſ. in verſ. aduerſus leges. & inſuper doctores omnes, vbi ponunt etiam exem-
444. pla ad literam. Quinimò pacta contra ius inita non valent, neque ſunt ſeruanda. Gloſ. eſt notab. in l. ſi pater. §. ex pactis. ff. de iure dot. l. 1. §. illud. ad finem. C. de rei vxo. acti. & in l. pacta quæ contra. C. de pact. l. non dubium. C. de
445. legib. Spec. in titu. de locatio. §. nunc aliqua. verſ. 35. & idem Specula. in tit. de proba. §. tertio. verſ. ſed pone. el. 1. Vnde etiam pactum, quod pater cadat à feudo propter delictum filij, non valet, Bald. in l. 1. ver. opp. in fine. C. de his, quę pœnæ nomine. Sed huiuſmodi pactum de emendo vel retrouendendo feudum eſt contra legem & conſtitutiones feudales, vt in c. 1. in principio, de prohib. feud. alie. per Freder. & in c. 1. de prohib. feud. alie. per Lotharium, cum ſimilibus. Ergo non ſunt ſeruanda: & ſic non licet obſtare obiectio.

Secundò poteſt reſponderi, quia pacta appoſita in contractu inualido
446. non valent. l. 1. & ibi. Bald. C. de condi. ob cauſam. Quinimò tunc maximè, quando ſunt contra naturam contractus etiam cum iuramento non valent, neque ſunt ſeruanda. Ita Barth. in l. 2. in 3. col. verſ. quæro tertio. C. de iure emphit. Bald. in l. etiam

l. etiam. C. ad Velleia. modò cōtractus emptionis & venditionis celebratus inter
Bernhardum de V. & Io. ac Conradum de A. abſque conſenſu domini feudi, non
tenet neque valet, vt in proxima reſponſione allegatis iuribus. ergo etiam pacta
in eo apposita non valebunt: imò pactum domini & emphiteorum, vel feudatarij,
quòd emphiteota vel vaſallus poſsint vendere rem non requiſito domino non va-
let. Ita Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 94. & ibi Bald. in additio. verſ.
precium. Quod & Florianus in l. ſi. ſtipulatus. ff. de vſuris. Vnde dato etiam, quod
dominus feudi pactus eſſet, vel paciſcentibus conſenſiſſet, quòd illi de V. vende-
re poſſent, tamen fuiſſet intelligendum cum ſcientia & conſenſu ipſius domini in
ſpecie per iam dictas authoritates doct.

Tertiò, reſpondetur radicitus extirpando ea, quæ allegata ſunt in obiectio-
ne, quia pactum factum cum vna perſona, non extenditur ad alias. Caſus eſt in l. 447.
ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. notant doct. maximè moderniores in d. l. iuris
gentiū. §. prætor ait. eod. tit. ſicuti & in tranſactione. l. imperatores. in princ. vbi
Bald. & in §. ſi. ff. de tranſactio. cōfirmatur per illud, quod pulchrè decidit Ange.
in l. ſi. ff. à quib. appell. non licet. circa antepenul. chartam, in verſic. aduerte ta-
men: vbi tenet, quòd ſtante ſtatuto, quod contra inſtrumentum publicum non 448.
poſsit opponi, niſi exceptio ſolutionis, ſed debeat ſtatim executioni mandari, ſta-
tutum intelligitur, contra illum tantum, cum quo factum eſt inſtrumentum, ſecus
ſi contra tertium poſſeſſorem, quia ille poſſeſſor quaſcunque exceptiones oppo-
neret. Quod idem tenet etiam Ange. in d. l. ſi vnus. §. ante omnia. & Imo. in Cle.
1. in 4. col. de re iudica. per illud, quod vult gloſ. ibi: in verſ. contra ſe, dum dicit,
quòd illud quod dicitur ibi: quòd contra tres ſententias conformes ſi petatur exe-
cutio, non poſsit amplius opponi de nullitate, ſit verum, ſi petatur contra illum,
contra quem ſunt latæ: ſecus ſi contra tertium aliquem corroboratur, per id quod
notabiliter dicit Bald. in l. 1. cōmunia. de lega. quòd diſponens ſtatutum quòd in-
ſtrumentum guarentigiatum habeat executionem paratam, & contra illud nihil 449.
poſsit opponi, debet intelligi, quando agitur cōtra principalem debitorem actio-
ne perſonali: ſecus ſi contra tertium poſſeſſorem, quia ſtatutum non habebit lo-
cum. et ſequitur Pet. de Anch. in c. ſtatuta. de conſtitut. in verſic. circa extenſio-
nem. De quo & ſimilibus per doct. in diuerſis locis, in præalleg. §. prætor ait, al-
legat, et propterea pacta inita inter exiſtentes de familia de V. & illos de A. nil
operantur, vel operari poſſunt contra illuſtrem Marchionem, vt tertium poſſeſ-
ſorem; ergò &c.

Ad decimam nonam obiectionem.

AD iſtam obiectionem, de qua fortè plerique pro parte ſororum et actricum,
earundemq́ hæredum conſulentes facturi ſunt magnum feſtum, quaſi in-
conuincibilis ſit, et quòd non habeatur reſponſum ſaltem legitimum, reſpondetur
ſequentibus modis. Et inprimis, quòd illa opinio Odofredi non ſit communis
neque vera, quæ inhærendo regulæ, quòd fœmina in feudo non ſuccedit, cui te- 450.
naciter etiam inhærere debemus; ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. et in l. ſi tutor. C. de ſeruo. pig. dato manum. quoniam et Andre. de Iſer-
nia, ſummus feudiſta, in d. c. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feud. dare poſſ.
per textum ibi apertum, tenuit etiam fœminas non admitti in feudo empto; et re-
ctius quàm Odofre. et Bal. ſecundum dominum Alexandrinum Præpoſitum di-
ui Ambroſij, poſtea Epiſcopum et Cardinalem in c. 1. §. et quia vidimus, aliâs
in §. decedenti, in tit. qui feud. dare poſſ. quod etiam ante eum retulit et ſecutus eſt
ſimiliter Ladenſ. motus ex generalitate verborum illius textus, qui ſimpliciter et
generaliter diſponit, quòd fœminæ non ſuccedant in feudo.

Secundò

Secundò reſpondetur, quoniam poſito, quòd rectius & melius dixiſſent Odofred. & Bal. certè cum grano ſalis ſua deciſio procedere poteſt, quando
451. integro precio feudum eſſet acquiſitum à domino, quia tunc ex quo nullum beneficium recipit à domino, tantundem ſoluendo, meritò fœmina ſuccedere poteſt. Ita dixit Bald. poſt Odofred. in d. c. 1. §. & quia vidimus, vel dominus Andreas Barbat. in additionibus, verſ. quæri: glosſa, nunquid fœmina ſuccedat in feudo. ibi addit, ſcilicet quando feudum eſt emptum integro precio allegat bona iura, & maximè in argumentum. l. eum cui ſub hac. de lega. 1. cum ſimilibus retulit & ſecutus eſt dominus Franciſcus de Curt. in tractatu ſuo feudorum in 3. parte in verſ. 6. limitate regulam paulò ante finem ibi. Prædicta tamen limitatio videtur ſingulariter ſublimitanda, vt ſolùm procedat quando feudum eſt emptum integro precio, hoc eſt, ꝙ ſit datum tale precium, quod æquiualeat feudo ſine alio ſeruitio, ſecus autem vbi tantùm pars precij data eſſet, & pro parte ſeruitium præſtaretur, alleg. Bald. & Odofred. vbi ſuprà aſsignando rationem: quia nullum beneficium recipit, qui tantundem ſoluit. Sed in propoſito noſtro non fuit integrum precium ſolutum, ſaltem de quo conſtet legitimè: ergò non poteſt habere locum obiectio, neque iura in eadem allegata. & ſic non ſuccedunt fœminæ, ſeu ſorores prædictæ, imò manebimus ſub regula communi, quæ habet: ꝙ in feudo fœmina non ſuccedat.

Tertiò reſpondetur, & quidem formaliter, quia tenentes etiam illam opinionem, quòd ſcilicet fœmina ſuccedat in feudo ſcilicet emptitio, intelligunt illud
452. verum eſſe, ſi & quando ad nullum ſeruitium datum fuiſſet feudum, aliàs ſecus. Ita Bald. per expreſſum in d. c. 1. §. & quia vidimus, hoc modo limitando illud ſuum dictum. Quam limitationem etiam ſequuntur quidam moderni. ibi, tenentes illud, quod dixit Bal. ibi: in verſ. quære. ſi feudum datum ad nullum ſeruitium, per textum in d. c. alias. §. ſi cui militi. & ſic ſentit Bal. & alij in d. verſ. quærit gloſ. quod ſolutio precij etiam integri non faciat feudum tranſitorium ad fœminas, niſi concurrat aliud, & quidem, ꝙ ad nullum ſeruitium datum fuerit, quod etiam tenuit Romanus in dicto ſuo conſil. 1. & notabilius in conſil. 180. incipien: Hodiè fœmina non ſuccedit in feudo ibi: fallit, niſi feudum ſit conceſſum pro mille ſeruitijs. Et ita refert ſe conſuluiſſe, prout etiam nouiſsimè illud retulit & ſecutus eſt dominus Franciſ. de Curt. in conſil. ſuo 49. in 16. col. ibi: ſiue etiã teneamus, quòd requiratur ad nullum ſeruitium datum eſſe feudum, & quidem ad hoc, vt filiæ admittantur &c. Sed in propoſito ſeu in terminis noſtris feudum non fuit conceſſum, nec eſt datum pro nullis ſeruitijs, ſed per expreſſum, vt ſeruiat vaſallus, vt ei faciat, q̃d & quilibet vaſallus maſculus de iure vel de conſuetudine tenetur, vt patet intuenti inueſtituras & literas reuerſales: ergo non ſuccedunt neq; ſuccedere poſſunt fœminæ, ſeu ſorores prædictæ.

Quartò, poſſet etiam ex literis ipſis feudalibus breui teſtato pulchra & vera colligi & dari reſponſio ad obiectum ipſum. Quia in eis dicitur & obligatur vaſallus in ſpecie, & ſingulariter, quòd velit & teneatur totiens, quotiens opus fuerit, & requiſitus à domino, vnà cum cæteris feudatarijs ad iudicium parium cõparere, & ad iuſtum vel æquum iudicare, & alia facere, ad quæ aſtricti ſunt vaſalli de iure ac conſuetudine. Nec eſt illud pactum alienũ à natura, et iure cõmuni feu-
453. dorum, quæ tamen etiamſi eſſent omnia extranea & inſolita contra communem naturam feudorum, & contra propriam naturam feudalem, & contra omnia naturalia & accidentalia, admitterentur in conceſsionibus feudalibus, ſecundum Aluaro. perpulchrè & optimè in c. feud. in ti. ſi de feud. fue. controuer. & in c. 1. §. fi. per illum textum, et in tit. quid ſit inueſti. Iacob. de Belu. in ſecundo notabili, poſt gloſ. in c. 1. per illum tex. in titu. de fratri. de nouo benè inueſtit. textus eſt in c. final. in tit. per quos fiat inueſtitu. Melior text. eſt in c. 1. de feud. non habente

habente propriã naturam.Bal.in c.1.§.hoc quoq;.de ſucceſſ.feud.in l.1.ff.de rer.
diuiſ.Iaco. de Ardizo in ſumma feud. in tit.nouum non poteſt. quem refert & ſe-
quitur Aluar.in c.1.de vaſall.decrep.ætat. & pulchrè declarat Paul.de Caſt.in cõ
ſil.162.incipiente:circa id quod proximè quæritur.& Franciſ. de Curtis in præal-
legato conſil.49.colum.25. & alij alibi. Valet ergò huiuſmodi conuentio vel pa-
ctum.Sed mulier vel fœmina non poteſt eſſe iudex, neq; debet iudicare,ſeu iudi- 454.
candi officium exercere,ſicuti nec ſeruus, etiamſi ei apponatur poſt litis conteſta-
tionem,textus & gloſ. not.12.q.2.c. deuotiſsimam.Specu.in tit.de exceptio.§.2.
verſ.ſed quæro. licet fortè poſsit eſſe arbitratrix. c. quintanallis. de iureiurand.
c.dilecti. de arbi. Bart. in l. in multis. ff. de ſtat.hom.neque ad alia officia ſimi-
lia vel munera admittuntur. l. fœminæ. & ibi Bart. ff. de eden. & per eundem
Bart.in l.fœminæ.ff. de reg.iur.cum ſim.ergò nõ erunt capaces ipſæ ſorores actri-
ces,neq; ſuccedere poſſunt in hoc feudo, ſecundum mentem & intentionem ipſo-
rum agentium,hoc eſſe domini feudi & vaſallorum primò quærẽtium,ſeu qui pri- 455.
mò quæſiuerunt,cùm videantur ſe & conformare iuris communis feudalis diſpo-
ſitioni,vti deduxi ſup. & latiſsimè tradit Barba.in ſua Ioanina. in 2. charta. Bald.
in l.precibus.in 17.col. C. de impube. & alijs ſubſti. & quia contrahentes non
videntur neque præſumuntur eligere vel voluiſſe impoſsibilia: neque quidem ad
illa vel ſimilia ſe aſtrinxiſſe, neque in genere voluiſſe, quòd in ſpecie non potuiſ- 456.
ſent facere, dixit Bal.in l.fi.§.in computatione.in fine. C. de iure deliberan. attri-
buens illud Bart.in l. ſi quis ſub conditione.ff.de conſtitu. inſtitu. Nec eligere il-
lud, quod deſtrueret ſuum opus, vel actum ipſum dudum cœptum, vel quem præ
manibus habent,dictis iuribus.& Bal.in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure. in l.
fi.C. de ſacroſan.eccleſ.in c.cùm non ab homine.extrà,de indic.& in l.fi. ff. de iu-
riſdict. om.iud. allegando Bart. ff. de decret. ab ord. faciend. in l. fi. Dominus
Anthon.de.Butr.in c.quod clericis.extrà, de foro cõpeten.Panor.per tex.ibi in c.
nobis.extrà,de ſenten.excommu.& Anthon.de Butr.in c.eccleſiæ ſanctæ Mariæ.
de conſtitu.attribuẽdo iſtud dictũ Iohann. Monach.in c.vt animarum.de conſti-
tu.li.6.& ſit originale dictum Hoſtien.& ſequuntur omnes in c. tua. per tex. ibi
extrà,de decim.

Quintò reſpondetur,quia illæ quinq; ſorores ſeu actrices, & eorum liberi
fuere ſemel excluſi per Philippum de A.earum fratrem,vt videtur ex actis, & ne-
minem puto de hoc dubitare,ſed tunc ſuccedit regula, quod ſemel excluſa, ſemper 457.
& perpetuò cenſeatur excluſa.Sic & deſcendentes ex ea. Caſus eſt in c. 1.§.quin-
etiam. in tit. epiſcop. vel abbas. ſecundum intellectum Andreæ de Iſernia, Bal.
& Alua. & tenuit Calde.in rubri.de feud.conſil. 4. Petrus de Anch. conſil. 221.
incipiente: Hæc quæſtio vulgaris eſt. & Bald. in c.1. de filijs natis ex matrimo.
ad morgan. contract. in authentica. ſed ſi quis. & in l. in quibus. C. de ſecund.
nup. Allie. de Roſa.in ſecunda parte ſtatut. conſil. 4. incipien: Statuto cauetur,
quòd mortuo marito.Odofre.in ſumma in tit.qui poſſunt ſucced. in feudo.Iohan-
nes Blanch.in ſumma de feud. in tit. de ſucceſſ. feud. verſic. vel dic q; maſculus.
Raphaël Cuma. in conſil.99.incipien:Quædam poſſeſsio.Raphaël Fulgoſ.conſi
lio 12.incipien:Id de quo quæritur.Paul.de Caſt.conſil.225.incipien:viſa ſuprà
ſcripta.Quod etiam firmat Card. Mediolanenſis in d. §. quinetiam. vbi etiam al-
legat,idem tenuiſſe Bart.in conſilio incipien:Iacobus.& in alio conſil.incipiente:
Proponitur quòd pater. vbi etiam reſpondet ad in contrarium adducta per Lan-
dens. & illam opinionem ſecutus eſt etiam dominus Alex.de Imo. in conſil. 29.
incipiente:quoniam abundè.in vltima colum.in 1.vol.& confirmat.Quia ſi in a- 458.
lia materia,quæ non eſt feudalis,in qua fœmina eſt capax ſucceſsionis, regulari-
ter fœmina ſemel excluſa perpetuò durat excluſa, vt per Bart. in l. fi. ff. ad Ter-
tull. Dominus Barth. Socy.in conſil.296. incip: In præſenti.verſ.4. & vltimo.
in 2.parte. & Bal. in l.ſi quis poſthumus.§.ſi filium.ff.de.l.& poſthu.& in l.Gal-

lus.§.& quid ſi tantum.ff.eod.tit. & in l. ſed & ſi quis.C. de ſecund.nuptijs. Do-
minus Franciſcus de Are. multa alia allegans conſil 144. incipien: viſa conſul-
tatione. in 2. colum. & conſil. 157. incipien. viſo puncto, in vltima colum. & in
459. effectu Alex.in conſi.43.incipient:conſideratis. in 4.colum. Ergò multo magis
in materia feudali, in qua fœmina regulariter eſt incapax ſucceſsionis, ſi ſit ſe-
mel excluſa, debet perpetuò durare excluſa. & nouiſsimè dom. Bartho. Socy. in
conſil.98.incipient; Circa primum huius, verſ. circa quartum. cum ſequenti, in 1.
volu. Poſt eum dominus Franciſc. de Curt. in ſuo tract.feudorum, in 3.parte, in
27.quæſtione. vbi multa de hoc. Ergo ampliùs non ſuccedunt in iſtis feudis fœ-
minæ vel ſorores ipſæ prædictæ de A. iam mortuo patre, per Philippum fratrem,
& vltimum poſſeſſorem, ſemel excluſæ, per iam dicta, & alia inferius dicen-
da. Sed remanebunt perpetuò excluſæ, non obſtante obiectione, vel etiam alijs
quibuſcunque.

Sextò reſponderi poteſt, & quidem ingenuè, quia illud, quod in obiectio-
ne dicitur, etiamſi eſſet verum & tenendum, tunc procedit & habet locum, quan-
do ſcilicet feudum ipſum fuerit emptum vel redemptum à domino feudi. Quod
460. fieri quandoque poteſt. Licet enim gloſ. Iacob. de Belui. & Nicod. de Neapoli,
in c.1.de beneſi.fratr. per tex. in c.1.de feudo dato in vicem legis commiſſ. tenue-
runt feudum non poſſe acquiri à domino per pecuniam, tamen Bal. in eod. cap.
1. de bon. fratris reſpondendo ad c. 1. de feudo dat. in vicem leg. commiſſ. con-
trarium voluit, & accommodat 3.ſolutiones, primam, quòd textus in cod. cap. 1.
procedat de vrbanitate, quia debet abſtinere dominus in dando feudum à pecu-
nia. & textus in c.1. de benef.frat. procedat non de neceſsitate, quia dominus po-
teſt vendere & dare feudum per pecuniam: ſecunda ſolutio, quòd dominus benè
poteſt vendere modico precio, dicto c.1.de beneſ.frat. ſed iuſto precio non poteſt,
vt in contrario: tertia ſolutio, quòd dominus non debet vendere, vt in contrario,
ſi tamen vendat tenebit venditio. d.c.1.de beneſi. frat. Idem probat textus in c.1:
in fi. in tit. qui feud. dare poſſ. Bal. in l. ſi quã. C. de oper. liber. & in l. qui ſe patris.
461. in 10.col. C. vnde libe. & in l. licet. C. de libe.cauſ. Verior tamen opinio & magis
communis ſententia eſt, quã tenent Iacob. de Ardi. Andre. de Iſernia. Iaco. de Al-
ua. dominus Præpoſitus Alexand. & alij moderniores, quòd indiſtinctè quis poſ-
ſit per pecuniam emere & acquirere feudũ, ſiue à domino, ſiue à vaſallo ſuo de vo-
luntate domini, quia ita tenuit gloſ. in d.c.1. de feud. dat. in vicem leg. commiſſo.
per textum, in c.1. in tit. quemad. feud. ad fœmin. pertin. vbi eſt caſus non violan-
do literam, vt violare voluit gloſ. in. d.c.1. de beneſi. fratr. Idem probat textus in c.
1. in princ. de inueſtitu. in mari. fact. & in c. 1. in fi. in tit. ſi de feud. fuerit contro-
uerſ. in c.1. de natura feudi. in c. ad noſtram. de rebus eccleſ. non alienand. in c. ad
noſtram. de empti. & vend. & probatur in c.1. de beneſi. fratr. vbi textus ſimplici-
462. ter & generaliter loquitur. Et probatur etiam ratione euidenti; quoniam feudum
æquiparatur militijs. §. optimè in authent. de exhiben. & introducen. reis, militiæ
aſtemuntur, vt ibi. & in l. fi. C. de pigno. l. omnimodo. §. planè. C. de inoff. teſta. cũ
ſimilibus ibidem allegatis.

Nec obſtat dictum c. de feud. dat. in vicem leg. commiſſo. Quia debet intelli-
gi & reſtringi ſolùm ad materiam ſuam propriam, de qua loquitur rubrum & ni-
grum. Quia eo caſu non debet acquiri per pecuniam feudum, cùm contentio ſit
improbata, vt ibi. & in ſimili in c. 1. in tit. de feud. guar. Sed nos loquimur in ca-
ſibus, in quibus pactum & conuentio non improbantur à iure. In quibus tenen-
dum eſt, quòd indiſtinctè poſsit concedi feudum per pecuniam. Ita etiam tenuit Ia-
cob. de Ardi. in ſua ſumma. ſub rubricell. quòd verus dominus poteſt in feudum
dare pro precio. Andre. de Iſernia in c. 1. de natura feudi. & in d. c. 1. de be-
neſi.

neſi.fratris.& in effectu Bald.ibi non videtur diſcrepare. Poteſt ergò abſq; dubio
feudum quæri, & à domino, & à vaſallo domini voluntate per pecuniam,ſcilicet
attenta ratione illorum,tenentium,quòd fœmina ſuccedat in feudo emptitio, tan-
tum concludit in feudo empto à domino, & ſic pecunia acquiſito, in quo filiæ
magis ex natura contractus,quàm ex natura feudi ſuccedunt. Ita Odofre.in ſum-
ma ſua feudorum in titulo,qui poſſunt ſucced. in feudo. Bal. in c. ſignificauit. in
2. col. extrà, de reſcriptis.& in c. 1.§.& quia vidimus. aliâs in §. decedenti.in tit.
qui feud. dare poſſ.in pace conſtantiæ.in verſic. libellarium. & in l. liberti. poſt
Cy. C.de oper. liber. Iacob. de Belui. Nicolaus de Neapoli & alij poſt gloſ. in
c. 1.de beneſi. fratris.& in c. 1.de beneſi.dato.in vicem legis commiſſo. Quia feu-
dum quæſitum à domino per pecuniam propriè non eſt feudum, ſed dicitur mer- 463.
cenarium, cùm in deſcriptione feudi dicatur beneuola actio gaudium tributus
capienti.c.1.de feudi cogni.Ia. de Belui.And.de Iſernia.Bald. & omnes in præ-
ludijs feudorum. Ita dixit ſignanter Bald.in d. l. ſi quam. in d. l. qui ſe patris. &
in d.l. licet. De natura enim conceſsionis feudi eſt, quòd debet eſſe gratuita, ſe-
cund.Bald.in. c. 1. in tit.de natura feud. & alijs locis ſuprà allegatis. Poſt Cy. in
auth. ingreſsi, in antepenul. quæſt. C.de ſacroſanct. eccleſ. vbi dixit, quod quando
præſtatur ſeruitium reale, non ſit propriè feudum. & Specula .in tit. de loca. §. nunc
aliqua. verſic. 4. in fine. & ibi Bal. in additio.in 3. col. & eſt textus expreſſus in
d. c. 1. ad finem. de feudo dand. inuicem leg. commiſſo. vbi dixit textus, quòd 464.
feudum non interuentu pecuniæ,ſed amore & honore dandum eſt, de quo etiam
latiſsimè per dominum Franciſcinum de Curt. in tractatu ſuo feudorum, in prima
parte,in 6.q.& in 2. parte, in 5. q. principali, vbi etiam allegat dominus Alex.
de Imo.in conſil.79.incipien: circa primum, in 5. col. in 1. vol. & domin. Fran-
ciſc. Curtium in conſil.49. incipien: Memoriæ recolendæ, in 7. col.in 2. compila-
tione.& Barth. Socy. in conſil. 252. incipien: Viſis inſtrumentis, in penul. col.
in 2. parte.& in conſilio 262. incipien: viſis inſtrumentis, in eadem 2. parte. 5. col.
& dominum Petrum Philippum Cornæum in conſil. 16. incipiente: à parte. in
4.col.circa medium. & clarius in vlti. In quibus omnibus locis loquuntur, quan-
do feudum eſt emptum à domino, & tunc militat eorum ratio, aliàs ſecus. Sed in
propoſito noſtro feudum non fuit emptum à domino, ſed à vaſallo, ſcilicet Berni-
hardo de V. nec deuenit aliqua pecunia ad dominum, ſed ipſum vaſallum; ergo nõ
ſuccedunt filiæ vel ſorores in tali feudo etiam emptitio.

Septimò reſpondetur, retentis eiſdem terminis, quòd ſcilicet feudum em- 465.
ptum à domino, & non ab alio, ſcilicet vaſallo, ſit illud propriè, in quo fœminæ
vel filiæ ſuccedant, ſecundum opinionem eorum hoc tenentium, & non illud,
quod aliundè precio quæſitum eſt, ſeu ab alio, quàm à domino. probatur autho-
ritate etiam domini Franciſ.de Curt. qui illud multum clarè ſenſit, in 6. colum. di-
cti conſilij 49. ibi: nec eſt bonum illud aſſumptum, quòd in ſententia arbitrali fue-
rit condemnatus dominus Iohannes ad ſoluendum domino Iohanni Franciſco,
dictos ducatos acta centum: quia illud non facit feudum eſſe emptitium, cùm
non fuerit emptum à domino, ſed illud fuit pro adæquatione bonorum tàm allo-
dialium, quàm feudalium in ſententia diuiſoria: feudum enim ipſum gratioſè
fuit conceſſum per ducem Philippum Mariam, ob benemerita dicti Stephani ap-
pellati Theodeſchini, vt in caſu ſuo apparet ex prohemio inueſtituræ ducis Phi-
lippi, quod ſecundum eum demonſtrat & oſtendit mentem & cauſam finalem con-
cedentem. Textus eſt, quem notant omnes in l. finali. ff. de hæredi. inſtituend. in
l. regula. §. penul. ff. de iuriſdict. & facti ignoran. & exclamant doctores in infi-
nitis locis. Et ſic etiam eſt in propoſito noſtro, quia feudum, quantum ad domi-
num, fuit gratuitũ ſeu gratioſe, & ob merita Iohannis & Conradi primitu deín-
de Philippi de A, impetrantium conceſſum, & non propter aliquam pecu. ,vt

patet ex literis ipſius inueſtituræ, & in primis iſtorum etiam verborum: Das haben wir angeſehen ſein fleiſſige gebett / vnnd redlich forderung / vnnd haben ꝛc. & in quibuſdam alijs: Auß fürbitt Philipſen halben / an vnns gelangt: vnnd vonn ſondern vnnſern genaden / damit wir jhme genaigt / ꝛc. & nullibi in eis ſit mentio de pecunia vel precio aliquo per dominum recepto, non etiam probatum, neque conſtat ex actis. Et quia facta non præſumitur iuribus vulgaribus ſuprà allegatis, ergò in propoſito noſtro fœminæ vel ſorores ex recenta illorum opinione, per verba, quòd in ſeudo emptitio fœminæ ſuccedant; non tamen in caſu noſtro ſuccederent, cùm quia à domino non emptum, tum quia gratioſè conceſſum vel ob merita: & per conſequens obiectio non habet obſtare aliquo modo propter iam dicta. & quæ voluit dominus Franciſcinus de Curt. in conſil. ſuo primo, 15. col. verſ. & ſi quis.

466. Octauò reſpondetur: quia ſi attendimus verba, rationem & mentem omnium ſcribentium in dictis locis, & volentium filiam vel fœminam ſuccedere in ſeudo emptitio, ſeu acquiſito pecunia, inueniemus illos motos, & moueri ad hoc dicendum, & tenendum, hac ſola ratione, quòd feudum non ſit liberè atque gratioſè conceſſum, ſed precio vel pecunia redemptum à domino, qua ceſſante ceſſabit legis diſpoſitio, & in conſequentiam etiam eorum opinio. Quando
467. enim ratio eſt expreſſa in lege vel ſtatuto, illa ratio ampliatur ad omnes caſus comprehenſos ſub ratione, & ſimiliter reſtringit, ne extendantur ad caſus extra rationem. gloſ. & doct. in Clem. 1. de electi. & ſic vbi ratio eſt generalior dicto, extendimus dictum ad amplitudinem rationis expreſſæ: & dictum generale reſtringimus ad rationem. l. pater filium. §. fundum. & quod ibi notat Barth. ff. de lega. 3. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. & in regula. §. penul. & ibi hoc
468. expreſſe notat Barth. ff. de iur. & facti ignoran. Eſt enim anima eius ſecũdum Dy. in c. fi. de reg. iur. in 6. Cy. in l. non dubium. C. de leg. & pulchrè Bal. in l. 1. circa ſeptimam colu. ff. ſolut. matri. per textum. quem dicit meliorem, de corpore iuris. in l. ſcire omnes. §. etſi maximè. vbi ſimiliter Bal. ff. de excuſa. tuto. & in l. maximum vitium. C. de lib. præteri. Panor. in c. nihil. de elect. & in conſilio 75. incipien: Primò eſt videndum de modo ſuccedendi, in 1. volum. Quoniam mens & ratio à lege non differunt. l. credendum. circa princip. ff. qui pe. tuto. Quam legem ad hoc allegant Ange. in l. Prætor ait. §. 1. ff. de noui oper. nuncia. & Dy. in d. c. fi. allegans tex. in d. l. ſcire oportet. §. illud. in verſic. & ſi maximè. vbi etiam Bal. colligit, quòd mens & ratio legis ſint idem, caret enim ſpiritu,
469. ſi caret ratione. Quia magis attendimus rationem, quàm verba legis. Cùm mens & ratio ſint ſicut anima, & verba ſicut corpus, & ſuperficies, vt de hoc ſunt aurea verba Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. quæ exclamat Pet. de Ancho. in c. Canonum. de conſtitu. & Panor. conſil. 1. & idem volunt in dictis locis, etiam quando non eſt expreſſa, non tamen poteſt niſi vna colligi vel coniecturari, maximè Bal. in d. l. maximum vitium: per textum in l. milites agrum. ff. de re milita. & gloſ. in l. quamuis. C. de fidei commiſſ. & Roma. in conſil. 411. in 1. colum. & latiſsimè per Franciſc. de Curt. in conſil. ſuo 80. in 2. colum. Modò ad propoſitum: cùm in lege ſit illa ratio, quòd feudum non ſit gratioſè conceſſum, quando eſt redemptum à domino, vel ſaltem, ſecundum doctores, non ſit alia, niſi iſta coniecturanda, quare tunc filia vel fœmina ſuccedat; ergò vbi ceſſat illa, ceſſabit etiam iuris diſpoſitio & eius effectus. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & per conſequens, ex quo feudum in terminis noſtris non à domino,

mino,ſed ipſo vaſallo emptum,& ſic ceſſet ratio,certè non habebit locum dicta iu-
ris diſpoſitio, vel ipſorum opinio:nec ſuccedent fœminæ vel ſorores prædictæ in
tali feudo. Neque poteſt procedere vel habere locum obiectio.& l.quod dictum.
ff.de pactis.l.ſiue patronus.§. ſi maximè hic ſenſus præaccipiendus eſt: per quem
ius &c.& de bonis liber. l. ſi ex modica.§.ſi filius cõmune feudorum minus lædi-
tur.c.cùm dilectus.de conſuetu.

Nonò reſpondetur, & quidem multum eleganter, quia dato,ſine præiudi-
cio veri,quòd aliquid etiã datum ſit principi,vel eius cancellariæ ꝑ literis vel con
firmatione,ſeu conſenſu domini:tamen per hoc feudum non fieret, neque dicetur
emptitium taliter,quòd in eo debeant ſuccedere fœminæ. Quoniam aliud eſt ac-
quiſitio feudi de nouo per pecuniam, & aliud aliquid ſoluere pro confirmatione,
pro conſenſu, vel pro laboribus cancellariæ. Quare non procedit etiam tunc illo-
rum opinio,cùm quia principaliter datum fuit ad petitionem, & ob merita ex gra-
tia in principio Iohanni & Conrado, vt conſtat ex tenore conceſsionis inueſti-
turæ ſuprà relatæ.& benè declarat Bal.in proœmio feudorum: Et iſta principalis
intentio principis vel domini concedentis eſt in conſideratione & præponderat:
ex quo fuit motus gratia,liberalitate & beneficentia ſua, arg.l.ſi quis nec cauſam,
cum concordãtibus ibi per moderniores traditos.ff.ſi.cert.pet. Et ſic principaliter
non eſt habita conſideratio ſuper alia pecunia. Nam licet feudum videatur datum
reſpectiuè propter ſeruitia, vel propter aliqua alia datum, quæ debet præſtare
vaſallus: tamen præponderat ſeruitium beneficio, & dicitur beneuola conceſsio.
l.Titius puerum.ff.de obſequijs liber.facit quod notat Bal.in d.l.qui ſe patris. &
in l.2.C.de liber.& eorum liberis.& in l.1.§. in primo.C. de cadu. tollen. Et de- 470.
nominatio fit à potentiori.l. quæritur. ff. de ſtat. homi. Imò ſi dominus liberaret
vaſallum ab omni ſeruitio,non propterea deſinit eſſe feudum,ſecundum Io. And.
in addi.Speculi in rub. de feud. & Bald.in l.1.in 16.q.in 4.col.ff. de rer. diuiſ. &
in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. tum quia etiam in vltima inueſtitura Phi-
lippi de A.de aliqua pecunia non eſt habita mentio & conſideratio, vt patet in-
tuenti illam:tum quia non fuit datum aliquo precio integro, imò nullo, & ad nul-
lum ſeruitium: ergo non procedit,nec poteſt habere locum obiectio, quæ etiamſi
in ſe eſſet vera alias & regularis: tamen propter prædicta non habet locum in ca-
ſu noſtro,in quo nullum precium domino eſt ſolutum, vel non integrum, neque
ad nullum ſeruitium:ergo non procedit,maximè,quia gratia & merita præponde-
rant,vt dixi & oſtendi ſuprà.

Decimò reſpondetur,dato vel conceſſo,ſalua veritate, quòd illa doctrina
tenentium,fœminas in feudo emptitio ſuccedere, haberet etiam locum in caſibus,
in quibus feudum fuerit emptum ab alijs quàm domino, quod tamen videtur ex
prædictis minimè verum eſſe.& hoc etiam, quod fortius eſt, nullus quem ſaltem
viderim dicit,adhuc non procederet illud,neque haberet locum in propoſito no-
ſtro.Quia cùm feudum ipſum fuerit alienatum vel venditum ſine conſenſu domi- 471.
ni,ipſe alienans ſeu vendens cecidit à iure ſuo, & perdidit emens ſcienter preciũ.
d.c.1.de prohib.feud.aliena.ꝑ Lotha. & in d.c.1. in princ. & §.1.&§.callidis.de
prohib.feud.aliena. faciunt ea quæ habentur in l. non dubium. C. de legi. & re-
uertitur feudum vel ad dominum, vel ad agnatos, vt latè dixi in prioribus funda-
mentis. Quodcunq; horum dixeris,habebo intentum.Si enim ad dominum, non
debet neq; poteſt de manibus ſuis illud eripi,cùm habeat cauſam legitimam in iu-
re fundatam in proximis & alijs diuerſis locis:ſi verò ad agnatos, tunc minus ha-
bet obſtare.Quoniam in familia A.nulli ſunt,& ideò ad eos qui non ſunt, deuol-
ui non poteſt, ad agnatos exiſtentes de familia V. autem,ſi deuolueretur, non eſt

 curandum.

curandum. quia in hoc iudicio vel in compromiſſo non comprehenduntur, nec poſſunt actrices vel eorum hæredes ſe iſto iure tanquam tertij iuuare, per ea, quæ latiſsimè dixi ſuprà. Et maximè ex quo in propoſito noſtro non venit, aliquo modo diſcutiendum, quid iuris ea familia habeat, vel etiam conſequi debeat, cùm eius nomine non ſit actum, neque petitum quicquam, pendeatq; lis inter eam, & dictum Marchionem ſuper eo in iudicio cameræ Imperialis, quod ſolum etiam tollit obiectũ. Litis etenim pendentia impedit, ſaltem allegata, litis ingreſſum. Sunt etiam omnes illi de familia V. inſuper præſcriptione ſubmoti, vt clarius deduxi ſuprà. Quæ aliter hic non repeto neque traduco, ibi ſi opus fuerit videnda, nunc breuitati ſtudendo omiſſa.

Vndecimò reſpondeo, ponendo falcem ad radicem obiectionis, nec opus eſt vlterioribus verbis: quia etiam dato, ſine veri præiudicio, quòd ſcilicet feudum eſſet emptitium, iuſto & integro precio emptum ſeu acquiſitum etiam à domino feudi, vel etiam ab aliquo vaſallo de conſenſu domini: & quòd inſuper & tunc haberet locum illa opinio, quòd in feudo emptitio ſuccedant fœminæ: Poſito etiam, quòd & datum eſſet ad nullum ſeruitium, quæ prorſus ſunt falſa, vt demonſtratum eſt in proximè præcedentibus demonſtrationibus, reſponſionibus formalibus: tamen adhuc fœminæ vel ſorores earundémque liberi, alia ratione admitti non poſſent, neque deberent, quoniam illa procederent & eſſent vera, quando feudum ſimpliciter eſſet conceſſum, ſecus autem, quando tenor inueſtituræ vel inueſtiturarum omnium illas excludit: puta quando dicitur in eis, pro ſe, filijs, & deſcendentibus maſculis, vel in feudum maſculinum. quibus caſibus fœminæ excluduntur ſecundum Hoſtienſ. Goffredum, & Iohannem Andre. & alios in c. Raynaldus, vbi ponderant textum, in verſ. maſculis, ad excluſionem filiarum, aliàs admitterentur, extrà, de Teſtament. Quos refert & ſequitur perpulchrè deducendo dominus Abbas Panormitanus, in conſil. ſuo 36. in 1. volum. vt latè comprobaui ſuprà. Et vltrà ibi deducta illud refert & ſequitur dominus Franciſc. de Curt. in ſæpe allegato conſil. 49. in 7. colum. in fi. dicens in caſu ſuo illud claudere ora aduerſarijs, qui clauſis oculis conſulere & allegare voluerunt, quòd vigore inueſtituræ factæ, fœminæ admitti deberent, quod eſt impoſsibile, ſtante tenore inueſtituræ, prout etiam ſtat in propoſito noſtro. Quoniam in omnibus & ſingulis ſæpè ponitur & repetitur verbum in feudum maſculinum. qui quidem

472. tenor præponderat in contractibus, vt probat textus in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fine. & in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. ibi: quærentibus inſpiciendus erit ſermo ſtipulationis. ff. de verb. obligation. & præſertim in materia feudali, in qua tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudali, & vim contractus oſtendit. Et ideò ad tenorem inueſtituræ ſemper eſt

473. recurrendum. Bald. ſignanter in præludijs feudorum, in diuiſione quarta, per textum in c. ſi cui militi. in tit. de extraordi. capitul. Conradi, ibi, vt in feudum tradi ſolet, regulariter ſermonem inueſtituræ: nec non vim verborum & ſenſum contrahentium intuentes. Idem dixit Bald. in l. fi. C. de ſuis et legit. hæred. per illũ textum, quòd ante omnia inſpicere debeamus tenorem inueſtituræ, & qualitatem verborum, & in c. 1. §. denique. in tit. quæ fuerit prima cauſa benefi. amitten. vbi dixit ſignanter, quòd præciſa eſt forma inueſtituræ, à cuius tenore non eſt recedendum: per tex. in c. 1. de duobus fratri. à cap. inueſtitu. Quem notant ibi omnes poſt Baldum dicentem ipſum eſſe egregium. Idem voluit Romanus in conſilio primo & 33. incipiente: Viſo inueſtituræ tenore. ad finem, vbi dixit, quòd tenor inueſtituræ ſeruandus eſt ſemper ad literam, quamuis repugnet naturæ feudi. Idem Romanus in conſil. 494. incipiente: In caſu propoſitæ conſultationis, in princip. vbi dixit, tenorem

rem conceſsionis feudi omni naturæ feudorum præponderare: per textum in d. c. 1. de duobus fratrib. à cap. inueſt. ibi: propter tenorem inueſtiiuræ inſeruimus. & ideò Laudenſ. in c. 1. in princ. in 1. colu. in tit. qui feud. dare poſſ. dixit: quòd vna eſt maxima in feudis, quòd ante omnia inſpiciendus eſt tenor inueſtiiuræ, derogans omni iuri feudali. Quia in feudis forma agendi eſt ſeruanda, ſicut in alijs contractibus. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſit. & dixi latius ſuprà in 82. fundamento: ergò id iterum in propoſito noſtro non ſuccedit, quod dicunt præfati doctores.

Duodecimò, reſponderi poteſt ad illam obiectionem, iterum inhærendo tenori inueſtiiuræ, ſeu etiam literarum reuerſalium, quæ expreſsè dicunt, quòd Ioannes & Conradus, & demum Philippus de A. receperint illa in feudis ita renunciatum vel refutatum: & inſuper ad petitionem taliter etiam eis conceſſum fuerit, ſicuti vel quemadmodum habuerit eadem ipſe Bernhardus venditor, & alij de V. in feudum, vt illud patet intuenti literas ipſas in diuerſis locis: & præcipuè inprimis ipſius Ioannis, in duobus videtur literis refutationis Bernhardi de V. inſertis, ibi: Nemlich Bernolts von Vrbach meines Vettern: vnd Hanſen von Vrbach / meines Vettern / bayder ſeliger gedächtnuß thailen: in maſſen / vnd mit ſolcher zůgehörde: wie ich die von ewr F. G. zů lehen gehabt / auff vnd vbergeben hab rc. Et poſtmodum in petitione & confeſsione receptionis, ibi: Vnnd hat mir die benanten zway thail / mit jhrer zůgehörung / wie der vorgenant Bernholt die von demſelbigen meinem gnedigen Herrn zů lehen gehabt vnnd getragen hat / zů rechtem Mannlehen gnedigklich gelihen / vñ ich hab die auch alſo von ſeinen gnaden empfangen. Vnd rc. Sed ſic eſt, quòd Bernhardus et omnes alij de V. habuerunt, poſſederunt & tenuerunt in feudum maſculinum, vt patet inprimis ex literis ipſius Bernoldi de V. ibi: Zů rechtem Mannlehen leyhe. Deß hat er angeſehen mein fleißige bit / vnnd redliche forderung: vnnd hat mir dieſelbige güter vnnd lehen / zů rechtem Mannlehen gelihen rc. Item ex reuerſalibus Eberhardi de V. notatis litera G. in eiſdem verbis. ibi: Zů einem rechten Mannlehen gnedigklich leihen wolt rc. Et demum ibi: Vnnd hat mir die vorgeſchriben lehengüter / in Mannlehens weiß gnedigklich gelihen rc. Præterea ex reuerſalibus Bernhardi de V. venditoris, & inſuper venditione ſimiliter illud exprimunt, ſicuti & Iohannis de V. & Bernoldi eius filij litera C. deſignatis & D. et deinceps notatæ: & ſimiliter multæ literæ feudales Marchionum actis inſertæ. Si ergo in illa familia de V. fuit vel fuerint illa bona feudalia maſculina, ita erunt etiam et fuerunt in familia de A. propter dictionem, ſicut vel quemadmodum, de qua vltima, quòd ponatur in literis cõparatiuè vel ſimilitudinariè, eſt l. 3. §. ſi duobus. et ibi gloſ. in verſ. vtrique. 474
ff. de adimen. lega. l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. quemadmodum. de agric. & cenſitis. li. 10. & Bart. & alij in rubri. ff. ſolut. matri. in 3. col. in verſ. quæro primò. & exponitur, ſicut, id eſt, vt notatur in gloſ. 1. in l. cùm poſt. ff. quando acti. de pecu. eſt annal. de verbo, ſicut, ponunt Bal. & docto. in l. edita. C. de eden. Bart. in conſilio incipiente: Teſtator legauit. c. clerus. 21. diſt. in verſ. ſicut epiſcopi. de ſacra vnctio. c. 1. in gloſ. ſuper verb. ſicut. & verb. ſicut à me poſſeſſa ſunt. in l. prædijs. §. principio. ff. de leg. 3. Vnde ceſſante familia de A. ceſſauit feudum, fuitq́; reuerſum ad dominum ipſum Marchionem: ſicuti aliàs per deficientiam familiæ de V. fuiſſet factum, ſi huiuſmodi alienatio non interueniſſet, non obſtante iſta obiectione per iam dicta, & quibuſcunque alijs.

Tertio decimo reſpondetur, quia literę ſeu inſtrumenta cuiuslibet diſpo-

475. ſitionis,& præcipuè etiam inueſtituræ & reuerſalium,ita debent intelligi & interpretari, vt non contineant repugnantiam, & quòd ſibi non contradicant, textus eſt in c. inter dilectos. §. cæterum. de fide inſtrum. ibi: cùm iuxta legum ſanctiones, quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poſsit, & cætera, quæ ad hoc allegauit dominus Abb. in c. cùm in. de teſtibus. facit textus in l. nam ad ea. in princip. ff. de condi. & demonſt. & notat Barth. in l. fi. §. idem quæſitat. ff. de condi. indebiti. et propriè de inueſtitura feudi hoc tradit Paul. de Caſt. in conſil. 162. incipien: Circa id quod quæritur. col. 2. Poſſet fortè procedere contrarium ſeu obiectum, quando in literis feudalibus hoc verbum in feud. maſculinum non eſſet expreſſum, fuiſſetq; emptum à domino, & integro precio, quæ omnia hîc deſinunt vel deficiunt: ergo non ſuccedunt fœminæ: maximè autem etiam ne repugnantia oriatur vel ſit. Dicere enim quòd fœminæ ſuccedant,& quòd feudum ſit vel dicatur maſculinum, ſe nullo modo compatiuntur, & ſibi inuicem repugnant: & facerent deficere actum vel viciari. l. per ſeruum. §. fi. ff. de vſu & habit. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Quod
476. non eſt fiendum, ſed interpretatio taliter facienda, vt actus potius valeat, quàm pereat. l. quotiens. in fi. ff. de re dub. l. quotiens. ff. de verb. obliga. Floria. in l. tradendum. ff. communia prædi. notatur in d. c. inter dilectos. de fide inſtru. c. contra eum. extrà, de reg. iur. in 6. Specu. in titu. de inſtru. edi. §. 12. verſ. item vide. Quinimò ex quo verba ſtipulationis vel pacti in ipſa inueſtitura ſunt clara, non eſt alia facienda interpretatio. l. ſi mihi & tibi. §. fi. ff. de verb. oblig. &
477. ſi quæ fienda ſecundum ius commune erit facienda in dubio, ſecundum Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. verſic. ſed iſto caſu. ff. de oper. liber. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebelli. cum concordantibus in eiſdem locis & alibi allegatis. Et maximè cùm verba etiam inueſtituræ non conueniant fœminis: ergo nec diſpoſitio. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. l. 4. §. totiens, de dam. infect. & ibi omnes, cum ſi. inferius allegandis.

Quarto decimo poteſt, & quidem multum ſolenniter, reſponderi, quòd ſcilicet poſito, & non conceſſo, in feudis ipſis ſeu eorum literis inueſtituræ & reuerſalibus, illud verbum maſculinum feudum non fuerit expreſſum: tamen in
478. dubio ſic erit intelligendum in materia feudali, ſcilicet de hæredibus maſculis, prout loquuntur c. 1. de aliena. feudi. & in c. 1. §. profectò, de lege Conradi, ibi: ſuiſq; hæredibus, quod intelligi debet de ſolis maſculis, vt notatur in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebelli. cum ſimilibus ibi per moderniores: & etiam ſuprà in q. 15. fundamento copioſè allegatis. & quæ dixi in 16. fundamento. & quod peregregiè, & in fortioribus terminis voluit Bal. in c. 1. §. donare. colum. 2. verſic. ſed dubitari poteſt, in tit. qualiter olim feud. alien. pot. vbi inquit, quòd feudum
479. conceſſum tibi, pro te & hæredibus tuis quibuſcunque, illa dictio, quibuſcunque, reſtringatur, ita quòd fœmina non includitur. & refert & ſequitur Alexand. de Imo. in conſil. 30. incipiente: Quoniam omne. colum. 5. in 1. vol. & idem Bal. in l. cùm verum. C. de fidei commiſſ. col. fi. vbi propriè loquitur in materia feudali, & dicit, quòd illa verba, pro quibuſcunque hæredibus, de habilibus intelliguntur, à fortiori hoc erit dicendum, in caſu, vbi verba non ſunt ita vniuerſalia, ſed ſimplicia, imò reſtricta ad maſculinum. Ad quod facit, quia verba genera-
480. lia intelligi debent ſecundum naturam rei deductæ in contractu, vt notat Bald. in rubri. C. de contrahen. empti. 12. q. vbi allegat Inno. in c. ex literis. de iure patrona. & idem Bal. in l. à procuratore. C. mandati. in verſ. non ergo. Reſtringendo ergo in propoſito hæc verba ad maſculos, vt fieri debet, maximè quando exprimitur illud in literis, ſecundum quod fit in iſtis literis feudalibus & inueſtituræ, & reuerſalium, certè non poſſunt ſuccedere fœminæ etiam in emptitio feudo, per iam dicta. Et ſic non habet obſtare obiectum, præſertim coniuncta

expreſsione

expreſsione maſculinitatis, quæ excludit abſque dubio fœminas per iam dicta, & in feudis ſtandum eſt ſcripturæ in tantum, quòd ſufficit ſic eſſe ſcriptum, vt in Specula. de recuſa. §. ſed nunquid vna. & de appella. §. vni.

Quinto decimo & vltimo reſpondetur, quia dato etiam, quòd illa verba pacti de retrouendendo aliquid operarentur, & quòd feudum foret emptitium, & propterea deberet feudum deuolui etiam ad fœminas, tamen quia hoc hactenus non fuerit obſeruatum, neque in vſum deductum: quia mortuis Iohanne & Conrado de A. ſucceſsit ſolus Philippus de A. tanquam maſculus, excluſis ſororibus iuxta tenorem inueſtituræ, ſeu literarum feudalium et reuerſalium, quare de eo non curandum, nec vlterius diſputandum erit, arg. eorum, quæ habentur in l. 2. C. de conſtit. pecu. coniuncta l. omnem. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. & quod voluit Barth. in l. beneficium. in vlti. quæſt. ff. de manda. princip. vbi etiam Alexand. de Imo. et quod volunt omnes in l. falsò, præſertim moderniores Papieñ. C. de diuerſ. reſcript. & maximè cùm etiam in eis de fœminis
vel ſororibus verbum nullum. Huiuſmodi enim literæ vel inſtrumenta tantum 481.
probant, quantum eorum verba cantant, & non plus, ſecund. Ang. in l. intereſt. C. de ſolutio. et quia, vt dicit Bald. in c. per venerabilem. de elect. vbi inſtrumentum non cantat, nec ego cantabo: & vbi nõ loquitur inſtrumentum, nec nos loquimur. Bal. in c. Rodulphus. de reſcript. Sed hic ſeu in propoſito noſtro omnes inueſtituræ, & etiam literæ reuerſales cantant, & exprimunt tantùm de maſculis, ſeu feudo maſculino: ergò nos non debemus cantare de fœminis vel ſororibus: præſertim cùm clarum ſit, quòd iſta verba excludunt fœminas, nec poteſt iſte terminus maſculus verificari in fœmina, vt tradit Abb. in ſuprà allegato conſil. 36. incipiente: Videtur primò. li. 1. vbi inquit, quòd iure cautum non reperitur, quòd appellatione maſculi, fœmina comprehendatur. & notatur in c. Raynaldus. de Teſta. cum ſimilibus, vt ipſe ibi latè proſequitur. Et talis forma inueſtituræ, quòd in feudo etiam emptitio, quando maſculus vel maſculinum feudum exprimitur, quòd fœminæ non admittantur, conformatur cum iure communi, quo cauetur, quòd fœmina in feudo regulariter non ſuccedit, iuribus ſæpè ſuprà allegatis. Et cum iſto caſu ita ſicut de iure communi ex tenore inueſtitu-
ræ deponatur excluſio fœminarum, efficacior & fortior videtur. ar. glo. in c. ve- 482.
rum. de condi. appoſit. in glo. 2. facit textus in §. ſanctiſsimas in ante. de aliena. & emphi. & quod notat Bal. in c. 1. §. præterea de capitu. Conradi. cum ſimilibus traditis per Alexand. de Imo. l. 4. §. diui. col. 1. ff. de lega. 1 & Areti. conſil. 22. incipien: Diligenter & maturè. Ac dominus Philippus Decius in conſil. 193. diligenter conſideratis omnibus. in 1. col. Vnde cùm ſimus in propoſito noſtro in claris, non eſt opus coniecturis vel diſputatione vlteriori. l. continuus. §. cùm ita. de verb. obliga. cum concordantibus. Et ſic nullo modo habet obſtare obiectum, nec iura ibi adducta.

Ad vigeſimam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt nouem modis reſponderi. Et inprimis, quòd illa opinio Bartho. & alibi ſequacium ibidem relatorum. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obliga. fortè non eſt vera in feudorum materia, vti oſtendi in 107. fundamento. & expreſsè hoc voluit Romanus in conſil. 70. incipiente: Viſis themate & quæſtione ſuprà poſita. in ſecund. colum. ibi: non obſtant

obſtant not. domini Barth. in prællegata l. 1. §. permittitur, quia dicit ipſe, poteſt dici illam veram non eſſe, vt aliàs conſultus ſuper hoc reſpondit Io. de Imo. & alij in locis ſtatim allegandis, vbi videndum. & data veritate eius, adhuc non obſtat, quia & ſic ſecundò reſpondetur. Bartholus ipſe ibidem non loquitur in filia vel ſororibus et fœminis incapacibus feudorum, ſed in agnatis & maſculis. ibi, dum dicit gloſ. ſimile in inueſtitura feudorum. Nam mortuo vaſallo, de facili poteſt impetrari hæres maſculus, & ſibi debet concedere feudum, alleg. c. omnes filij. ſi de feud. fuer. controuerſ. & in c. 1. quo temp. inueſt. milita. fac. poteſt. Quæ iura ſimiliter non loquuntur in fœminis, ſed maſculis. Quare eius dictum ſecundum illa erit intelligendum per iura vulgaria. Sic & alij, maximè Iaco. de Imol. ibi: & in c. 1. de loca. & in c. penul. de poſtula. præla. ſub dubio forte dicit hoc non fore verum, quia dominus finita linea, ſi velit alteri concedere, vtitur iure ſuo: & ideò nemini facit iniuriam. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. & ad §. permittitur, reſpondet, quòd licet poſsit dici largè iniuria, non tamen ſtrictè, quòd taliter poſsit appellari, quia hoc ibi non dicitur. Pro qua opinione optime facit textus in c. ex parte. in verſic. liberè. extrà, de feud. Quod etiam per illum textum, & quædam alia fundamenta, ſequitur Andre. Barb. reprobando opinionem Barth. in c. 1. in 5. & finali colum. de loca. extrà. Et ita etiam reſpondent ad illa iura plerique alij poſt ipſum. Vnde ſic etiam ad authoritatem Alex. de Imo. dici poteſt, quòd ipſe in d. l. ſi mihi & Titio, dicit ſe vidiſſe opinionem Bart. propter eius authoritatem ſeruari in practica. Quod tamen in puncto iuris non videtur benè probari etiam ad dictum §. permittitur, eſt reſponſum ſuprà: & quòd alia iura allegata per Barth. non videntur aliquid de hoc dicere: & reſpondet quibuſdam alijs iuribus pro opinione Barth. adductis, vt ibi latè per eum. Ita & eodem modo dixit etiam Franc. de Areti. in præmemorato loco, in 6. col. ibi: non tamen ſi benè memini, admittebantur ſimpliciter ad petendum ſibi feudum concedi, ſed ad redimendum feudum pecunia. Et ideò ſi emphiteota nouus, ſecundum eum, ſimpliciter concedi ſibi peteret, quod ſuo generi fuerat conceſſum, non eſſet audiendus: & hoc de iuris ſubtilitate dicit eſſe verius, allegando Io. de Imo. vbi ſuprà. Quia contractus ex conuentione legem recipiunt. l. contractus. de reg. iur. li. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. vt ibi latius per eum: non aliter illud affirmans, niſi quatenus mouet Barth. authoritas &c.

Ad authoritatem Romani in ſuis conſilijs, & inprimis 22. reſpondetur, quòd ipſe ſit ſibi contrarius, in conſilio 70. & conſilio 292. Quare non audiendus. per l. 1. C. de furtis. Et præterea etiam ſecundò vel tertiò reſponderi poteſt, ſibi & alijs omnibus ſequacibus, quod loquitur in emphiteoſi, in qua licet finita, tamen perſonæ petentes renouari illam, ſunt aliàs habiles ad ipſam: quia in eadem & fœminæ & mares de genere ſunt capaces, quod non eſt in feudo, vbi vel in quo tantùm maſculi ſunt vel cenſentur habiles, vti ſæpè viſum eſt ſuprà. Vnde ſecundum intentionem ipſius, etiam quando vendicaret ſibi locum in feudo, in agnatis & maſculis tantùm procederet. Et ita illam regulam vel doctrinam intellexit dominus Franciſc. de Curt. in ſuo conſil. 49. in 8. col. dicens: Secundò memoria repetimus, quòd vbi conceſsio feudalis vel emphiteoſis finitur per generationem, illud feudum, & illa emphiteoſis potius eſt renouanda agnatis maſculis, quàm alijs perſonis. Et ita refert & intelligit dicta Barth. & Alex. ſuprà relatorum, vt ibi latè per eum. In quibus terminis non ſumus. Non enim agnati, qui etiam non ſunt, ſaltem maſculi, ſed ſorores & fœminæ, & ſic inhabiles renouationem petunt, de quibus ipſi non loquuntur, neque de eis ſentiunt, vti etiam expreſsè innuit Specula. in dicto loco, dum dicit, qui poſsit in feud. ſucce. & eſt caſus & deciſio Bald. expreſſa. in c. 1. quemad. feudum ad fil. pertin. in vſibus
483. feudo. vbi textus clarus, ſi quis ſine filio maſculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habet beneficium patris, niſi à domino redemerit. Si autem ei dominus

minus dare voluerit propter ſeruitium & amorem patris, non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, & ſic ibi feudum fuerat reuerſum ad dominum, & nec filia vaſalli, nec agnati eius habeant ius in eo. Ex quo Bal. colligit argumentum, quòd finita emphiteoſi, ſi Abbas vult reformare filiæ & non cohæredibus emphiteotæ, quod poteſt, ſed non aſtringitur: & ſecundum eum dubium ibi videbatur eſſe, quaſi decentius ſit agnatis reformari, quàm dari filiæ. arg. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. et æſtiua: & tamen contrarium ibidem deciditur ibi. et ſic Bald. ſentit contra Bart. cum textu ibidem.

Inſuper non omittendum, ſi quiſpiam diceret: hic non ſolùm loquimur de ſororibus quinque & earumdem filijs, & ſic de fœminis, & ſimilium linea, ſed præterea etiam maſculis, vt ſunt agnati de V. & quidem habiles ad feudum & ſeruitia domini: vnde ſaltem theorica Barth. & aliorum ſuprà relatorum vendicabit ſibi locum. Ad quod vltra reſponſiones ſæpius datas, quòd illi de familia V. non ſint comprehenſi in compromiſſo: præterea etiam non ſint legitimæ perſonæ in hoc iudicio, & quòd actrices non poſsint ſe iuuare in iure illorum, tanquam tertij, vt in diuerſis locis comprobaui, poteſt adhuc multis motis reſponderi. Vnde & quidem

Quartò reſpondetur, quia data etiam veritate opinionis Barth. tamen illa omnium vno ore intelligitur & procedit, quando emphiteoſis eſt finita per generationem, vel temporis lapſum, vti etiam Bartho. & ſequaces per expreſſum dicunt & loquuntur. Aliâs autem, & quando finitur per culpam vel alienationem: quoniam tunc ſecus, & nullo modo vendicaret ſibi locum dicta doctrina Bartholi. Ita apertè dixit Alex. de Imo. in d. l. ſi mihi & Titio. in penult. colum. in verſi. & ſimiliter dico: et hoc per text. in c. 1. in titu. ſi vaſall. feu. priue. in verſ. gratiam facere. Quod verbum denotat liberam facultatem. c. ſi gratioſe. c. gratia. de reſcriptis. li. 6. & idem tenuit Romanus in præalleg. conſil. 292. incipien: Quo ad pactum, quo quæritur. et in emphiteota firmat Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 78. Bart. in l. eum qui. de interdict. & relega. Bald. in l. 2. C. de liber. & eorum liber. et in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. Sali. in l. 2. in 22. quæſtione. C. de iure emphi. Pet. de Anch. & Imo. in c. ex parte, de feud. Et eſt ratio, quia ſi talis culpa excludit ſucceſſores comprehenſos inueſtitura dicto c. 1. ſi vaſallus feudo priuetur: ergò multò magis alios non comprehenſos, arg. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. c. quemadmodum. de iureiur. Sed ſic eſt, quòd in propoſito ipſum feudum non fuit finitum per generationem in familia de V. ſed culpa alienationis ſine conſenſu domini, vt latè dixi in fundamentis: ergò in terminis noſtris non vendicabit ſibi locum dicta doctrina Barth. & ſequacium. 414.

Quintò, reſponderi poteſt iterum vnó ore, & omnium quidem, vt illa doctrina habeat locum, quando proximiores illi finita linea non ſunt negligentes 485. per annum in petendo ſe renouari, ſecundum Romanum in l. prætor. §. fi. ff. de noui oper. nunc. in additionibus nouis. & in conſil. 70. præallegato. in 2. col. in verſic. non obſtant. notat Barth. in l. 1. §. permittitur. Quia poteſt ſecundum eum dici illam veram, vt aliâs conſultus latè ſuper hoc reſpóndit apud Ariminium, vel aliter dicit ipſe dici poterit illam ſententiam Bart. intelligi debere, ſi agnati eiuſdem progeniei infra annum conceſsionem de nouo ſibi fieri impetrauerunt. Anno enim perimitur ius illud reſulians ex ſententia Barth. allegando per hoc in ſimili textu in c. Titius. ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agna. & idem Roma. in dicto conſil. 28. incip: Propoſitæ mihi quæſtionis. & refert et ſequitur dominus Alexand. de Imo. in d. l. ſi mihi & Titio. in vltima colum. in verſic. item limita opinionem Barth. et Franciſ. de

Aret.

Aret. poſt eum, vel cum eo ibi in 4. colu. & And. Bart. in d. c. 1. de loca. Quam etam refert & ſequitur dominus Franciſci. de Curt. in tractatu ſuo feudorum, in 2. parte. 15. q. in finalibus verbis ſuis. Sed quo ad familiam V. nedum annus: ſed vltra 50. annorum curricula tempus eſt lapſum: ergo &c.

Sextò, poteſt reſponderi ſecundum Alex. de Imo. in conſil. 10. vol. 3 colum. vltima, quòd poſito illa deciſio eſſet vera, quam tamen ſecundum eum multi improbant, nihilominus poſſet ſolùm procedere, quando linea comprehenſo-
416. rum inueſtitura eſt finita, & tamen ille qui peteret ſe de nouo inueſtiri, eſſe hæres illius inueſtiti prædefuncti: ſecus ſi alius eſſet hæres. Ita ſecundum eum conſuluit Io. de Imo. incipiente: Quidam Ancho. de Panno. &c. facit, quod dicit Bart. in l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebell. & in l. vt iuriſiurandi. §. liberi. ff. de oper. liber. Ita etiam ſonant verba gloſ. & doct. in d. §. permittitur. Vnde ſi illi qui peterent ſe de nouo inueſtiri, non eſſent hæredes vltimi deceſſoris, non audiuntur, ſed illi de V. in propoſito etiam non ſunt hæredes ipſius Philippi de A. vt patet ex actis: ergo ipſi non gaudent huiuſmodi beneficio theoricæ Bartholi.

Septimò reſpondetur, quia illud dictum Barth. & aliorum procedit, &
417. eſt verum, re exiſtente integra, et nemini ſeu nulli alteri adhuc conceſsione facta; ſecus autem ſi alteri anteà conceſsio facta fuerit. Ita per expreſſum voluit Ludo. Romanus in d. ſuo conſil. 70. verſic. 3. poteſt dici. & refert et ſequitur dominus Alex. de Imo. in dictis locis, maximè in dicta 10. q. in fine benè dicit, non procedere etiam id quod dicit Bart. in d. §. permittitur: ſi antequam tales agnati peterent ſe de nouo inueſtiri, epiſcopus iam inueſtiſſet alium, & ſic res deſijſſet eſſe integra, alleg. Lud. Romanum, vbi ſuprà. arg. c. quamuis. de reſcriptis. in 6. notatorum. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Sed attentis perſonis de familia V. iam dudum conceſsio fuit facta alteri, videlicet illi de A. ergo non poſſunt per amplius vti illo beneficio, de quo per Bart. in d. §. permittitur, et in alijs ſuprà allegatis.

Octauò, reſponderi poteſt, ponendo falcem ad radicem, quòd dato etiam, quòd illud beneficium Barth. in propoſito competeret, vel exiſtentibus de familia V. vel etiam ſororibus ipſis de A. ſeu eorum liberis, quod tamen minimè verum videtur ex iam dictis, tamen non releuaret actrices, cùm quia vel ius tertij, vel ſi eſſet proprium eorum, tamen non eſſet deductum in iudicio, neque ea forma obſeruata. Quoniam non appellatum, nec ad æſtimationem iniuriæ vel intereſſe actum, neque etiam quicquam probatum. Quare ſuper eis obtinere non poſſunt, per ea, quæ habita & viſa ſunt ſæpè ſuprà: maximè autem 13. 14. 15. 16. 17. 18.
418. 19. 20. & quibuſdam ſequentibus fundamentis. Quando enim competit vna actio, & competit alia, vel probatur in alia, non poteſt quis obtinere agendo, ſed reus omnino eſt abſoluendus, & imputet ſibi cur illam ineptam, vel ſaltem non competentem elegerit, patet ex his, quæ habentur in l. ita vt ſi fur. ſl. commoda. in gloſ. & in dictis locis copioſè allegatis.

Nonò reſpondetur, quia data etiam habilitate perſonarum actricum, tamen cum theorica Bart. & ſequacium loquatur & intelligatur, quando dominus vult emphiteoſin vel feudum alteri concedere, hoc caſu cæteris paribus præferantur agnati, imò etiam filiæ alijs extraneis, hoc non eſt omnino alienum à ratione, ſed poſſet etiam aliquid æquitatis in ſe continere: dummodo tamen agnatus det & faciat, quod facturus eſſet ille extraneus, vt oſtendi ſecundum Franciſc. de Aret. ſuprà in reſponſionibus huius obiectionis, tamen, quando dominus vult
419. retinere pro ſe, & nulli infeudare, vel in emphiteoſin concedere, ſed menſæ ſuæ incorporare vel imburſare, certè nihil eſt, quod obſtet, quò minus hoc facere poſsit,

per ta

per ea quæ habentur per doct. in dictis locis. & l. ne cui. C. loca. vbi caſus in fortioribus terminis. & poteſt dicere dominus ſaltem hoc caſu, quo ad te liberas ædes habeo l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendi. l. ſi. ff. de rei vendi. Repellent ergo iudices eadem ratione etiam ſola actrices actione carentes, ineptũ quoque lacerent libellum, vel ſaltem ab eo abſoluent. l. vbi pactum. in gloſ. C. de tranſactio. in l. vnica. vt quæ deſinit aduoca. in l. 1. ff. de aſſeſſo. in l. qui tamen maior. §. ſi præſens. in gloſ. de bonis, quæ liber. l. ſicut. C. de ſacri. & pãga. c. 1. & quod ibi per Imo. de off. vica. cum ſimilibus. Et ſic non habet obſtare obiectio, maximè etiam attenta conſuetudine regionis, quam notoriam habemus, vt domini ſic retineant, vel incorporent ſibi ipſis, præſertim eccleſiaſtici, & quorum eſt res anguſta domi: ergo &c.

Ad vigeſimam primam obiectionem.

AD iſtam obiectionem reſpondetur, fatendo illam quatenus concernit ipſos agnatos, quoniam illis, vt habetur in obiecto, per iura & authoritates ibidem adductas magis fauendum in dubio, quàm domino feudi. Et non mirum, quia illi ſecundum magis cõmunes regulas feudorum ſuccedunt in feudalibus rebus, iuribus vulgaribus, & proximè allegatis, non autem ſecundum terminos noſtros. Sic eſt in fœminis, vel filiabus, ſeu etiam ſororibus, quæ regulariter nõ ſuccedunt in feudo, niſi expreſsè dictum vel conuentũ fuerit de eis. Quare tunc non illis fauendum eſt, ſed domino feudi, cùm quia reus vel cõuentus eſt per regulam fauorabiliores. de regul. iur. cum concordan. in nono fundamento plenè allegat. tum etiam quia habet ius commune pro ſe, arg. eorum, quæ habentur in gloſ. ordinaria Io. An. rubr. de reg iur. li. 6. circa fin. Eſt enim certa doctrina, quòd habens regulam profe. dicatur, habere fundatam intentionem, adeò, quòd dicens aliquem caſum excipi à regula teneatur pręciſè illam probare. Quod etiam voluit Bart. in l. quotiens. ff. qui ſatiſd. coga. in l. 2. in 1. col. ad finẽ. ff. ſi quis in ius voca. non ier. Bal. in c. 1. colu. 3. extrà, de alienat. iudic. mutan. cauſ. fact. dominus Abb. Panormitan. rubri. extrà, vt lite non conteſt. & benè probat textus in l. ſuus quoq;. verſ. puto. ff. de hæred. inſtituen. c. venerabilibus. verſ. poteſt quoq; de ſenten. excõmuni. li. 6. Ex quo multa oriuntur: & maximè declarat illud, quod dixit Specula. in tit. de officio iudi. §. 8. verſ. quinto: vbi dixit, quòd ſtare debeamus regulæ, quando caſus aliter non reperitur exceptus vel exceptuatus. ſic etiam elicitur ex hoc, quod dixit Bal. in l. 1. verſ. ſed quid deportato. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ſi tutor. C. de ſeru. pigno. da. manu. vbi voluit, ꝙ regulis iuris tenaciter inhærere debeamus, niſi quid ſpecialiter & expreſsè inueniatur, & alij alibi, in diuerſis locis. Quare cùm in propoſito dominus feudi habeat regulã pro ſe, etiamſi cõtentio eſſet inter eum & agnatos, obtinere haberet, niſi aliud oſtenderent: tantò magis in ſororibus, vel etiam filiabus, contra quas clamant iura omnia, ſuprà in diuerſis locis allegata. Pro quo etiam benè facit dictum Bal. in c. 1. de content. inter maſcul. & fœminam, paulò ante finem, dum quærit ibi, quæ ſit ratio, quòd agnatus eſt fauorabilior quàm fœmina, et quàm dominus, reſpondendo vt ibi per eum & alios moderniores. 490.

Secundò reſpondetur, quia illa obiectio dato, quòd etiam in fœminis filia ſcilicet vel ſororibus eadem theorica procederet, & quòd illis etiam in feudalibus fauendum eſſet, quod tamen, vt proximè dixi, minimè verum, nihilominus non haberet obſtare. Quia loquitur & intelligenda eſt, quando ſumus in dubio. Nam tunc illud poſſet procedere. Sed hic ſeu in propoſito noſtro nos non ſumus in dubio, ſed in rebus admodum claris, imò clariſsimis, in quibus non eſt locus coniecturis. vulgata l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille. ff. de lega. 3. l. in obſcuris. ff. de reg. iur. c. inſpicimus. eo tit. li. 6. Benè facit quod voluit 491.

Io. de Imo. in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verb. obliga. per gloſ. ibi dicentem: quòd
vbi verba ſunt clara, non indigent interpretatione, inferens, quòd ſi debeat fieri
compromiſſum, non debebit fieri in his, quæ ſunt clara & aperta de iure, allegat
notata per Barth. & omnes, in d. l. ille. §. cùm in verbis. de lega. 3. vbi decidit
per illum textum, quòd ſtatutum dicens omnes cauſas committi conſilio ſapien-
tis, non procedere in his, quæ ſunt iuris, & non habent dubiũ, ſicut voluit Bald.
in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ. in l. 1. C. de relatio. in l. ancillæ. C. de furtis.
& ſequitur Salice. ibi. Cy. & Bald. in l. cùm proponas. C. de rebus credit. Alex.
de Imo. in conſil. 61. incipiente: Viſa facti narratione. in 2. volu. vbi ad hoc ad-
ducit plures authoritates, maximè conſilium Angeli, quod incipit: In quæſtio-
492. ne vertente inter ſanctum. Quando enim verba legis, teſtis, vel alterius diſponen-
tis ſunt clara, non oportet, neq; debemus à verbis recedere. l. non aliter. ff. de lega.
3. l. pediculus. §. argento. cum gloſ. ff. de auro & argent. lega. gloſ. in l. volunta-
tis. C. de fidei commiſſ. Dy. & Barth. in l. 1. in 1. opp. ff. de iure dot. ita Barth. in
propoſito, ſeu non difformi caſu, reſpondendo ad dictam l. non aliter. in l. in am-
biguo. ff. de rebus dub. & Franciſ. de Curt. in conſil. 29. in 3. col. & ſicuti non
poſſumus allegare voluntatem defuncti, quando ipſe apertè & clarè locutus eſt,
ad detrahendum verbis. ff. de vſufruct. lega. l. ſi alij. & Bal. in l. ſi virum. C. de fi-
dei commiſſ. Sic etiam in legibus claris non debemus ab eorum verbis, & proprie-
tate illorũ recedere dictis iuribus. Nec ſunt verba iuris calumnianda, ſed ſanè in-
telligenda. l. penultima. ff. ad exhiben. l. 2. C. de legib. & conſti. l. præſenti. ff.
de procura. c. propterea. de verb. ſignifi. Specul. in tit. de arbitris. §. ſequitur. de
quibuſdam. verſic. item quæritur, an ſi ritè. Mode. ſi de iure communi dominus
feudi eſt fundatus, & eſt verum, quòd ſorores vt fœminæ regulariter non ſucce-
dant habeantq; regulas iuris communis contra ſe, & dominus Marchio pro ſe, vt
in 71. & plerijque alijs fundamentis, ſi literæ venditionis in diuerſis locis ſuprà
relatis ſunt, pro eo, vt maximè ſunt, ſi tenor inueſtituræ, & ſcripturæ vniuerſales
exprimunt fore feudum maſculinum, vt dictum, ſi actio nulla competit, neque in
poſſeſſorio, cui etiam renunciatum, neque in petitorio, ſi alia vera ſunt, prout ſunt,
vt ex dictis & comprobationibus clariſsime apparet, & conſtat, quæ in funda-
mentis deduxi: erit profectò, & eſt res indubitata, quæ quidem in dubium reuo-
cari neque poteſt, neque debet. per l. eleganter. §. 1. ff. de condi. indebi. ibi: tunc
enim reſcriptis locum eſſe credendum eſt, cùm de ſententia indubitata, quæ nul-
lo remedio attentari poteſt, tranſigitur, per quem textum illud dixit clariſsimus
præceptor meus, dominus Philippus Decius in diſcurſu lectionum: et nouiſsimè
in quodã ſuo conſil. incipiente: Viſo themate ſupta ſcripto. et eſt in vltima ſtam-
pa vel impreſsione conſilium 176. in columna 5.

Ad vigeſimam ſecundam obiectionem.

AD iſtam obiectionem reſpondetur, & quidem realiter, fatendo ipſam, quan-
493. do ſcilicet nullus fuerit in poſſeſsione, neque poſſedit rem hæreditariam vel
feudalem. Et ita loquuntur & intelligenda etiam ſunt omnia iura, & inſuper dicta
gloſ. & doctor. in obiecto deducta vel allegata: ſecus autem, quando aliquis eſt
in poſſeſsione earum rerum, vt eiſdem locis clarè habetur per omnes, & maximè
moderniores poſt alios in d. l. cùm hæredes. & quod eſt fortius, ſtatuta etiam di-
ſponentia, quòd poſſeſsio videatur continuari à defuncto in hæredem, debent in-
telligi, niſi in continenti mortuo defuncto poſſeſsio fuiſſet per alium deprehenſa.
Ita notanter voluit Raph. in l. Pomponius. §. quæſitum. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi
etiam moderniores, Papieñ. & conſuluit dominus Alex. de Imo. in conſil. 83. in
2. volu. Benèfacit gloſ. cùm in l. cùm miles. in princip. in gloſ. mag. in fine. ff. ex
quibus cauſis maio. Sed in terminis noſtris Marchio dominus feudi fuit in poſ-
494. ſeſsione rerum feudalium, ſaltem ciuili. Poſsidet enĩ ciuiliter dominus ipſe feudi

bona

bona feudalia, ſecundum gloſ. ordinariam. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſſ. in l. ſi vt certò. §. ſi duobus. ff. commoda. & vtrobique doctores cum concordantijs ſuis, vt latius dixi in 26. fundamento; ergo obiectum ipſum non concludit, neque procedit aliquo modo in propoſito noſtro, vt ſatis liquet etiam ex deductis in eo.

Secundò reſponderi poteſt, quòd imò Marchio princeps, & dominus feudi illuſtriſsimus, nedum habuit ciuilem, ſed etiam naturalem poſſeſsionem. de ciuili eſt clarum per ea, quæ dixi proximè in reſponſione prima: ſed quòd etiã naturaliter poſſederit, patet ex his, quæ ſcripſi & deduxi ſuprà in 32. & quibuſdã alijs fundamentis. Cõſolidatur namque naturalis poſſeſsio ipſo iure poſſeſsioni ciuili
per mortem vaſalli decedentis ſine legitimo hærede, h. e. maſculo. & ſic abſque 495.
dubio trahit ipſa ciuilis ad ſe naturalem poſſeſsionem. quæ extitit apud vaſallum hoc caſu, vt perpulchrè voluit Bald. in l. 1. q. 41. ff. de rer. diuiſ. in c. cæterum. de iudic. in c. 1. quid ſit inueſti. in l. neque. C. de vſufruct. refert & ſequitur dominus Iaſon de Mayno Mediolanenſ. & cæteri moderniores poſt eum, in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas, in final. verbis. ff. de acquir. poſſeſſ. Ideò poteſt ſine iudicis authoritate de ea re facere ſuum velle & placere. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquiliam. & l. ſi vitem. §. qui ad ianuam. ff. quod vi aut clam. cum ſimilibus ibi allegatis. Quare obiectum, & quæ dicta ſunt in ea, non habent obſtare.

Tertiò reſpondetur, quia dato, ſalua veritate, quòd illa non forent, & quòd ſorores & actrices ita, vt in obiectis habetur, ambobus præcedentibus potuerint ingredi etiam poſſeſsionem rerum hæreditariarum, ſimiliter feudalium, tamen
non releuaret eaſdem. Quia ex quo finitum fuit ipſum feudum per mortem Phi- 496.
lippi de A. certè benè potuit dominus feudi ingredi poſſeſsionem illius etiam propria authoritate, & expellere ipſas, earundemq; filios & maritos detentatores, per ea quæ voluit in ſimili Barth. notabiliter in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. & Bald. in l. 2. in 10. q. C. de ſerui. & aqua. Moderni latè, & maximè dominus Barth. Socyn. digniſsimus præceptor meus, in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſulendo in conſil. 17. colum. final. in fine. verſ. prima concluſio. in 1. vol. à paritate rationis.

Quartò hoc videmus etiam in emphiteota: quoniam licitum eſt domino, illum propria authoritate expellere, poſt temporis curſum, ſeu finita emphiteoſi, vt notatur in l. 2. C. de iure emphit. & ibi doctores, maximè moderniores. &
in authent. qui res iam dictas. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed quod licitum eſt in 497.
emphiteoſi, eſt etiã licitum in feudo, niſi probetur illicitũ, vt notatur in l. de quibus. ff. de legib. & voluit Bald. in terminis, in conſil. 301. incipiente: Proponitur, quod Petrus tenebat in 2. col. verſ. in contrarium videtur. & valet argumentum de emphiteoſi ad feudum, & è contra, vt voluit Specul. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. 40. & verſic. idem quoq; iuris. Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. paulò poſt princip. ff. de operis liber. & in l. quod dicitur. penul. colum. verſic. iudico ad quæſtionem. ff. de verb. obliga.

Quintò iterum dato, quòd hæredes Philippi potuerint ingredi vel occu- 498.
pare etiam poſſeſsionem rerum hæreditariarum & feudalium: illud tamen quatenus reſpicit res feudales, intelligendum erit de hærede habili, vt maſculo, iuxta ea quæ latiſsimè dixi in 104. fundamento Marchionis, vbi illud ad plenum deduxi ibi: Illis ergo poſitis, procedet obiectum: non autem in his, qui non ſunt capaces, ſed inhabiles in feudo, vt fœminæ, qui non bona fide, ſed iniuſtè & doloſè adipiſcuntur poſſeſsionem, refragante cõſuetudine feudorum, per quam repel-

luntur fœminæ, & deſcendentes ab eis. c. 1. §. hoc autem notandum. & ibi gloſ.
& omnes in tit. qui feud. dare poſſ. Gloſ. in c. 1. de contradict. ſucceſſ. in feud.
Roma. in conſil. primo. & cenſentur poſsidere dolo & mala fide contra iura aper-
tiſsima, c. qui contra iura. de reg. iur. li. 6. & l. quemadmodum. C. de agri. & cen-
ſi. li. 11. Multæ etiam aliæ reſponſiones poſſent ad hoc obiectum dari, de quibus
proximè inferius, vbi videndum, hîc ſtudendo breuitati omiſſæ. Quod etiam qua-
ſi in paribus terminis firmauit dominus Franciſ. de Curt. in conſil. ſuo 49. in 29.
colum. in verſ. & inprimis &c.

Ad viceſimam tertiam obiectionem.

AD iſtam obiectionē poteſt inprimis in omnibus et per omnia reſponderi, vti
viſum eſt & factum in proxima obiectione, ſcilicet 22. & maximè aſſumi
vltima reſponſio, vt intelligatur de hærede habili, ſcilicet de agnatione, ſeu fami-
lia A. per iura, rationes, authoritates, & motiua in eadem: & 4. fundamento,
pro hac parte domini Marchionis facto. & vltra ibi dicta adduco etiam dictum
Bald. optimè ad hæc faciens in c. 1. §. donare. colu. 2. verſic. ſed dubitari po-
499. teſt, in titulo, qualiter olim feud. pote. aliena. vbi voluit, quòd feudum conceſ-
ſum tibi pro te & tuis hæredibus, quibuſcunque illa dictio quibuſcunque reſtrin-
gitur: ita quòd fœmina non includitur. & idem Bal. in l. cùm virum. C. de fidei
commiſſ. colum. final. vbi propriè loquitur in materia feudali. et ſequitur Alex.
de Imo. in conſil. 30. incipiente: Quoniam omne. col. 5. vol. 1. Ad idem etiam
facit, quod decidit dominus Philippus Decius contubernalis, & egregius præ-
ceptor meus, in conſil. 193. incipiente: Diligenter conſideratis omnibus. 3. col.
in verſ. non obſtat fundamentum, volens, quòd per illa verba, & cui dederit, vi-
deatur actum, quòd in fœminam transferatur vel transferri poſsit feudum ſeu res
feudalis. Licet enim ſecundum communem opinionem tali caſu alienatio fieri
poſsit ſine conſenſu domini, vt in c. 1. de feudo non habent. propri. natu. feudi,
500. cum ſimilibus ibi allegatis: tamen illa verba, & cui dederit, cùm ſint contra ius
commune, hoc eſt, contra propriam naturam feudi, ex quo ſaltem operantur,
vt alienatio poſsit fieri ſine conſenſu domini. d. c. 1. In alijs debent reſtringi, vt
minus alteretur natura feudi, quàm fieri poſsit: arg. l. ſi quando. C. de inoff. te-
ſtamen. & in c. cùm dilectus. de conſuetu. & ſic intelligi debeant, quòd alienatio
fieri poſsit ſine conſenſu domini in maſculos tantùm ſecundum naturam feudi,
501. & non in fœminā, & quia verba intelligi debent ſecundum naturam rei deductæ
in contractu, vt notat Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. 9. q. vbi alleg. Inno. in
c. ex literis. de iure patro. à fortiori hoc dicendum in propoſito noſtro: in quo
verba non ſunt ita generalia ſeu vniuerſalia, ſed ſimplicia vel indiffinita: vt ver-
bū hæredibus, intelligatur de agnatis & maſculis habilibus, & qui ſuccedere poſ-
ſunt in feudo, vt in illis continuetur poſſeſsio ipſa, non autem in alijs inhabilibus,
vt fœminis, et ex eis deſcendentibus.

Septimò reſponderi etiam poteſt, quòd obiectum non procedat, nec ha-
502. beat locum, quando quis clandeſtinus eſſet poſſeſſor, qui dicitur quando ingre-
ditur poſſeſsionem rei abſque iuſta cauſa: & ſic vel ſaltem ſcire debet alium ſibi
moturum controuerſiam, dicta l. clam poſsidere. in princip. vbi hoc omnes no-
tant. et in c. olim. de reſti. ſpolia. Gloſ. & doct. in l. 1. C. vti poſside. Barth. in
l. ſi de eo. §. fi. ff. de acquir. poſſ. & non ſolùm qui ſuſpicatur ſibi controuer-
ſiam moueri reſpectu poſſeſsionis, ſed etiam reſpectu dominij vel proprietatis.
Ita Bart. ibi: et in l. 1. §. interdictum. ff. vti poſsid. Bonus eſt textus. in l. ancil-
503. lam. ff. de vſucapio. Quod et regulariter præſumitur: maximè in propoſito, in
fœminis: quia ſciuerunt vel ſcire debuerunt, rem illam feudalem ad ſe non per-
tinere. Sciens enim non ſuam, ſcit rem eſſe alienam. l. cùm quærebatur. in fine.
C. vnde vi: & ſciens ipſam rem feudalem, maximè maſculinam, ſcit fœminas in ea
non

non ſuccedere, neq; poſſeſsionem iuſtè poſſe apprehendere, vt latiſsimè dixi &
comprobaui in 39. & 40. ac ſequentibus fundamentis pro domino Marchio-
ne factis. Vnde vt viciosã non releuat, neque ad intentionem actricum conclu-
dit.

Octauò reſpondetur ad obiectum, negando quòd texus in c. 1. in fine hoc
quod obijcitur probet. Licet enim dicat, quòd ſucceſsione quæratur feudum, non
tamen dicit, quòd quæratur eius poſſeſsio, ſicut videmus dominium quæri ſuc- 504.
ceſsione, ac aliâs, non tamen quæritur poſſeſsio. d. l. cùm hæredes. vbi caſus. ff. de
acquir. poſſeſſ. Sicut in ſimili etiã videmus in inueſtitura. Nam & per illam etiam
quæritur feudum, vt in d. c. 1. in fine. de feudi cogni. & tamen per eam non quæri-
tur poſſeſsio vera, niſi corporeo actu vel traditione interueniente, vt eſt textus.
& ibi doctores in c. 1. quid ſit inueſtitura. Ex quo infertur ibi, quòd firmius eſt
quod eſt ſubnixum traditione rei, quod prolatione verborum facit. l. diuiſionis
placitum. ff. de pact. Et hoc probatur expreſsè. 16. q. 2. c. Vis, circa medium. vbi di-
xit textus, quòd maius ſit poſſeſsionem dare, quàm inueſtiturã concedere: qui te- 505.
xtus tranſumptus eſt in tit. de feud. et benef. c. maius. in c. per tuas. extrà, de dona.
Baculus enim inueſtituræ ſeu annulus, & ſimilia ſigna nõ faciunt traditionem, ſed
ſunt ſigna ſicut dicimus de arra, quę eſt ſignũ vẽditionis, vt inſtit. de empti. et ven-
di. et ſic non transfert poſſeſsionem, niſi fieret in præſentia rei. l. 1. C. de dona. l.
quædam mulier. ff. de rei vendi. et Andre. de Iſernia, & alij in d. c. 1. quid ſit inue-
ſtitura, in principio.

Nonò reſpondetur, quia dato, quòd eſſet verum illud dictum gloſ. in ſe, ta- 506.
men non procedet, niſi in filio, in quo ipſa loquitur, prout illam etiam intellexit
& interpretatus eſt Bald. in d. l. cum antiquioribus, ponens illius rationem, quia
filius viuo patre intelligitur inueſtitus, ac etiam poſsidere & continuari in eum
poſſeſsio, ſiue alia inueſtitura, vt notatur ſecundum eum in c. 1. de feud. cog. 3.
col. 10. adeò, quòd viuo patre non deeſt filio ius, ſcilicet adminiſtratio &c. Sed
nos non ſumus neque loquimur in filio, in quo maior poſſet ſubeſſe ratio: ſed in
ſororibus, & ſic tranſuerſalibus, item in fœminis, in quibus illa iura locum habe-
re non poſſunt per ſuperius dicta, & etiam in dubio, non eſt recedendum à rei na-
tura. Quinimò verba ſunt potius trahenda ad naturam rei, quàm è contra natura 507.
ad verba. l. damni. verſic. quod in ſtipulatione. ff. de dam. infect. l. ſi vno. ff. lo-
cati. Loquitur etiam Bal. diſputatiuè in dicto loco. et Paul. de Caſt. in lectura
mea de hoc verbum nullum.

Ad vigeſimum quartum obiectum.

AD iſtud obiectum multipliciter poteſt reſponderi, & quidem tot modis,
quot ferè ſunt facta fundamenta pro domino Marchione, & inprimis dato,
quòd competerent huiuſmodi interdicta vel remedia, de quibus in obiecto: tamen
quia nõ videntur intentata, vt patet ex inſpectione libelli diligenter inuenti, vn-
de ſuccedit regula, quòd agens ex vna cauſa vel actione, deducta in iudicio, & 508.
competat ſibi alia, etiamſi probet, in ea ſuccumbet, vel non obtinebit. l. habebat.
in princ. ff. de inſtito. per Inno. in c. ex parte Abbatiſſæ. de priuile. & in c. 1.
de litis conteſta. Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. & in l. 1. §. illud. ff. de
aqua quotid. & æſti. cum ſimilibus copioſè adductis in 18. & 19. fundamen-
tis pro hac parte Marchionis factis. Quæ aliter non repeto, ibi videnda, ſi li-
buerit.

Secundò reſpondetur, quia dato, quòd competerent huiuſmodi actiones

vel interdicta, eſſentq́ intentata, & per expreſſum in iudicium deducta, cuius tamen oppoſitum eſt verũ, vt proximè dixi & comprobaui: tamen quia illis omnibus renunciatum extitit, ideò ſuper eis actrices obtinere non poſſunt. Remittentibus enim iura ſua non datur regreſſus. l. item quæritur ſi venditor. ff. de ædil.
509. tibus enim iura ſua non datur regreſſus. l. item quæritur ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. ſi iudex. ff. de minori. de conſt. diſt. 4. c. quorum. & 7. q. 1. c. quia periculoſum: et propriè in terminis noſtris, quòd ſpoliatus et ante omnia reſtituendus poſsit renunciare priuilegio reſtitutionis fiendæ, ante omnia expreſsius firmauit dominus Abb. in c. 1. de reſtitu. ſpolia. & dominus Antho. Corſætus in tractatu ſuo. ſpoliatus ante omnia. & ſic facit regula generalis, quæ habet quem poſſe renunciare fauori per ſe introducto. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. vbi textus gloſ. & doct. c. ſi diligenti. cum ſimilibus, in 22. fundamento. Sed in propoſito noſtro huiuſmodi remedijs fuit renunciatum, vt ibi dixi & comprobaui: ergo non oſtant obiectum, & in contrarium deducta.

Tertiò reſponderi poteſt, retento eodem themate, quòd ſcilicet fuerit renunciatum, vti illud planè ex compromiſſo & actis colligitur. Sed tunc ſuccedit
510. regula, quæ habet, quòd renuncians iuri ſibi competenti, cenſetur etiam ſe obligare ad non petendum, vt notabiliter declaratur per Barth. poſt Iaco. de Are. in l. mœnia. §. 1. per illum textũ cum gloſ. ff. ſolut. matri. & Barth. in l. iubemus. C. ad velleia. & Bald. in l. etiam. C. eod. tit. Canoniſtæ in c. peruenit. extrà, de empt. & vendi. & alij in alijs locis in 23. fundamento allegatis: ergo exceptione vel duplicatione reiectum fuit ipſum obiectum, per l. ſi vnus. §. pactus. ne peteret, cum plenè ibi notatis per Barth. & doct. ff. de pact. cum ſimil. in eodem fundamento adductis. Et ſic non habet obſtare obiectum, quod poſſet procedere, quando non foret renunciatum.

Quartò iterum remanendo in eiſdem terminis renunciationis & eius exceptione, & quòd illa etiam obſtet in poſſeſſorio, probatur in. c. ſuper hoc. de renunciat. & in c. excepta. de reſtitu. ſpolia. vbi agenti poſſeſſorio obſtat exceptio ſpontaneæ renunciationis. Specul. in tit. de petit. & poſſeſſ. §. fin. verſ. 24. præſer-
511. tim quando talis renunciatio eſt facta in iudicio, vel ſimili loco, quoniam veſtitur colore iudicij, & eſt potentioris efficaciæ. ar. l. cùm oſtendimus. §. final. ff. de fidei commiſ. tuto. cum concordantibus in 24. fundamento allegatis. ſed in propoſito noſtro ipſa reũnciatio fuit facta vel coram domino ligę Sueuorum, vel eorum iudicibus: Ergò operatur fortius, & ſtrictius remouere habet obiectum.

Quintò, quia etiamſi actum eſſet poſſeſſorio recuperandæ: tamen non poſſet ſequi condemnatio, tanquam in compromiſſo vel pacto extenſionis iuriſdi-
512. ctionis non comprehenſo. Sunt enim arbitria ad inſtar iudiciorum redacta. l. 1. ff. de arbitr. Specul. in tit. de proba. §. fi. verſ. hoc quoque. & de arbit. in princip. ſuntq́ ſtricti iuris ſecund. Bald. in l. non ſine. C. de bo. quæ libe. in 2. col. verſ. ſed in contrarium, & non comprehendunt, niſi expreſſa in eis: & ideò conſueuit
513. dici, quòd poteſtas arbitrorum pendet ex compromiſſo, nec forma eius excedi poteſt. l. non diſtinguemus. §. de officio. & §. fi. ff. de arbi. c. cùm dilectus. extrà eodem: nec extenditur de perſona ad perſonam, neque de re ad rem, vt latè comprobatum eſt in 25. fundamento. Sed in propoſito noſtro compromiſſum fuit ſuper petitorio: ergo non debet extendi ad poſſeſſorium, maximè quando illud expreſsè fuit excluſum, vt dicitur in propoſito noſtro factum eſſe.

Sextò poteſt reſponderi, quòd illud, quod dicitur in obiecto procedit: & eſt verum in illis, qui non vel nihil poſſederunt, ſeu neutrã poſſeſsionem habuere, ſecus autem, quando quis habet tenutam vel naturalem poſſeſsionem, & alius
514. ciuilem: quoniam tunc habens iſtam ciuilem, non habet neceſſe offerre libellum, vel iudiciario ordine procedere, ſed poteſt propria authoritate expellere talem naturalem

turalem

turalem poſſeſsorem, vel detentatorem, quaſi turbetur ſua ciuilis per huiuſmodi detentationem, vt notat gloſ. in l. 1. C. vnde vi. et inſtitu. de iure dic. §. retinendæ, et l. 1. §. interdictũ. et ibi plenè per Barth. ff. vti poſside. cum ſimilibus, in 26. fundamento allegatis. Sed dominus Marchio poſſedit illa bona feudalia ciuiliter, vt eſt gloſ. ordinaria in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſsi. vt dixi ſepè ſuprà in diuerſis locis: & maximè in dicto fundamento: ergò licuit ſibi rem iſtam feudalem ſibi per maximè apertam propria authoritate & ingredi, & occupari, ac etiam detentatores expellere.

Septimò reſpondetur, & dici poteſt quòd illud non procedit, quando ſine violentia clam vel furtiuè quis etiam ſine licentia ſuperioris poſſeſsionem quæ ſibi ablata eſt recipit, ſecundũ Inno. & alios in c. olim. de reſtitu. ſpolia. vt refert & ſequitur Paul. de Caſt. in conſil. 35. incipiente: Priuſquàm iura fuerunt in. 2. col. et ita in propoſito noſtro, poſteaquàm res venit ad notitiam domini feudi, factum videtur, qui niſi id feciſſet, ſtatim amiſiſſet naturalem, etiam ante negligentiam, iuxta ea, quæ habentur per Barth. in l. ſi ideò. §. ſi forte. ff. de act. poſſeſsio. & per Inno. in c. querelam. de electi. in gloſ. quæ incipit: Dicunt quidam, maximè ſtando per decennium, vt latè dictum, & comprobatur in 37. fundamento. Vnde cùm ſorores actualiter non fuerint in poſſeſsione naturali, ſed abſentes corporaliter ſaltem: ideò per iam & ibi adducta potuit Marchio dominus feudi habens ciuilem, clam etiam ingredi naturalem, & furtim ablatam poſſeſsionẽ recuperare. 514

Octauò poteſt reſponderi ad obiectum, quòd imò dñs feudi ratione ciuilis poſſeſsionis cõſeruandę, poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionem etiã non vacuam, neque furtim ablatam naturalem, ſed etiam alio modo apprehenſam. d. l. clam. §. fi. ff. de acquir. poſſeſſ. & notatur in d. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. quemadmodum. §. fi. ad l. Aquil. & l. fi. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi aut clam: ergo etiam aperto velo potuit dominus Marchio ratione iuris ſui, & ciuilis poſſeſsionis, quam habet, vt dixi & probaui ſuperius, conſeruandæ ingredi propria authoritate: quod & in dubio præſumitur potius, quàm ex alia cauſa, ſecundum notata in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infect. cum concordantibus in 28. fundamento plenè adductis, quare non obſtat obiectum.

Poteſt & nonò reſponderi ex his, quæ voluit dominus Petrus Philipus Corinæus, in conſil. 193. in 3. vol. in 2. col. allegando Barth. in l. 3. in 4. q. principali. C. de pigno. dicens, quòd habens ciuilem poſſeſsionem poſsit habentem naturalem propria authoritate per vim expellere ne amittat ſuam ciuilem, per ea quæ habentur in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. 1. §. cum igitur: & in l. colonus. & in l. cùm fundum. ff. de vi & vi arma. & in conſil. 91. in 8. colum. & in conſil. 280. in 2. col. in eod. vol. dicens præualere poſſeſsionem ciuilem poſſeſsioni naturali in tantùm, quòd ciuiliter poſsidens poſsit naturaliter poſsidentem & turbare, & expellere de poſseſsione pro tuenda ſua ciuili, quam aliâs perdidiſſet per multa iura partim ſuperius allegata. ſed dominus feudi poſsidet ciuiliter, vt in 25. & continuat illam, nec præſumitur mutata, vt etiam clarius dixi ſuprà, & maximè in 29. & 30. fundamentis, vbi accumulatè deducta ſunt illa: & quædam alia, de quibus ibidem: ergò non obſtant, quæ in obiecto habentur in terminis noſtris. 515

Præterea & decimò reſpondetur, iterum illa nõ habere locum in ciuiliter poſsidente comprobando authoritate inſignis ac clariſsimi viri domini Bartholomæi Socyni in varijs locis, & maximè conſulendo conſil. 17. colum. fi. in fine. verſic. 1. concluſio loquens in locatore, ibi: nam ſi primi eſſet finita locatio et ſecundi, locatio eſſe nulla potuit locator propria authoritate expellere cõductores in re exiſtentes ratione ciuilis poſſeſsionis, quã tenebat, vt declarat ſecundũ eũ Bart. notabilit̃ in l. 1. §. hoc interdictũ. ff. vti poſside. & p Bal. in l. 2. in 10. q. C. de 516

ſeruitu.& acq.moderni & ipſemet Socynus in d. l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. Modò in ꝓpoſito noſtro illa naturalis fuit nulla vel non legitimè quæſita, ſed dolo vel clàm; ergò licuit Marchioni propria authoritate ingredi & expellere detentatores,& maximè cùm fecerit hoc animo continuandi poſſeſsionem: quoniã tunc propriè non dicitur turbare vel expellere, vt notabiliter dixit Florianus de ſancto Petro, in l. quicquid. ff. communia præd. & nemini facit iniuriam, qui vtitur vel continuat ius ſuũ. l. iniuriarũ. §. 1. ff. de iniurijs, cum ſimilibus in 31. fundamento allegatis, multis alijs modis etiam poſſet per ſequentia fundamenta reſponderi, vt patet ex eis, & etiam inferius, ideò hîc omiſi.

Ad vigeſimam quintam obiectionem.

AD iſtam obiectionẽ, quæ in effectu ad idem concludit, & concurrit cùm proxima præcedenti illam corroborando, reſponderi poteſt, vt per ordinem decem modis fuit reſpõſum ibi: & quidem legitimè remota etiã iſta obiectio, qa ꝓcedere poſſet quando foret intentata, vt in prima, non renunciatum, vt in ſecũda, nõ inducta obligatio ad nõ petendũ, vt in tertia, nõ obſtaret exceptio remiſsionis vel renunciationis, vt in quarta, poſſeſſoriumq́ eſſet cõprehenſum in cõpromiſſo: ingrediens etiam nullo modo poſſediſſet, vt in ſexta, non ſine violentia occupaſſet, vt in ſeptima, non conſeruandæ poſſeſsionis ciuilis caſu feciſſet, non continuandi animo ius ſuum, & pro ſua ciuili tuenda, vt in nona & decima reſponſionibus, & concordantibus fundamentis admodum clarè oſtenſum fuit, cuius contrarium in vnoquoq; ſit, in terminis noſtris, ideò non repugnat, quod dictum eſt in illa obiectione, nec obſtare habet aliquo modo.

Vndecimò, ad iſtam & etiam præcedentem obiectionem reſponderi poteſt, vt procedant & intelligantur etiam vera eſſe in non ciuiliter & naturaliter poſsidente: ſecus autem eſt, quando quis naturaliter & ciuiliter poſsidet. Quoniã ille talis poteſt quemlibet detentatorem, vel inuentum in poſſeſsione propria authoritate deijcere, & ſe tantò fortius tueri. Ita Bald. in l. certa. in fine. C. vt in poſſeſſ. lega. Sed Marchio vt dominus feudi, vt ſæpè dictum & oſtenſum eſt ſuprà, abſque dubio poſſedit ciuiliter etiam ante occupationem, cui quidem poſſeſsioni ciuili per mortem vaſalli decedentis ſine hærede maſculo, ipſo iure conſolidatur naturalis poſſeſsio, quæ extitit apud vaſallum, & ideò non mirum, ſi poteſt ſine iudicis authoritate dominus & poſſeſſor de re illa ſuã facere velle & placere. l. quemadmodum. ff. ad. l. Aquil. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi aut clam. & l. ſi ſer-
517. uus. C. quod cum eo. Quinimò etiam ciuilis trahit ad ſe naturalem poſſeſsionem, vt dixit notabiliter Bal. in l. 1. in 41. q. ff. de rer. diuiſ. in c. cæterum. de iudi. & in l. neque. C. de vſufruct. in c. 1. quid ſit inueſti. & refert & ſequitur dominus Iaſon de Mayno, in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. in finalibus verbis. ff. de acquir. poſſeſſ. ſecundum quod illa latius deduxi in 32. fundamento. Iure enim contractus expeditur, nec eſt opus Iudice, vt ibi.

Duodecimò poteſt reſponderi authoritate Baldi decidentis caſum noſtrũ in terminis, & quaſi ad verba in conſil. 301. in vol. incipien: proponitur, quòd Petrus tenebat, in 2. col. in verſic. in cõtrarium videtur, vbi inter alia dicit, quia quod
518. ipſo iure fit, tollit neceſsitatem ante iudicem veniendi. l. contra ſub conditione. §. ſi. ff. de condi. inſtitu. & l. de pupillo. §. habet autem. ff. de noui oper. nunciat. & quia dominus poteſt de ſuo iure diſponere, etiam nemine citato, ſicut poteſt vendere & permutare, nemine requiſito, dum tamen alius non habeat ius in rei veritate. l. dudum. C. de contrahen. emptio. l. nemo. ff. de pactis. Nam quod ad alium pertinet, liberas ædes habere dicitur. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. vend. l. in concedendo. l. Proculus. ff. de aqua pluuia. arcen. cum ſimilibus & alijs ad hanc intentionẽ facientibus, in 34. fundamento pro hac parte facto allegatis. Sed in propoſito

poſito noſtro domino feudi iuris diſpoſitiõe iſta ſunt permiſſa, virtute ciuilis poſſeſsionis, & naturalis illi conſolidatæ; ergò & c.

Decimo tertiò reſpondetur illud, quod dicitur in obiecto habere locum, quando abſq; vicio quis ingreſſus eſt poſſeſsionem naturalem, nec alius haberet ciuilem per prædicta, aliàs ſecus. Quinimò etiamſi ſorores actrices vtranq; nactæ eſſent vel occupaſſent, tamen adhuc dominus potuit illas ſaltem in continenti propria authoritate expellere, & poſſeſsiones amiſſas recuperare, per vulgatam regulam: Vim vi repellere licet. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. l. 1. §. vim. & l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi arma. l. ſcientiã. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aquil. & plenè in textu gloſ. & doct. in l. 1. C. vnde vi. & quidem nedum iniuriam vel violentiam in perſonam illatam, vt dictis iuribus, ſed etiam, quando infertur rebus, vt ſecundũ omnes eſt textus & gloſ. penult. in c. olim. el. 1. de reſtitu. ſpolia. vbi etiam doct. & in alijs locis copioſè in 35. fundamento, allegatis. Vnde Marchio ſpoliatus naturali, & turbatus in poſſeſsione ciuili, vel etiam vtraq; priuatus, benè potuit in continenti, vt fecit, recuperare ablatas ſibi poſſeſsiones, vel violenter occupatas, vti plenè cõſtat etiam ex his, quæ dicta ſunt in præallegato 35. fundamento. 520.

Decimo quartò reſpondetur fortius ſtringendo præcedentem reſpõſionem. Si enim licita eſt expulſio eius, qui quẽ priuat vtraq; poſſeſsione & naturali, & ciuili, ſaltem in continenti præmemoratis iuribus: ergo & quidẽ multò fortius, quando priuat duntaxat naturali, retenta ciuili, in qua dicitur cõtinuò turbari per detentionem naturalis. l. 1. in fine. cum l. ſequenti. ff. vti poſsid. Per quã turbationem continuò etiam videtur inferri iniuria, vt per Bart. in l. extat. ff. quod metus cauſa, vt plenius etiam, & in ſimili plura deduxi in dicto 35. 36. & 38. fundamentis, vbi ſi neceſſe, videndum. 521.

Decimo quintò reſpõderi poteſt ex his, quæ dicta ſunt in 37. fundamento, in ſimili. Si enim licet domino, in cuius ſolo factum fuit ædificium clàm vel vi ipſum propria authoritate demoliri. d. l. ſi vitem. §. qui ad ianuam. ff. quod vi aut clàm. & l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. per Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nũc. Eodem modo licebit, vel licitum fuit domino ciuiliter poſsidenti expellere violentum vel etiam clandeſtinum poſſeſſorem propria authoritate aliàs ſequeretur abſurdum & magna iniquitas, dareturq; occaſio delinquendi, quod eſſe non debet, iuribus & authoritatibus in præfato fundamento 37. copioſè allegatis. 522.

Decimo ſextò reſpondetur: nam dato, quòd illa omnia nõ ſint, nec vt dictum, procedant regulariter in quocunq; poſſeſſore, quod probatum & viſum eſt ſuprà; tamen ſaltem vera erunt in clandeſtino poſſeſſore, vt ſcilicet ciuiliter poſsidens, poſsit per vim clandeſtinum poſſeſſorem expellere, ſi ſic inueniat ſuam naturalẽ poſſeſsionẽ rerũ immobilium per eum clàm occupatã, ſecundum gloſ. in l. 1. §. ſi cùm. l. ſe. ff. vti poſsi. & ibi plenè per Barth. glo. & Bart. in l. 1. C. vnde vi. & glo. inſtitu. de interdict. §. retinendæ. Bal. in ſua diſputatione accuſatus de vi turba. in 3. col. Ang. in l. vim. in fine. ff. de iuſtit. & iure. & in l. à diuo Pio. §. ſi poſt auditũ. ff. de re iudi. & Inno. in c. olim. el. 1. de reſtitu. ſpolia. Alex. de Imo. etiam conſulendo in diuerſis locis, maximè in conſil. 99. in 4. & 8. colũna, in verſ. & ad oſtendendum, in 5. vol. Sed illæ ſorores quinq;, vel earundẽ mariti clàm occuparũt naturalem poſſeſsionem, vt patet ex latiſsimè, & multò perfectiùs deductis in 39. & 40. fundamentis, ac etiam 43. vbi videndum: ergò non habet obſtare obiectum, & eo non attento, potuit Marchio iuris licentia illos clandeſtinos poſſeſſores propria authoritate, & per vim expellere per iam dicta. 523.

Decimo ſeptimò reſpondetur, quòd illud quod dicitur vel habetur in obiecto,

obiectio, ſe habet eſtq́ꝫ verum, quando non obijcitur aliqua exceptio deſtructiua
poſſeſsionis, vel concludens ad defectũ actionis, aliâs & quando proponuntur ex-
524. ceptiones detractiuæ vel deſtructiuę, & concludentes ad defectum actionis ſecus,
quoniam tunc non procedunt nec habent locum quæ in eo dicuntur, imò agenti
etiam poſſeſſorio recuperandæ, hoc obſtat, quantumuis quæſtio ſpoliationis ſit
priuilegiata. Caſus eſt in c. ex parte. de reſtitu. ſpolia. & tenet per illum textum do-
minus Geminianus, in conſil. 24. col. 1. & præceptor meus nouiſsimus dominus
Philippus Decius in conſilio ſtatim allegando. Sed dominus Marchio oppoſuit
plures exceptiones detractiuas poſſeſsionis & concludentes ad defectum actio-
nis, vt oſtendi in 46. fundamento, & quibuſdam alijs ibi notatis fundamentis.

Decimo octauò reſponderi poteſt, quòd illud obiectum & iura in eo al-
legata non procedunt necꝫ locum habent, quando agenti interdicto vnde vi vel a-
525. lio poſſeſſorio recuperandæ obſtat notorius defectus proprietatis, vt eleganter vo
luit dominus Antho. Butri. in c. in literis. col. 10. de reſtitu. ſpolia. poſt Inno. in c.
conſtitutus. de filijs presbytc. & in c. ſignificaſti. de diuor. per gloſ. in c. ad deci-
mas. de reſtitu. ſpolia. in 6. per Bald. in l. naturaliter. §. nihil commune. vbi etiam
alij Alex. de Imo. & cæteri moderni. in 16. col. verſ. 10. fallit. & idem Bal. in l. or-
dinarij. C. de rei vendi. in vltima col. & de pace conſtantiæ. in verſic. reſtituatur. &
Ang. in l. ſi quis à ſe fundum. ff. ad l. Iul. de vi publica. Alex. de Imo. in conſil. 77.
incipiente: In caſu & lite. in verſic. comprobatᷣ in 2. vol. & dominus Antho. Corſe-
tus in ſuo tractatu ſpoliatus ante omnia, in 5. fallentia, allegando vltra prædicta d.
Abb. in c. ex parte. circa ſinẽ. de reſtitu. ſpolia. Retulit & ſequutus eſt dictus meus
præceptor, dominus Philippus Decius Mediolanenſ. in conſil. 192. in 3. colu. in
verſic. quartò quia. Sed in propoſito noſtro notoriè conſtat tam ex actis, quàm ex
confeſsione actricum, de defectu proprietatis, & non iure earum, vt plene deduxi
in 47. fundamento: ergò non obſtant in contrarium allegata.

Decimo nonò fortificando iſtam reſponſionem, dici poteſt, quòd in pro-
poſito notorietas defectus proprietatis conſtet, vt dixi, ex confeſsione iudiciali
526. partis. l. ictus. ff. de infam. Bald. in l. properandum. in ſine princip. C. de iudic.
Ang. in quæſtione. Aſtenſ. miles. Alex. de Imo. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. &
in l. nam & poſteà. §. ſi damnetur. ff. de iureiuran. Io. An. & Antho. de But. in c.
cum ſpeciali. §. porrò. de appella. Item & ex actis & probationibus factis in iudi-
cio, vt notatur in c. ex inſinuatione, de appella. in c. cùm olim. in fi. & ibi dominus
Abb. & alij de verb. ſignifi. Bald. in l. 1. C. quom. & quando Iudex: & in Authen-
tica ad hæc. C. de vſur. per l. qui ſententiam. C. de pœnis. Vnde quicquid in iudi-
cio probatum eſt, dicitur eſſe notorium, vt notat Antho. de Butr. in c. fi. in 6. nota-
bili. per illũ textum, extrà, de tempori. ordi. Sed in propoſito noſtro conſtat, & ex
confeſsione, & ex probationibus, dominum Marchionem eſſe dominũ, feudumq́ꝫ
fore maſculinum: & ſic de non iure ſororum, ac defectu proprietatis; ergò non
obſtat obiectum, vti patet latius & clarius, ex his, quæ dicta ſunt in 48. fun-
damento.

Vigeſimò reſpondetur, & realius, quia obiectũ procedit & eſt verum, niſi
agenti interdicto recuperandæ, obſtat exceptio alterius ſpoliationis, vt in c. fi. & in
527. c. cùm dilectus. de ordi. cogni. Ita dominus Abb. in c. bonæ. col. penul. in verſic.
quarta differentia. de appella. vbi etiam dominus Philippus de Peruſio, & alij mo-
derniores, ac dominus Bartholomæus Cæpolla Veronenſis, in conſ. 40. col. 4. in
verſic. circa ſecundũ. ibi: & primò. Quia illa regula q̃ dicit, ſpoliatus ante oĩa eſt re-
ſtituendus, non habet locũ, quando reconuenitur ſuper alia ſpoliatione eiuſdem
rei, allegat dicta iura. Si ergò hoc in reconuentione, multò magis in exceptione. Nã

cui datur actio, illi & multò fortius exceptio.l. inuitus.§. cui damus.ff. de reg. iur.
Dominus Antho. Corſætus in præallegato ſuo tractatu in 2.fallentia. Refert &
ſequitur præfatus dominus Philippus Decius in dicto conſil. 200. in verſ.3. hoc
expreſſè.& adducit Paul.de Caſtro,& quoſdam alios in dicto loco, in conſil. in
49.fundamento,allegato.Sed hîc ſeu in ꝓpoſito noſtro obſtat ſororibus ſeu actri-
cibus exceptio alterius,& quidem prioris ſpoliationis,vt clarius & extenſius dixi
in dicto 49.fundamento:ergò &c.

Vigeſimo primò reſpõdetur,quòd obiectum,& iura in eo allegata pro- 528.
cedunt & habent locũ,niſi conſtaret de dominio ſpoliantis,vel ſtatim velit proba-
re.c.cùm eccleſia,c.cûm ſup.de cauſ.poſſeſſ.& ꝓpriet.c.decimas.de reſtitu.ſpolia.
in 6.Bald.in l.penul.in vltima col.verſic.vltimo.notat. C. ſi non competen.iudi.
Paul.de Caſt.conſil.39.incipiente:in cauſa capturæ.Roma.conſil.499.incipien-
te:in pręmiſſa.col.3.allegando Hoſtien.& Imo.in c.accepta.de reſtitu.ſpolia.vbi
etiam dominus Abb.in 2.col.dum ſaluat Inno.gloſ.Specul.Bartholo. Veronenſ.
Alex. de Imo.Philippus Decius. & alij in alijs locis in 50. fundamento allegatis.
Sed in propoſito noſtro conſtat de iure & dominio domini Marchionis,vt ibidem
dixi & oſtendi: ergò &c.

Vigeſimo ſecundò reſpondetur: quoniam illud procedit & eſt verum, 529.
quando Actor petit,& perſeuerat in petitione, ſe ante omnia reſtitui: nec patitur
conuentũ ad vlteriora procedere,concludendo ſuper eo.Secus autẽ quandꝰ agens
poſſeſſorio recuperandæ patitur procedi,& fieri probationes ſuper proprietate &
dominio rei ſeu conuenti,nam tunc obſtat ſibi exceptio ꝓprietatis &dominij. Ca-
ſus eſt in c.1.de reſtitu.ſpolia.in ratione textus,dum vult, vt dixi in 51.fundamen
to:& ibi etiam notauit & expreſſè voluit Io.de Imo. in d.l.naturaliter. §. nihil cõ-
mune.ff.de acquir.poſſ.& poſt eum Alex.de Imo.in 8.colu.in verſic.contra Bar-
tho.& 9.col.verſ.14.fallit:& ante illos hoc voluit Inno. in.c. cùm Bertholdus.de
re iudi.& alij in alijs locis in d.fundamento copioſè allegatis. Sibi enim imputet
ſpoliatus,quòd ad vlteriora proceſsit,ſecund.Bald.in l.1.col.penul.verſic.vel po
ne aliud exemplũ.& ibi etiã Petrus de Suntza. C.de appella. Sed actrices in pro-
poſito noſtro paſſæ ſunt cognoſci de proprietate & dominio, ac etiam de eis fieri
probationes;ergò,&c.vt clarius videri poteſt in eodem fundamento.

Vigeſimo tertiò reſponderi poteſt,quòd illa regula & iura in obiecto al- 530.
legata, procedunt & ſunt vera, quando ſpoliatus petit ſe reſtitui, ſecundum vel
præter ius: ſecus autem quando petit ſe reſtitui contra ius: quoniam tunc non eſt
audiendus, ſed exceptione repellitur ſecundum Bal. in tit. de pace conſtantiæ. §.
omnes.in princ.in verbo reſtituatur hoc,dicens poſt Odofredũ,ibi eſſe caſum.&in
c.conſtitutus.de filijs presbyte.vbi etiam Innocen.Nam qui expreſſè iniuſtum pe-
tit,ineptè agit,vt notatur per Inno.& alios, in c.1.de off. vica. Bal. in l.fi. C. ſi de
momen.poſſeſſ.ſue.appella.& in l.1.C.ne lice.poten. Andre. Barba. in Clemen.
1.de re.iudican. & nouiter Antho. Corſætus in præallegato ſuo tractatu, ſpolia-
tus ante omnia,in 4.fallentia.& in 13.allegando Bald. in l. ſi quis conductionis,
circa finem.C.loca. Sed hîc ſeu in propoſito noſtro actrices & earum hæredes, ac
mariti petunt & prætendunt contra ius,contrà conſuetudinem feudorum, & con-
tra tenorem inueſtituræ ſuccedere in huiuſmodi bonis feudalibus, vt latius decla-
raui in 52.fundamento, vbi etiam habetur, quàm tenaciter ſit inhærendum regu-
lis iuris communis, & tenori inueſtituræ:ergò.

Vigeſimo quartò aliter poteſt reſpõderi. Nam qui habet regulam iuris 531.
pro ſe,habet ꝓ ſe etiã iuris præſumptionẽ,& ſic fundatã intentionẽ. c. ad decimas.
de reſtitu.ſpolia.in 6.& voluit Alex.de Imo.in d.l.naturaliter.§. nihil commune.

13.col.

13. col. verſ. 6. fallit. & prætereà transfert onus probandi in aduerſarium, eſtq́ liquidiſsima probatio. l. ſi tutor. cum gloſ. & ibi Bal. C. de periculo tutorum. in l. ita demum. in fine. C. de procura. & alij in alijs locis copioſiſsimè in 53. fundamento allegatis. Sed tunc ſuccedit regula, quòd quando ſpoliatus habet præſumptionem iuris cõtra ſe, niſi probet, quòd iuſto titulo poſſederit, nõ obtinebit. Caſus eſt in d. c. ad decimas. Sed actrices habent ius contra ſe: & per conſequens etiam præſumptionem aduerſus ſe: nec probârunt de iuſto titulo: ergò obtinere non poſſunt, vt latius illa habentur in d. fundamento.

Vigeſimo quintò reſpõdetur ex doctrina Bal. in l. penul. in vltima col.
verſic. vltimo not. C. ſi à non competen. iudice allegant. Oldra. in conſilio 171.
aliâs eſt 224. incipiente: grauamina qua fratribus: vel iſtæ ſunt allegationes ſuper
iure primo geniture. & in conſil. 274. incipient: quæ vlterius. Quod etiam allegauit
Anthonius Corſætus in d. tractatu, in fallentia 12. quæ habet: quòd quando
532. exceptio oppoſita contra ſpoliantem, nõ requirit probationem, non debere reſtitui
ſpoliatum ante omnia. Quod etiam ſequuntur alij, vt dixi in 54. fundamento.
Sed in propoſito noſtro exceptio dominij & iuris illuſtriſsimi Marchionis, ac etiam
ciuilis poſſeſsionis & naturalis conſolidatæ, eſt fundata in confeſsione partiũ
aduerſarum, in literis reuerſalibus, & iuris communis diſpoſitione, & inſuper præſumptione
etiam eiuſdem: ergò non debent actrices, neq́ eorum hæredes vel mariti
reſtitui, vt ibi clarè habet. & in c. in literis. de reſtitu. ſpolia. & in dicto §. nihil
commune. Ang. in d. l. ſi quis à ſe fundũ. & Antho. Corſætus in d. tractatu, in 34.
fallentia. & in præallegato 54. fundamento, vbi videndum, ſi opus fuerit.

533. Vigeſimo ſextò reſponderi poteſt, quòd obiectum procedat, & ſit verũ
in vi ablatiua, ſeu quando agitur interdicto recuperandæ poſſeſsionis, ſecus aũt
quando agitur actione, quod metus cauſa, vel condictione ob turpem cauſam, in
qua non fit ſpoliatio per vim ablatiuam vel expulſiuã. Ita egregiè Bart. in l. ob turpem
cauſam. in 1. oppoſitione. ff. de condi. ob turp. cauſ. Quoniam tunc obſtat exceptio,
quòd talis metus ſit purgatus per aliquẽ actum poſteà ſubſecutum, vel per
cõſenſum expreſſum, vt per Barth. expreſſum in l. 2. C. quod metus cauſa. Bald. &
alij in locis in 55. fundamento allegatis. Sed in propoſito ex quibuſdam verbis libelli,
in concluſione videtur intentata actio, quod metus cauſa, vt ſuprà declaraui
latius: ergò non habent locum iura, & alia dicta in obiecto.

534. Vigeſimo ſeptimò reſpondetur, quòd illa etiam iura & dicta in obiecto
deducta non habeant locum, quando res à malę fidei poſſeſſore peruenit ſaltem ſine
vicio manifeſto ad verum dominum. Quoniam tunc ille qui dicit ſe ſpoliatum,
non eſt reſtituendus ante omnia: nec habet locum regula iuris præfati, vt habetur
in c. cùm dilectus. verſic. verum. extrà, de ordi. cognitio. & ibi Antho. de Butr. &
alij, & in l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. anno. Specul. Barth. Cæpolla. Veronenſ.
Philip. Decius ac cæteri in 56. fundamento allegati. ſed ſorores ipſæ quinque
ſuêre in mala fide, quoniam ſciuerunt dominum Marchionem fuiſſe & eſſe dominum
& **Mundelßheim** cum pertinentijs feudum maſculinum, & tale quòd in
eo fœminæ non ſuccedunt, vt dixi & comprobaui in iam dicto fundamento, quæ
aliter non repeto. ibi, & in regula: qui contra iura, de regul. iur. li. 6. & l. fi. C. de acquir.
poſſeſſ. & pinguius in 57. fundamento corroboratiuo. & maximè, quia malæ
fidei etiam dicitur poſſeſſor, is qui ſcit ſe non eſſe dominum, l. etiam veniunt. §. planè,
& Barth. in l. illud. in princ. ff. de petit. hæred. cum ſi.

535. Vigeſimo octauò reſpondetur, præſuppoſito verũ eſſe, q̃ Regia vel Cæſarea
Maieſtas vt dominus poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionem, vt notat
Bald. de vaſallo, in c. cæterum. col. 3. in verſic. pone, etiam vaſallus, extrà, de iudi,
allegando gloſ. in auth. vt de cætero commuta. non fiant, in verſic. domus. col.

5. & idem

5.& idem Bal.in l.1.21.q.ff.de rer.diuiſ. Quæ quidem facultas intrandi propria
authoritate operatur,vt non teneatur reſtituere poſſeſsionem ſaltem abſq; violen-
tia acquiſitam,vt voluit præfatus dominus Barth. Veronenſ.in præallegato con-
ſil.60.incipiente:Omiſſa facti ſerie,in 2.dubio. col.penul. et Philippus Decius in
præmemorato ſuo conſil.191.Sed Marchio illuſtriſsimus Princeps imperij habet
vt alij Principes eiuſdem,iura Principis,vt deduxi in 58. & quidem ſine violentia
atq; temeritate,ſed iuris licentia, vt ibi;ergò in hoc caſu non procedit obiectum,
neq; iura in eo allegata.

Vigeſimo nonò reſponderi poteſt per egregium & ſingulare dictum
Paul.de.Caſt.in l.ſi de vi.ff.de iudi.& in l.2.in fi.C.de edict.diui Adria.tollen.q;
quandocunq; vertitur periculum magnum vel maximum,ſi ſpoliatæ res reſtitue- 536.
rentur,puta caſtellum vel fortilicium, quia difficile poſtea eſſet agenti ſuper pro-
prietate,recuperare illud caſtellum, Quoniam tunc excipiens de dominio & alijs,
eſt audiendus, & impedit cognitionē ſuper ſpolio, vel ſaltem ſimul terminari de-
bent: adducit Inno.in c.literas.de reſtit.ſpolia. Pro quo optimè facit,quod notat
Anth. de Butr.in c.final. 4. col.verſic.venio ad ſecundam partem,extrà,de ordi.
cogni. vbi dixit, quòd ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus, quando poſſet
imminere magnum periculum in reſtitutione; ſed magnum periculum immineret
ſaltē hac noſtra tempeſtate,&contingere poſſet Marchioni, ſi prius teneretur, vel
deberet reſtituere illud caſtrum ſeu fortiliciū,de quo eſt quęſtio,& poſtmodū age-
re petitorio,vt latius dixi 59. fundamēto. Et volunt Bal.moderni.&alij in l.natu-
raliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ. cum allegatis in dicto fundamento.

Trigeſimò reſpondetur ex his,que eleganter dixit Bartho. in l. ſi alius.§.
belliſsime.in fi.ff.quod vi aut clam. Quòd ſi quis pateretur magnum damnum, 537.
vel irreparabile,quādo res ab eo acciperetur,poſſet tunc illam propria authorita-
te capere.et voluit Ludo.Romanus in l.clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. circa
fi.ff.de acquir.poſſeſſ. ergò non tenebatur Marchio dictum caſtrum prius cum ad-
hærentijs reſtituere, quàm cognoſcat etiā de iuribus ſuis,vel cognitū fuerit.Quod
idem etiam refert & ſequitur dominus Bartho.Cæpolla Veronenſ.in præallegato
ſuo conſil. 40. in 5. col.in verſic. pro hoc facit Bal. & dominus Alex. de Imo. ac
cæteri moderni.in d.§.nihil commune.allegant textum in c. literas.de reſtitu.ſpo-
lia. Sed in propoſito verteretur nedum magnum,ſed etiam irreparabile damnum,
ſi deberet fieri reſtitutio: ergò omitti debet & cognoſci, & pronunciari de iuribus
& dominio domini Marchionis,domini feudi,vt latius dixi in d.59. & 60. funda-
mentis. Quæ reſponſio etiam comprobari poteſt per ea quæ voluit dominus
Antho.de But.in c.ex parte.in vltima col.de reſtitu. ſpolia. et retuli ad plenum
in 61.fundamento,vbi videndum.

Trigeſimo primò reſpondetur, poſito, quòd etiam recuperatio non fu-
erit facta in continēti,ſalua veritate:tamen in propoſito noſtro adhuc non haberet 538.
locum obiectio,quia quando quis eſt ſpoliatus ab vno potente,vel potens aliquis
ingrediatur poſſeſsionem alicuius, poteſt quandocunq; ille qui perdidit rem ſuam
recuperare etiam propria authoritate, & quandocunque illi facultas ſe obtulerit,
maximè à violento vel clandeſtino poſſeſsore,vt ſingulariter notauit Bald.in l.ſi.
C. de his,qui à non domi.manu.per gloſ. ſingularem,quæ eſt in c.ius gentium. 1.
diſtinct.quod etiam tenet & ſequitur Ludo.Roman.in d. l. clam poſsidere.§. qui
ad nundinas.ff.de acquir.poſſeſ.et retulit ac ſecutus eſt dominus Bartho. Cæpol-
la Veronenſ.in d.conſil.40.col.5.verſ.4.Sed Marchio hìc fuit ſpoliatus à potenti-
bus familijs nobilium,& eorundem adhærentibus:ergò potuit quandocunq; illud
caſtrum recuperare,& cætera,de quibus latè in 61.fundamento.

Trigeſimo ſecundò reſponderi poteſt ex his,quæ latiſsimè dixi in 61.

fundamento.

fundamento. Nam ſi ratione intuetur libellus & eius concluſio petitio potius hæreditatis, quàm poſſeſſorium aliquod videtur intentatum. Licet enim ipſa non no-
539. minetur ſpecialiter, nihilominus cum qualificata forma petendi demõſtratiuè det nobis intelligere certam & qualificatam ſpeciẽ actionis inſtitutæ vel inſtituendæ. l. ædita. C. de eden. ſecundum veram expoſitionem modern. & probatur in l. ſi ſeruus nauem. ff. de furtis. & notatur in l. 1. in princip. in ſi. gloſ. magnæ. ff. de eden. ex narratis & concluſione in porrecto libello demonſtratiuè colligitur illud, vt ibidẽ clarè deduxi, & fatentur actrices in diuerſis locis actorum, maximè in replicis ibidem deſignatis, quæ confeſsio ſibi præiudicat iudicialiter facta, vt in iuribus vul-
540. garibus etiam dolo aduerſarij extorta l. minor 30. annis. ſecundum gloſ. in verſic. probata. ff. de minori. Bal. in l. de tutela. in 2. col. in verſic. 2. oppono de l. C. de in integrum reſti. & habet executionem paratam Bart. & doct. in l. 1. in 3. notabili not. C. de confeſſ. Alex. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiuran. ergò obiectum non habet aliquo modo obſtare, cùm quia poſſeſſorium nõ intentatũ, tum quia renunciatum illi, tum etiam propter alia ſuperius per ordinem 32. reſponſionum veridicarum relata. Et ſic Actrices ipſæ deficiunt in ſalutari earum, & propriè in eo, in quo poſuere omnem ſpem & fundamentum intentionis.

Ad vigeſimamſextam obiectionem.

AD iſtam obiectionem, quia innititur generali regulæ iuris, quòd ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus in omnibus & per omnia poteſt reſponderi, ſicuti in ꝓximis duabus obiectionibus, vel 32. reſpõſionibus ad illas datis eſt viſum, quas aliter non repeto, ne idem iterum vel tertio ponatur, fruſtraq; membranę occupentur, ac ipſi domini iudicantes tædio afficiantur. Ad hanc igitur erunt 32. reſponſiones ad proximum obiectum & antecedens datum reuidendæ vel traducendæ: maximè autem illæ, quæ habent nõ competere interdicta, cùm quia contra dominum ciuiliter poſsidentem, tum quia renunciatum, tum etiam alia ibidem relata, quæ omnia ſimul concurrere videntur, cùm vnum eorum, & quidem ſolum ſufficeret, & de per ſe, vt in hoc noſtro caſu illa regula & iura ſibi locũ vendicare minimè poſsint, maximè autem cùm ſorores ius commune habeant contra ſe, nec fidem bonam habere valeant, neq; debeat in illis caſibus etiam prædo melioris eſſe conditionis, quàm iuſtus poſſeſſor ſecundũ Spe. in tit. de loca. §. 6. incipien: Nunc aliqua. verſic. 44. circa medium ibi. Multò ergo fortius, ſi ſine vi detinuerit, ne ſit melioris conditionis prædo, quam aliquis iuſtus poſſeſſor. arg. l. non ſolùm. ff. de noxal. act. l. ſeruus. ff. quod vi aut clam. cum ſi.

541. Et vltra ibi dicta & reſponſiones ſuprà relatas, quoad prædonem, qui etiam dicitur occupans propria authoritate rem emptam vel ſtipulatam. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſ. & ibi doct. omnes, maximè Alex. de Imo. & cęteri moderniores, imò etiam ſimplex malæ fidei poſſeſſor, qui non inuaſit poſſeſsionem vi vel clàm, ſed à principio fuit bonæ fidei, & poſteà ſuperuenit ſcientia rei alienæ. l. ſi quis poſſeſſor. §. ſicut. & l. ſed ſi à lege. §. ſi autem. ff. de petitio. hæred. Item & qui non apprehendit ex iuſta cauſa poſſeſsionem. Alex. & alij in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. & largo modo etiam dicitur is, qui rem accipit ſine volũtate domini, etiamſi ſit debita, per d. l. ſi ex ſtipulatione. & ibi Alex. de Imo. Poteſt aliter, & quidem

Trigeſimo tertiò reſponderi, quòd prædo quando ſpoliatur poſſeſsione caſtri, non poteſt agere interdicto recuperandæ, nec conſequi, vt ante omnia
542. reſtituatur. Ita Bal. in l. penul. ad finem. C. ſi à nõ compe. iudi. in verſic. vltimo notaſ, quòd ſpoliatus debet agere de iure ſuo, quod debet eſſe tale, quod in poſſeſsione poſsit reponi, ſecus ſi conſtet de non iure, ita quòd ſine legum iniuria non poſſit poſſeſsio ei reſtitui, vt & eleganter ſecundum eum notat. Inno. in c. conſtitutus. extrà, de filijs presby. ibi: ſecundum autem omnes hoc eſt verum, quia ſi iam conſtaret,

ſtaret,

ſtaret, vel per confeſsionẽ eius vel probationes admiſſas, quòd eſſet talis, quòd ei de iure nõ eſſet facienda reſtitutio, puta quia eſſet illegitimus, vel quòd eandẽ poſſeſsionẽ occupaſſet, nec diſpenſationẽ haberet, denegaretur ſibi reſtitutio. c. ſignificaſti. de diuortijs. & quod Oldra. in conſil. 271. Sed ſecundum ordinem meorum eſt conſilium 224. incipien: Iſtę ſunt allegationes, in. 9. col. in verſic. nec obſtat dicens, quòd vbi exceptio, quæ obijcitur ſpoliato, probationẽ non requirit, ille ſpoliatus non debet reſtitui. Pro quo etiam optimè facit c. ſi. de reſti. ſpolia. li. 6. ibi, & eos per eundem clericum ſpoliatos fuiſſe, nequaquam debent reſtitui, niſi euidenter docuerint, quòd earum poſſeſsionem legitimè aſſecuti fuiſſent, quia eas occupaſſe iniuſtè veriſimiliter præſumuntur &c. Sic dicamus & in propoſito, in quo etiam actrices habent iuris præſumptionem & regulas eius contra ſe.

Poteſt etiam ex verbis Oldra. in conſil. 274. incipient: in caſu qui vertitur, trigeſimo quartò clariſsimè reſponderi, dum dicit, nec obſtat, quòd dicitur pro parte domini tricaſtrinen. quòd petitur reſtitutio poſſeſsionis dictæ eccleſiæ & iurium epiſcopalium, quorum ſe ſpoliatum aſſerit: & quòd primò & inter omnia reſtituendus eſt, quia dicit ipſe, quando eſt præſumptio contra actorem, & ius commune pro reo poſſeſſore, ſicut eſt in caſu ſuo, vt ibi oſtenſum & probatum eſt, etiam probata ſpoliatione, non debet fieri reſtitutio, probato petitorio pro reo. alleg. c. cùm eccleſia. de caſu poſſeſ. & propriè, & c. cùm dilectus. & l. officium. ff. de rei vendi. id eſt ſecundum eum, in quocunque caſu, vbicunque factum eſt notorium pro reo, de diuor. c. ſignificaſti. Nam proprietas probata pro reo defendit ipſum in poſſeſsione. ff. de ſuperficie. l. 1. & ff. de poſi. l. bona fides. in fi. l. dolo facit. ff. de excep. doli, & quæ ſequuntur ibi. ſed in propoſito noſtro dominus Marchio reus habet ius commune pro ſe, probataq́; eſt ſua intentio, & conſtat de non iure actricum, contra quas etiã eſt præſumptio, vt ſæpè ſuprà oſtendi: ergò non debent obtinere in hoc iudicio, ſed Marchio abſolui per iſta, & alia ſuperius dicta, & inſuper multa, quæ breuitatis cauſa omiſi, vel non repetij. 543.

Ad vigeſimam ſeptimam obiectionem.

AD iſtam obiectionẽ poteſt inprimis reſponderi eiſdem modis, quibus eſt reſponſum ad proximas, nec videtur quòd titulus in eis alteret illas reſponſiones in aliquo, quare & huc trahi poſſunt per ordinem, quas cùm aliter vel iterum tranſplantare nolui, ad illas ſi opus recurrendum. Et poteſt præterea vtrunq; negari, & primò, quatenus eſt dictum de titulo, quòd actrices quidem titulum habeant, quòd illud non ſit verum, imò nullum habent ſaltem legitimum: non enim aliquem ſingularem, quia inter illas & dominum feudi nullus interuenit contractus, neq; etiam emptionis & venditionis, de quo conſtet, & non præſumitur ſingularis titulus, niſi probetur per allegantes. Ita Bal. in l. ſiue poſsidetis, in tertiò notabili. C. de proba.

Non etiam vniuerſalem ſcilicet pro hærede, quoniam ille ſe non extendit ad bona feudalia, maximè in fœminis incapacibus, neq; reſpectu illorum quicquam tribuit vel operatur. Ita eſt de mente gloſ. & doct. in l. cùm hæredes, in princ. ff. de acquir. poſſeſ. ſuper verbo iura, dum dicit, quòd iura tranſeunt ad hæredem, adita hæreditate, opponendo de actione iniuriarum, & alijs multis, quæ ad hæredẽ non tranſeũt, vt inſtit. de perpetuis & tẽpora. §. antepen. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cautioni: ergò malè ibi dicitur, ꝙ oĩa hæreditaria iura tranſeũt ad hæredẽ. 544.

Quoniam reſpondent & gloſ. & doct. intelligendo de iuribus tranſitorijs ad hæredes, quia quæ non ſunt tranſitoria, non dicuntur aliquomodo tranſire ex eo, quia quæ non tranſeunt, non dicuntur iura hæreditaria. Ideò non eſt mirandum, ſi non tranſeunt. Sed bona feudalia maſculina ſunt huiuſmodi, quia non tranſeunt cum hæreditate ad fœminas, nec apud eas eſſe poſſunt, vti viſum eſt in multis fundamentis: ergò nec ſub eo titulo comprehenduntur.

Benè facit deciſio Ange. quam refert & ſequitur dominus Alex.de Imo.in d.
545. l.cùm hæredes. in 2.col. volens, quòd illud quod ibi habetur in poſſeſsione, vt non acquiratur hæredi per aditionem hæreditatis procedat ex notatis in l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta.liber.eſſe iuſſ.fuer. vbi quia poſſeſsio non tranſit in hæreditatem iacentem,ſicut dominium,meritò hæres tum adeundo non acquirit poſſeſſionem,quæ in hæreditate iacente non erat, ſed benè acquirit dominia rerum, quæ in hæreditate erant. Ita dicamus in feudo, quòd nec illud veniat in propoſito ſub iſto titulo, nec in petitione hæreditatis, vel etiam reſtitutione fidei commiſsi, quia non tranſitorium ad fœminas.

Et quòd feudum non veniat in petitione hæreditatis, vel reſtitutione fidei
546. commiſsi,eſt deciſio Dy.in l. ſi patrem. ff. ad Trebelli. vbi etiam Barth.poſt eum ſaltem,cum modificatione,quando petitur ab eo,qui iure in feudum ſuccesſit:quia talia feuda nō habentur iure hæreditario, ſed magis beneficio domini,vt 10.col.in tit. an agna.vel fil.def.repud.hæred.in c.1.Quod & expreſsius in eodem capitulo primo firmant docto. Feudiſtæ. et inprimis vel clarius ex hoc voluit Io. de Imo. et Paul. de Caſtro in d.l.ſi patroni.in verſic. vnde allegatur,quòd feudum & emphiteoſis acquiſita pro ſe & liberis nō cadant in fideicommiſſoratione prædicta, alleg.Barth.vbi ſuprà,& Bald.in loco ſtatim allegando.

Pro ſolutione iſta,ſeu iſtius obiectionis etiam poteſt dici, quod voluit Bal.in l.cùm virum.C.de fidei cōmiſſ.in vltima col.in verſic.extrà,quæro item argumentum,quòd feudum non cadat in reſtitutionem, ſecund. Iac.de Are. Ipſe verò di-
547. ſtinguendo dicit,quòd aut eſt feudum familiare, quod quis recipit his verbis, pro ſe & familia ſua,& non venit in reſtitutionem, niſi fideicommiſſarius ſit de familia,vt ff.ad Trebelli.l.quia perinde aut eſt feudum hæreditarium, quia quis recipit pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque &c.ſubijciens,quod fortè poſſet dici,quòd illa adiectio,quibuſcunq;,referatur ad habiles,non ad prorſus extraneos. et idem Bald.in l.1.in 34. quæſtione.ff.de rer. diuiſio. in quibuſdam lecturis.

Et vt paucis me expediam, neq; eundo per mendicata ſuffragia,eſt gloſ.in terminis, & quæ hoc dicit verbis groſsis in l. item videndum. §. ſui. ff. de petit. hæred.dum textus vult in ea venire vniuerſas res, ſiue iura,ſiue corpora ſint, quærit
548. gloſ.an veniant, q̄ quis iure hæreditario nō habet, ſed domini beneficio,vt in conſuetudine feudi,quid ſi feudum.c.1.et reſpondet,quòd ſi eſſi filius eſt maſculus qui agit,vel alius deſcendens maſcul⁹,nō fœmina,niſi ex pacto,ſed agnati agunt poti⁹, qui poſſūt feudo ſeruire,vt de ſucceſs.feud.c.1.vbi etiā poſt gloſ.Bart.ipſe.Sed hic neq; filius neq; agnatus prætendūt petitionē hæreditatis, vel titulum pro hærede. Sed ſorores & fœminæ omnino ad feudum inhabiles : ergò non veniunt maximè contra dominum, poſtquam ſibi apertum eſt. Ad alia de bona fide, & præſumptione allodialium,dicetur inferius,et ſic hæc obiectio etiam non habet obſtare.

Ad vigeſimam octauam obiectionem.

549. AD iſtam obiectionem poteſt inprimis reſponderi, & quidem veriſsimè,quòd illa regula vel iura in obiecto allegata habeant locum, quando cum ipſo hærede vel ſucceſſore agitur : ſecus quando ipſe agit,quia certus debuit eſſe de facto ſuo,cùm ad iudicium prouocat,vt in d.l.qui in alterius,& eſt ſimile,quia terminus deliberatorius datur reo,ſed non actori, qui certus debet eſſe ad iudicium prouocando, vt voluit Io. An.in 2.cum quis,de reg. iur.li. 6. vbi Dynus expreſsius his
550. verbis. Ratio autem eſt, quæ redditur his verbis in textu, in d. l. qui in alterius. Quia qui agit plenè, certus eſſe debet, cùm ſit in poteſtate eius, quando velit experiri, & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. Quæ ratio non extenditur ad eum qui conuenitur.l.purè. §. vltimo. ff.de doli exceptio.et ideo alius eſt effectus vnius,& alius alterius,ſecundum eum ibidem & alios. Modò in propoſito noſtro illæ ſorores ſunt actrices,non rei vel conuentæ :

ergo

ergo regula ipſa in eis non poteſt habere locum, neq; præſumi iuſta ignorantia, ſed
potius ſupina, arg. l. nec ſupina. ff. de iur. & facti ignor. Et maximè hæc vendicant
ſibi locum in ignorantia iuris, quæ etiam fœminis in compendijs non prodeſt. l. 551.
iuris ignorantia. dum dicit, non prodeſt acquirere volentibus. & l. error facti. §. iu-
ris. ff. eod. tit. cum ſimilibus ibid. & l. emancipata. & l. cùm quis. C. eod. tit. allegat.
per gloſ. & doct. Ignorare enim ius nemini licet. Spec. de excepti. §. 2. verſic. ſed
quid ſi velit. Nec id quod ſciunt omnes. in Spec. de ſumma trini. & fide catho. ſed
omnes ſciunt hanc iuris normam, quòd fœminæ in feudo non ſuccedunt, & per ius
commune, & etiam conſuetudinarium: ergò non releuat hæc obiectio.

Quòd etiam poteſt corroborari ex alio, quia eò ipſo quòd apparet rem eſſe 552.
alienam, & teneri ab aliquo ſine titulo, præſumitur mala fides, vt voluit Imo. in c.
ſi. in 5. col. de præſcriptio. per vulgatam l. ſi. C. vnde vi. ſaltem quando ſucceſſor
eſt certus de non titulo, & de poſſeſsione alterius vetuſtiori, vt eſt in propoſito
noſtro in ciuili, & etiam naturali conſolidata, vti ſuprà in fundament. ſæpè eſt vi-
ſum, maximè quando alius antiquior poſſeſſor apparet, quinetiã quando ius com-
mune non contradicit, fides bona non præſumatur, ſaltem vbi non eſt titulus, te-
nent, vel ſequuntur But. & Panor. in d. c. ſi diligenti. col. 4. verſic. 3. quæritur de
præſcrip. & ibi latè Feli. col. 2. qui etiam atteſtatur, hanc eſſe communem opinio-
nem, & pro ea adducit quàm plurimas authoritates, vltra quas poſſunt addi Bal.
& Ang. in l. ſuper longi. col. 3. de præſcrip. longi temp. gemma. c. 1. col. 2. de præ-
ſcrip. in 6. & practi. Papien. in forma reſponſionis rei cõuen. in verſic. exceptionis.
col. 4. cum ſequenti. vbi retulit dicta Bal. & quia modo tantò fortius, ex quo ipſæ
ſorores iudicio ſunt confeſſę, bona illa fore feudalia, quæ ſola confeſsio etiam pro-
bat malam fidem, vt egregiè voluit Ang. in l. eum. §. publiciana. ff. de publicia. mo
derni. in c. ſi diligenti. in 3. col. de præſcriptioni. & alibi.

Præterea quando quis poſsidet ſine titulo, non præſumitur bonæ fidei poſ-
ſeſſor ſaltem, vbi ius commune reſiſtit, dato etiam quòd non appareat alius anti-
quior poſſeſſor, quia poſsidens contra ius, nunquã p̃ſumitur bonæ fidei poſſeſſor. 553.
Ita colligitur ex dictis Barth. in l. Celſus. ff. de vſuca. & vt refert dominus Abb.
vbi ſuprà, col. 2. circa fin. & Antho. de But. in c. cùm eccleſia. col. 8. de cauſa poſ-
ſeſ. & proprieta. qui dixit, quòd in poſſeſsione contra ius exigitur titulus aut lon-
gum tempus, vt pręſumatur bona fides, allegando dictum Inno. in c. ij. col. 3. vltra
medium. verſic. nota de reſtit. in integr. De quo dicto plura per alios, maximè mo-
derniores in dicta l. Celſus. & in d. l. ſi diligenti. dicuntur & allegantur. Et dicunt
debere intelligi & limitari, vt non procedat data in capacitate poſſeſſoris, vt in lai- 554.
co poſsidente decimas, quia tũc ſemper p̃ſumitur mala fides, vt dicũt Bal. & Ang.
poſt Inno. in l. ſuper longi. C. de præſcrip. long. temp. & moderniores in dictis lo-
cis. Sed in propoſito noſtro actrices ipſæ, vt oſtenſum eſt, nullum habent titulum,
& ſunt regulariter incapaces feudorum, vnde etiam cõſuetudine repelluntur filiæ
& ſorores ac deſcendentes ex eis. d. c. 1. §. hoc autem notandum. & ibi gloſ. & oẽs
qui feud. dare poſ. Gloſ. in c. 1. de gene. ſucceſsio. in feudo. Roma. plenè in conſil.
1. Ideò cenſentur dolo ſeu mala fide contra iura aptiſsima occupaſſę & detentaſ-
ſę, vti iam notorium eſt, & ſæpè dictum atq; viſum ſuprà: ergò &c. Et ſic non ſtrin-
git aliquo modo.

Habent inſuper iſta locum, ſi allegetur bona fides, aliâs autem quando non
eſſet allegata, etiam in habente titulum non præſumeretur, quia licet tunc non ſit
probanda, eſt tamen de neceſsitate alleganda, ſecundum Bal. & Ange. in prædi-
cta l. ſuper longi. col. 3. dicentes hæc verba. Illud autem tene fixum cordi, quòd v-
bicunque dicimus præſumi bonam fidem, intellige, ſi allegetur per tex. ſi adulte- 555.
riũ cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adulte. idem tenet Angel. in d. l. eum qui. §.
ſi. ff. de publi. dicens: ſis tamen cautus in allegando bonam fidem, aliâs ſuccumbe-
res, quia bona fides nunquam præſumitur, niſi allegetur per tex. in d. §. idem

Pollioni. Quod etiam firmat Bal. in c. ſi quis per 30. in tit. ſi de feud. fuerit contro-
uerſ. Sequitur Areti. in §. ſed iſte. col. 11. Cæpoll. tractatu de ſerui. vrb. prædi. c.
20. col. 2. vbi dixit, quòd in hoc vidit multos errare. Latè Phili. in c. final. col. 5. cir-
ca finem. Dominus Iaſ. in l. non hoc C. vnde cogna. Alex. de Imo. & alij in diuer-
ſis ſuis conſilijs. In quibus locis multa dantur ſimilia. Vnde dato, quòd hic interue
nerit & titulus & bona fides, cuius tamen contrarium probatum eſt ſuprà: nihilo-
minus debent actrices ſuccumbere, ex quo non fuere, vt oportet in iudicio dedu-
cta neq; allegata. Taceo, quòd ſciuerint eſſe feudum, tùm ex literis contractus, tùm
inueſtiiuris, & per dominium feudi literis & etiam aliundè fuêre certificatæ, nec po
teſt dici nimis credulus, qui ſibi ipſi credit, quod confeſſus eſt in iudicio ſæpè ex-
preſsit verbis. l. cum antiquioribus in 3. q. C. de iure delib. vbi Bal. & in marga.
in verſ. credulitas, verſ. 2. et quod eſt veriſimile, permaximè Bal. vbi ſuprà in verſ.
penult.

Ad vigeſimam nonam obiectionem.

AD iſtam obiectionem, quæ fortis & magna videbatur facilimè, & cum veri-
tate reſponderi poteſt fatendo, quòd in dubio res videatur & præſumatur li-
bera & allodialis, non ſeruilis, neq; feudalis iuribus in ea allegatis, ſed quòd hic ſeu
in terminis noſtris ſimus in dubio reſpondendo primò, conſtantiſsimè negatur, ſi-
ue loquamur de iure, ſiue etiam de facto. Quoniam vtroq; caſu & quidem ſemper
res erit & proceſsit abſq; dubio & admodum clara. Quis enim adeò ſupinus eſt, vel
inueniri poteſt, qui vel nõ ſciat, vel diffiteatur de iure regulam haberi, quòd fœmi-
na in feudo maximè maſculino nõ ſuccedat, iuribus ſæpè ſuprà allegatis. Sed illud,
556. de quo eſt regula, licet ſint aliqui caſus ſpeciales, niſi de eis fiat mentio ſpecialis, nõ
dicitur neque dici poteſt dubium fore. Ita Barth. in l. quotiens. ff. ſi quis cautio. re-
mittendo ſe ad l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. vbi etiam modern. maximè do-
557. minus Iaſ. in 9. col. in verſic. fortius dicit Bart. qui illud refert & ſequitur, præmit-
tens, quòd regulis iuris ſit ſtandum, & quòd tenaciter ſint ſeruandæ, niſi in cõtra-
rium appareat diſpoſitio ſpecialis, ſecundum Bal. in l. ſi tutor. in ſine. C. de ſeruo.
pigno. dato manu. Item & quòd pro regula ſemper ſit pronunciandum, niſi probe-
tur contrarium, allegat Bald. in c. 1. in 3. col. de aliena. iudi. mutan. cauſ. facta. & ita
dicit eleganter notari in l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. ergò nõ obſtat obiectio,
558. cùm non ſimus in dubio, & vana eſt dubitatio eius, de quo eſt caſus legis. l. quod
Labeo. ff. ad carbon. l. dominus. ff. de Teſtam. in l. ancillæ, & ibi Bald. C. de furtis.

Secundò reſpondetur, quia illa regula non ſimpliciter nec indiſtinctè pro-
559. cedit, loquitur, vel intelligenda eſt, vt res ita ſint liberæ, vel tales præſumantur per-
petuò, non autem ſeruiles vel feudales, ſed tantum donec aliud vel ſaltem contra-
riũ probetur. Ita loquuntur omnia illa iura, & doct. deſuper ſcribentes. Dicit enim
textus in l. vti frui. in princ. ff. ſi vſufruct. peta. ibi: quãuis vſufructuarius ius vten-
di non habeat, vincet tamen iure, quo poſſeſſores potiores ſunt, licet nullum ius ha
beant. et ibi gloſ. in verſic. potiores, quæ hoc expreſſè notat circa medium, allegat
bonum textũ in l. nec creditores. §. vt autem. C. de pig. acti. ibi: extorqueri ei ne-
ceſsitas probandi debiti. & in l. ſi creditor, eod. tit. Bal. in l. ſicut alienatio. in fi-
ne. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Specula. in tit. de proprie. §. 3. verſ. ſed iſte. et pro-
priè in materia feudorum eſt textus. & ibi Bald. in c. 2. ſi de feud. fuer. controuerſ.
inter domi. & vaſall. dum dicit, prædia autem in dubio, & quæ ſequuntur. Ioan.
An. in addit. ad Specul. in tit. de feud. §. quoniam in addi. ceſſante. et ipſe ac alij
in c. fi. de iudi. in c. Ninias. de iureiurand. Bal. in l. libertinus. ff. de ſtatu
homin. & Alex. de Imo. in conſil. 129. in 1. volum. ac alijs pleriſque locis.
Sed in propoſito noſtro conſtat, & clariſsimè eſt probatum, Mundelßheym
cum

cum pertinentijs & cæteris eſſe feudum Marchionatus B. in primis literis vendi-
tionalibus, feudalibus, reuerſalibus, ac etiam confeſsione partium aduerſarum,
& item ex alijs literis productis per eas: ergo non ſumus in dubio, nec habet lo-
cum illa regula, vel iuris præſumptio per iam dicta.

Tertiò confirmando hoc reſpondetur, quia licet per negationem res fiat
dubia. l. 3. C. qui ad liber. proclama. non licet. & l. poſt rem. & ibi Barth. ff. de
tranſacti. & etiam per verba non credo, ſecundum Bal. in d. l. 3. tamen illud eſt 560.
verum, ſicq; intelligendum, ita in terminis Barth. in d. l. poſt rem dicens, vel dic
verius illud quod dicitur per negationem, ſit res dubia, eſt verum, niſi probatio-
nes ſint adeò manifeſtæ in contrarium, quod negari non poteſt, vt ſi apparet con-
trarium per ſententiam vel aliâs eſſet notorium. Sed in propoſito noſtro illa bo-
na fore feudalia conſtat per ſententiam aliâs latam & productam per aduerſarios.
Eſt præterea ex literis & confeſsione partium, & pleriſque, vt ſuprà oſtendi, no-
torium, & pluſquàm manifeſtum, ergo &c.

Quartò poteſt reſponderi, quia etiam dubitans, qui poteſt de facili cer- 561.
tiorari, habetur pro ſciente, per notata per gloſ. in l. locus. ff. de acquir. poſſeſſ.
eſt textus in l. regula. §. ſed facti. ff. de iuris & facti ignoran. ibi: ſi non ei ſumma
negligentia obijciatur, & deinde ibi: verùm eius, qui eam rem diligenter inqui-
rendo notam haberi poſsit, cum ſimilibus. et præſumitur etiam quilibet credere
illud quod aſſerit vel dicit. Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. poſſeſſ. nec debet,
imò nihil ſtultius eſſe poteſt, ſibi plus credere, quàm alijs honeſtis & prudenti- 562.
bus viris. 24. q. 3. c. quid iniquius autem. & ibi gloſ. facit c. ne inniteris. extrà,
de conſtitutioni. cum ſimilibus. Quinimò etiam ſcire quis dicitur, quod potuit 563.
per alium inueſtigare, notat Cardi. in Cle. 1. §. fi. de conceſſ. præbend. Et in pro-
poſito tantò fortius, ex quo ſunt cognatæ, imò ſorores, & ſimul diuiſerunt bona
paterna cum fratre, relictis ſibi præcipuis huiuſmodi feudalibus. Quomodo ergo
potuere ignorare, vel non ſcire id, quod ipſæmet egerunt contra authent. qui pro-
priam. C. de conſtit. pecu. Sunt etiam paria, ſcire, & debere ſcire. Bal. in l. qui-
cunque. 1. col. 1. notab. C. de ſeruis fugit. & Cardinal. vbi ſuprà.

Quintò reſpondetur, quòd in propoſito nullo modo actrices poſſunt præ-
tendere ignorantiam feudi, vel dubitationem, cùm obtulerint ſe recipere in feu-
dum illa bona feudalia, & ſeruire per ſubſtitutum: præterea habuerint omnes lite-
ras penes ſe & venditionales, vt patet in actis, in quibus fuere productæ & in-
ſertæ, ergò de eo habuerunt ſcientiam, quod ſufficit, vt de ſe patet & com-
probatur ex notatis per Bartho. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 4. q. vbi
etiam alij. ff. de verb. oblig. Bal. in c. 1. in §. penul. in tit. imperator Lotha-
rius in vſibus feudorum. & Ang. in conſil. 73. incipien: Quidam pater filias
habens. l. 1. C. de pact. iuncta l. de his. & l. non eſt ferendus. ff. de tranſacti.
& per Alex. de Imo. conſil. 102. incipien: Viſis & ponderatis his, quæ nar-
rantur in themate, 2. col. verſic. nec poteſt prætendere, probatur etiam ex ſcien-
tia contentorum in inſtrumento, vel literis huiuſmodi continentibus & exponen-
tibus, illa eſſe feudalia bona, quæ deuenere ad manus actricum, quod ſolum ſuffi-
ceret, vt in d. l. non eſt ferendus: per quam dixit ibi Bald. probari, ꝙ ille qui videt
teſtamentum, præſumitur habuiſſe notitiam totius teſtamenti, ſicut ille, qui ha- 563.
buit penes ſe acta, præſumitur omnia legiſſe, vt in c. conſtitutus. de teſtibus: nec
attenditur tunc præſumptio in re illa, quæ, vt dixi, nõ eſt veriſimilis. Bal. in l. fi. 2.
col. C. de hæred. inſtit. & in 20. oppo. ſed præualet veritas ipſa. & quando noto- 564.
ria, vt in ꝓpoſito, vt oſtendi ſuprà, nihil poteſt in contrariũ allegari. Bald. in l. im-
perator. la. 1. col. 2. verſic. ſed nunquid poterit. ff. de ſtatu hominum. et plus valet,

quàm opinio Bald. in l. 2. C. de inge. manumiſſ. & demonſtra. non debet aliter
demonſtrari. l. cùm tale. §. falſam. ff. de condi. & demonſt. l. 1. in fine. ff. de dote
præl.

Confirmatur iſta, quia præſumptio illa, quòd res ſit libera, & ſimilis illi, ne-
dum tollitur probatione, vt in l. ſiue poſsidetis, in princ. in 2. notabili. & in 3.
columna, verſic. ſed quæro. Spec. de proba. §. 1. verſic. 2. & §. 3. verſic. 5. ſal-
tem quandò ſit euidens contrarium. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſam. l. ſi.
565. ff. quòd metus cauſa, ſed etiam alia præſumptione, quoniam & vna tollit aliam.
c. tua nos. & ibi gloſ. de deſponſa. impub. Bald. in l. Pachmenius. ff. de hæred.
inſtit. per Bart. in l. Titius. de reſtitu. in integ. in 2. col. in princi. in 2. notabili.
Cy. & alij ſcribentes in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matri. in l. ſi
qui adulterij. C. de adulte. Bald. & alij in d. l. ſiue poſsidetis. & in l. mater. vbi
etiam Ang. & Salice. C. de calum. Specul. de expenſ. §. 4. verſic. in hoc. circa
medium. Vnde dato, quòd in propoſito noſtro etiam contrarium nõ eſſet proba-
tum, prout tamen verè probatum eſt, tamen quia tot ſunt præſumptiones in caſu
noſtro contra illam & ipſas actrices, vti eſt proximè viſum vel oſtenſum: ergo
per illas ſublata eſt præſumptio ipſius libertatis, & per conſequens non obſtat.

Ad trigeſimam obiectionem.

AD iſtam obiectionem & iura in ea allegata, quæ in effectu, & virtualiter ni-
hil aliud innuunt vel continent, quàm proximè procedentes obiectiones, il-
lis quinque modis, vt proximè reſpondetur, & vltra ibidem dicta poſſet ſextò
reſponderi ad illam, & inprimis negando, quòd ſorores etiam ſpoliatæ adhuc
gaudeant beneficijs, quæ dantur poſsidentibus: cùm enim nõ reperiatur iure cau-
566. tum id firmare non debemus: erubeſcimus enim ſine lege loqui. §. conſideremus.
in authent. de trien. & ſemiſſ. col. 3. l. illam. circa medium. C. de colla. cum ſimi-
libus ibi eo, quòd nulla conſtitutiò ſuper huius prima collatione poſita eſt. Sed
habet ſpoliatus alia quædam beneficia puta, & inter cætera, quòd regulariter an-
te omnia ſit reſtituendus, de quibus ſuprà. Sed non habet iſtud priuilegium poſ-
ſeſſorum, ſeu poſsidentibus conceſſum, de quo in obiectione ipſa.

Septimò poteſt reſponderi, quia dato, quòd actrices adhuc hodiè poſside-
rent etiam naturaliter, prout ipſæ aſſerere videntur: tamen iſtud feudum ex teno-
re inueſtituræ aſſumpſit ſibi naturam maſculinitatis, vti etiam ab antiquo habuit,
567. qui etiam derogat communi naturæ feudorum, vt ſæpè dixi ſuprà, & eſt textus
in c. ſi cui. in titulo de extraordina. capitulis Conradi, ibi, vt in feudis tradi ſolet
regulariter: ſermonem tamen inueſtituræ, nec non vim verborum, & ſenſum
contrahentium intuentes. De quo textu meminit Bald. in præludio feudorum, in
4. diuiſione, vbi inquit, quòd ſemper recurrendum eſt ad tenorem inueſtituræ,
quia vim contractus oſtendit. & voluit idem Bal. ponderando textum ibi, quem
dicit egregium, in c. 1. in titul. de duobus fratri. inueſt. idem Bald. in l. fi. C. de
ſuis & legit. hæred. cum ſimilibus ſuprà allegatis. Quare præſumitur eſſe feudum
maſculinum, ſecundum tenorem inueſtituræ, & literarum venditionalium, con-
tra quem poſſeſsio nihil arguit vel inducit.

Octauò reſpondetur, quia clarum eſt, quòd præſumptio transfert onus
probandi in aduerſarium. Bald. in d. l. ſiue poſsidetis. in princip. in ſecundo no-
tabili, & in tertia col. verſ. ſed quæro. C. de proba. cum concordan. ſuprà proximè
allegatis. Sed dominus Marchio habet multiplicem præſumptionem pro ſe, vltra

præſatas

præfatas literas venditionales & inueſtituræ, ac reuerſales exprimentes verbis
apertis, feudum ipſum fore maſculinum, & inprimis iuris communis, quod ha-
bet, quòd fœmina non ſuccedat in feudo: item in actricibus ſcientiam rei alienæ,
& quòd ſit tale feudum: præterea omnium contentorum in dictis literis, per quæ
ſublata eſt illa iuris præſumptio libertatis vel allodialitatis. & ſic retorquetur il-
la obiectio pro domino Marchione, & quòd propter huiuſmodi præſumptiones
& apertas probationes incumbat onus probandi ipſis ſororibus, etiamſi adhuc
hodiè poſsiderent, eſſentq; rei conuenti, vt Marchio actor per iam dicta.

Nonò confirmatur etiam, quia illæ regulæ, quòd res præſumatur libera,
& quòd in dubio poſſeſsores vel rei ſint abſoluendi, vel pro eis iudicandum, pro-
cedunt & ſunt veræ, quando ſumus in terminis ſimplicibus, & paribus, ſecus au- 567.
tem, quando eſt præſumptio contra reum, quoniam tunc non procedunt illæ regu
læ. Ita Bal. in l. qui accuſare. in 1. colu. verſic. 20. fallit regula, allegat textum in l.
cùm de indebito. ff. de probatio. ſaltem quando eſt præſumptio iuris, vt in l. ſiue
poſsidetis, de probationibus. l. filium. ff. quæ ſunt ſui vel alie. iur. l. Lucius. ff. de
cōditio. & demonſt. & voluit Specula. per expreſſum, in tit. de proba. §. probare.
verſic. nunc ad propoſitum, dans ibidem plura exempla per ordinem, de quibus
ibi per eum, hìc breuitatis ſtudio nō tranſplantata, vbi etiam hoc eſt in d. l. qui ac-
cuſare. tenuere etiā Iac. de Areti. Imo. But. & poſt Bald. Salice. in 2. colum. extrà,
gloſ. verſ. oppono, quòd actore non probante ibi ſolum quòd hæc regula habet
locum, quando actoris intentio non eſt fundata de iure communi, id eſt, præſum-
ptione iuris & cōſequenter verè. Et quid morari oportet? de hoc etiam eſt gloſ. ex-
preſſa in c. 1. vt eccleſiaſtici benefici. ibi, hac regula fallit. Nam ratione præſum-
ptionis aliquando transfertur probatio ad reum, allegat textum ibi, vbi ratione
præſumptionis imminentis contra reum, transfunditur in eum onus probandi.
Nam in caſu noſtro erat præſumptio contra Archiepiſcopum ex multis orta, ideò
habuit neceſſe probare. Et l. Quintus Mutius. ff. de donat. int. vir. & vxor. c. vlti-
mum de iureiurand. c. ex inſinuatione. extrà, de procura. & poſtmodū in gloſ. ibi:
item priuilegium actoris, quod transfert onus probandi in reum, vt in pupillo, &
in muliere, iuxta d. l. cùm de indebito. §. ſin autem. ff. de proba. Sed in propoſito
noſtro & regulæ, & iuris præſumptiones multiplices ſunt cōtra ſorores tanquàm
fœminas, & pro domino feudi, vt clarè oſtenſum eſt ſuprà: ergò nō ſibi, ſed actri-
cibus, etiamſi actu poſsiderent, incumbit onus probandi feudum fore fœmininū.
Quod quia non eſt factum, nec in aliquo loco apparet: ergò non habent locum di-
cta in eadem obiectione, quinimò valeret etiam tunc ſententia pro actore, ſecund.
Paul. de Caſt. in conſil. 97. incipien: viſis allegationibus. in 1. col. Si ergo pro do-
mino Marchione, quando eſſet Actor, ferenda foret ſententia propter prædicta,
quantò fortius in propoſito, in quo eſt conuentus vel reus?

Ad trigeſimam primam obiectionem.

AD iſtam obiectionem ſimiliter 32. modis, ſuprà circa materiam poſſeſſorij
relatis poteſt reſponderi, & quidem verè ac formaliter reducendo verba ad
terminos noſtros, & vltra illas reſponſiones reales poteſt etiam non inconueni-
enter reſponderi, & ſic 33. quòd illa conſtitutio diui Marci ſeu l. extat, in propo-
ſito noſtro non habet locum, quia illa loquitur & habet locum, quando quis in-
uadit rem, in qua prætendit ius habere, vt quando Creditor propria authoritate
recuperat vel apprehendit pignus ſeu hypothecam, ſecus aūt, quando quis inua-
dit rem ſuam propriam &c. ab alio poſſeſſam. Nam tunc non loquitur, illa conſti- 568.
tutio & non eſt vltra ſuas metas extendenda, cùm ſit pœnalis. l. in interpretatione.
ff. de pœnis: nec infertur de vno ad aliud in pœnalibus. c. 1. de homicid. in 6. vbi
imponitur illa pœna terribilis contra fauentes aſſaſinis, & tamen non imponitur
aſſaſinis,

aſſaſinis, vt ibi firmant doct. Io. An. & alij, & maximè in pœna caducitatis, de
qua agitur, non habente locum, niſi quandò in iure expreſsè imponitur, vt per
gloſ. & doct. in c. fi. de iure patrona. fac. textus in l. ad ſi quis. §. diuus. ff. de re-
ligio. & ſumpti. fune. & quid voluit Bald. de pace conſtant. in verſic. perſoluere
victum, poſt verbum pactiones, allegat Inno. in c. conſtitutus. de religio. dom.

Poteſt etiam aliter, & ſic trigeſimo quarto reſponderi. Nam
569. poſito, ſalua veritate, quòd illa conſtitutio diui Marci, ſeu lex extat etiam in termi-
nis noſtris competijſſet, tamen quia non intentata, neq; in ea, & multò minus pro-
batum videtur ex actis & actitatis, maximè etiam verbis libelli: ergo non pote-
runt obtinere ſorores ſeu actrices in hoc iudicio quoquo modo, per ea quæ dicta
ſunt in 18. & 19. & quibuſdam alijs præcedentibus fundamentis, per l. habebat.
in prin. de inſtitor. & Inno. in c. ex parte Abbatiſſæ. de priuilegijs, in c. 1. de litis
conteſta. Bartho. & moder. in c. 1. ff. de eden. & in l. 1. §. illud. ff. de aqua quo-
tid. & æſti. & quæ habentur in additio. in tit. de actio. ſeu petit. §. ſequitur. vide et
alijs in locis ibidem, & in dictis fundamentis allegatis, & ſic iterum ipſa obiectio
& iura allegata in ea non habent officere neque obſtare.

Trigeſimo quinto reſpondetur, quoniam illud non eſt petitum in libel-
lo, ergo Marchio in eo condemnari non poteſt. l. fi. & ibi doct. C. de fidei com. li-
berta. & in l. vt fundus. ff. commu. diuid. c. licet heli. de ſymo. Clem. ſæpè. de verb.
ſignifi. & Speculator in tit. de off. om. iud. §. deſinit. verſic. in fine. Debet enim
570. eſſe conformis ſententia libello, vt in dictis iuribus. & quidem quo ad rem, quo
ad cauſam, & quo ad actionem, vt etiam per Lanfrancum Brixienſem, in c. quan-
do contra. in verſ. ſententia. in verſic. vlterius eſt ſciendum, & in dicto Clemen.
ſæpè. verſic. iuxta petitionis. de verb. ſignifi. & Barth. in extrauag. ad reprimen-
dam. verſic. ſiue figura iudicij. Quomodo ergo in propoſito noſtro, ſi libellus de-
bet eſſe conformis petitioni, Iudex pronunciare poteſt ſecundum terminos illius
legis extat, cùm de ea in libello nulla fiat mentio, neque ex illa cauſa ſubſequatur
petitio aliqua, ſed vt ſuprà dixi, & ex alia cauſa, et ad aliam rem vel actionem.

Trigeſimo ſexto poteſt reſponderi, quia dato, quòd omnia præceden-
tia non ſint, & quòd habuerit de iure locum, fuiſſetq; intentata. l. extat. tamen
adhuc non poteſt ſequi condemnatio, cùm compromiſſa ſint ſtricti iuris, ſimiliter
571. & extenſio iuriſdictionis, vt probatum eſt ſuprà. Poteſtas enim arbitrorum pen-
det ex compromiſſo, nec ipſam formam compromiſsi excedere poteſt. l. non di-
ſtinguemus. §. de officio. & §. fi. de arbitris. c. cùm dilectus. extrà, eod. tit. cum
ſimilibus ibidem allegatis. Ideò conſueuit dici, quòd tenor verborum det legem
compromiſſo. dominus Abb. Panormita. per tex. ibi, in c. vno delegatorũ. extrà,
de officio deleg. eſt tex. in c. Reynucius. de teſta. ibi, prout ex forma compro-
miſsi. Bart. in l. cum Aquiliana. & Angel. in l. de his. ff. de tranſactio. facit l. ar-
boribus. §. ſi veſtibulo. ff. cõmuni. diuidun. l. ſi cùm dies. §. plenum. ff. de tranſ-
acti. de 2. habetur autem per Alex. et omnes in l. penult. in princip. ff. de iuriſdi.
om. iud. & ſapit eandem naturam, quam prius. Cy. & alij in l. ſi quis ex conſen-
ſu, de epiſc. audi. Barth. in l. epiſcopale. eod. tit. Petrus de Suntza in l. 1. 5 col.
ff. de iudica. Vnde hoc compromiſſum factum in cauſa non videtur ſe extendere
ad huiuſmodi pœnalem actionem. Quare videmus, quòd & pœna impoſita vni
diſpoſitioni, ſi mutetur in aliam, non cenſetur repetita. Bar. in l. teſtamento. ff. de
conditio. et demonſtra. Non ergo habet obſtare dicta obiectio.

Ad trigeſimam ſecundam obiectionem.

EIſdem modis etiam poteſt reſponderi ad hanc obiectionem, quibus ad
præcedentes,

præcedentes, & præterea trigeſimo ſeptimo retorquendo illa iura ibidem, hoc eſt,
obiectionem allatam directè contra eas ſcilicet actrices. Nam ſi hoc eſſet verum
quod in illis habetur, & quòd propterea ipſa poſſeſsio, nemine reperto vel reſi-
ſtente clandeſtinè eſſet quæſita, tunc ſtatim ſuccederet regula, quæ habet, quòd 572.
poſsidens ciuiliter, poſsit illum clandeſtinum poſſeſſorem per vim expellere, vt
notat gloſ. in l. 1. §. fi. cum l. ſequenti. ff. vti poſsid. & ibi plenè per Bart. gloſ. et
Bart. in l. 1. C. vnde vi. & gloſ. inſtitu. de interdict. §. retinendæ. Bal. in ſua di-
ſputatione, incipiente, accuſatus de vi turba, in 3. col. Ang. in l. vt vim. in fi. ff. de
iuſti. & iure. & alij in alijs locis copioſè in 39. fundamento allegatis. Et ſic abſq;
dubio Marchio dominus feudi, & ciuiliter poſsidens potuit ipſas clandeſtinas
ſorores iuris licentia expellere, & ipſamet obiectione, & partium aduerſarum
allegatione.

Poteſt & trigeſimo octauò reſponderi confirmatiuè ex his, quæ ha-
bentur in 40. fundamento, prò hac parte ſcilicet domini Marchionis fa-
cto. Nam etiam, vt ibi dicitur, is dicitur clandeſtinus poſſeſſor, qui ingreditur 573.
poſſeſsionem rei abſque iuſta cauſa, & ſcit vel ſcire debet, alium ſibi moturum cõ-
trouerſiam de iure vel de facto, dicta l. clam poſsidere. in principio, vbi hoc omnes
notant. & in c. olim. de reſtitu. ſpolia. Gloſ. & doctores in l. 1. C. vti poſsid.
Bart. in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acquir. poſſeſſ. & nedum reſpectu poſſeſsionis, ſed
etiam reſpectu dominij, ſeu proprietatis. Ita Barth. & alij ibi. & in d. l. 1. §. in-
terdictum. ff. vti poſsid. Sed ſorores hæ quinque ſciuere illa bona feudalia, & ſic
aliena, maſculina, & non fœminea, ſeq; propterea ſemel excluſas tam de iure com-
muni feudorum, quàm ex inueſtitura & alijs: ergò non debent obtinere. arg. eo-
rum quæ habentur in l. cùm quærebatur, in l. fi. C. vnde vi, & aliorum in dicto
40. fundamento allegatorum. Benè facit c. qui contra iura, de regul. iur. li. 6. & l.
quemadmodum. C. de agri. & cenſi. li. 11.

Poteſt & trigeſimo nono reſponderi, negando, quòd dominus Mar-
chio ex puſillanimitate, & ſic ſua voluntate fuerit priuatus poſſeſsione, nec eſt
hoc verum, cùm ignorauerit ab initio Philippum de A. fore mortuum, ac feudum
ſibi apertum. Quare non potuit velle vel voluiſſe quod ignorauit, vel non ſciuit,
cùm ſit voluntas deliberatio animi intelligentis & acceptantis id quod voluit, vel
eſt animi motus ſine coactione. Bal. in l. in ementis. in 3. col. mag. in verſ. modò
venio ad quæſtiones. C. de contrahend. empt. & maximè in pœnis ignorantia
excuſat. c. ſi vaſallus. ſi de feud. fuer. controu. vbi caſus in vaſallo ignorante vt
excuſetur à pœnis. Quare & in dominio hoc eſſe debet, cùm ad paria iudicentur.
iuribus vulgaribus ſuprà allegatis. Hinc dicitur, quòd ignorans nihil poteſt
agnoſcere vel acceptare, l. ignorans. C. de donat. Bal. in l. falſus. in 10. col. C. 574.
de furtis. Quare etiam hæreditatem acceptare non poteſt, ſecund. Bald. in l.
cum antiquioribus. 1. col. C. de iure delibe. nec eligere. Bal. in l. manifeſtiſsimi.
§. 1. C. de furtis. in verſic. ſin autem dubius. Nec intelligitur quis renunciaſſe
exceptionibus ignoratis, vt in ſpeculo. de exceptio. & replicatio. §. 2. verſic.
cæterum. & verſic. Poteſt etiam, diciturq; ſpeculari, vt diſtantes à longè. Bal.
in l. precibus. col. 9. C. de impub. & alijs ſubſtitu. Non ergo ſubſiſtit, quòd di-
citur in obiectione. Imò Marchio ſtatim his intellectis, appropinquauit caſtro,
& eſt adeptus naturalem ſe conſolidantem cum ciuili defenſando ſe in eadem
poſſeſsione.

Quinimò dato etiam, quòd ſciuerit ipſum fore mortuum, ſibiq; feudum
fuiſſe apertum: tamen & idem quadrageſimo per hoc non potuit puſillanimi-
tas argui. Licuit enim ſibi deſuper cogitare, amicosq; & ſuos congregare. l. 3. §.
cum

eum igitur. ff. de vi, & vi arma. & ibi Barth. & Alex. de Imo. in apoſtil. Bal. in
l. vltima. C. de iudic. in c. ſignificaſti. de homi. el. 2. vbi etiam moderniores. Ang.
notabiliter in quæſtione ſua, incipien: Renouata guerra. in 1. dubio. & Bald. in l.
3. in 18. col. C. de ſeruitu. allegando gloſ. in d. §. cùm igitur: & quòd pro vi pri-
575. uata & publica repellenda liceat congregare amicos ſatellites et ſtipendiarios, ha-
betur ibi, ſeu in eiſdem locis, vt videmus, etiam ſi aliquis detineat quem iniuſtè in
carceribus, ei quotidiè potuit reſiſti, quia vis eſt ſuccesſiua, ſecund. Bal. in l.
576. vis eius. C. de probationibus. Ideò ſi quis intrauerit poſſeſsionem rei meæ immo-
bilis, adeò quòd me turbet in ciuili, ſemper potui eum expellere, quia ſemper di-
citur in continenti: ſemper enim mihi iniuriatur, & ideò ſemper poſſum hanc iniu-
riam repellere, vt notat Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, in fine. 2. col. ff. vti poſ-
ſide. & in l. vnde vi. cum ſimilibus in fundamento allegatis: ergò &c.

Ad trigeſimam tertiam obiectionem.

VTi ad proximas obiectiones eſt reſponſum, ita & ad iſtam reſponderi poteſt,
& permaximè quòd illa talis conſtitutio l. ſi quis in tantam, non fuerit inten-
tata in libello; neque ſuper ea concluſum, vt clarius dixi & oſtendi ſuprà in 64.
fundamento, & vltra ibi dicta 41. addo aurea verba Bald. in l. ædita. in 16. col.
verſic. vnū ſcias. C. de eden. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtili. publi.
577. quòd totum pondus libelli ſtet in concluſione, & alibi ſæpè, vnde & concluſio
libelli reſtringat narrata ad ea, quæ ponuntur in ipſa concluſione, ſecund. Bal. in
l. nec quicquam. §. vbi decretum. in 15. col. ff. de off. proconſ. & lega. Ange.
pulchrè in conſil. 36. in verſic. 2. præmitto quod in libello. Cognoſcimus
enim actiones in libello intentas per modum & medium concludendi. Barth. in
l. certi. conditio. in princ. ff. ſi certum pet. & in l. ædita: & tunc illa cauſa dedu-
cta in libello, & non probata: quamuis alia cauſa probata ſit in proceſſu, non poſ-
ſunt obtinere agentes, dicta l. habebat. in principio. ff. de inſtito. Inno. & alij in
dicto fundamento allegato. Spec. & Bald. ibi in addi. de off. iudi. §. deſeruit. verſ.
quid ſi libellus. & in tit. de teſti. §. 1. verſ. ſed pone egi. Bal. in l. 1. ff. de publicia.
cum ſi. ergò &c.

Vnde poteſt quadrageſimo ſecundo reſponderi, confirmando
prædicta, quòd agentibus ſororibus ex vna cauſa, vt puta rei vendicatione vel
petitione hæreditatis, etiamſi apparuerit in proceſſu, quod melius agi potuiſſet ex
alijs cauſis, vel etiam, & maximè ex dicta conſtitutione, ſi quis in tantam, non poſ-
ſet tamen conſequi victoriam per ſententiam, textus eſt perpetua mente tenendus
in l. Bæbius Marcellus. ff. de pactis. dot. quem Bald. ſæpè habebat in ore, ita di-
xit Ang. in l. Claudius. ff. qui potio. in pigno. habe. quem etiam allegauit Bal.
in authen. ſed & ſi quis. C. de ſecund. nup. & in l. ſi. C. de hæred. inſtitu. & ali-
bi ſæpè doct. vnde inquit Bal. in c. 1. de mili. vaſall. qui contumax eſt; alleg.
ſecund. doct. gloſ. auream, in l. verbum oportere. ff. de verb. ſignifi. quòd iudex
578. non poteſt ſupplere, ſi plus eſt probatum, quàm petitum ex præmiſsis: ergò quia
actrices non probauere dominium rerum, neq; feudum eſſe fœmininum, vel quòd
veniat in hæreditatis petitione, nec cauſas expreſſas vel deductas in narratione
& concluſione, ſuccumbere debent, eſto etiam, quòd in proceſſu fuerit inſuper de-
ductum & probatum in conſtitutione, ſi quis in tantam, vel quacunque alia, quia
hoc fieri non debet, neque releuat aliquo modo vel via.

Quadrageſimo tertio reſpondetur, quia dato, quòd eſſet etiam inten-
tata hæc actio deſcendens ex lege, ſi quis in tantā, vel præallegata l. extat; tamen
579. adhuc non ſuffragaretur, quia quando aliquid eſt cauſa actionis inducendæ, ſi
illud

illud ceſſat, vel extinguitur, ceſſat actio & eius effectus. l. ſi cum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cautio. l. tigni. §. final. ff. ad exhiben. l. & in totum. cum ibi notatis. ff. de impenſ. in re dota. factis. in l. 3. §. hoc autem. ff. de itin. actuq́ priua. cum concordantibus ibi, & in 66. fundamento allegatis: maximè autem, quando id, quod eſt cauſa ex poſt facto, ſopitum & extinctum eſt facto agentis, vel agere volentis. l. & ideò, & l. ſi ſeruus. in princ. ff. de condi. furti. Sed in propoſito noſtro cauſa condictionis, vel intentionis illius legis, ſi quis in tantam, ſi eſſet intentata, eſſet expulſio violenta, quæ vel non interuenit, vel nunc eſt ſopita, facto earum actricum faciendo compromiſſum, & renunciando violentiæ ac poſſeſſorio, vti extenſius iſta deduxi in præfato fundamento, & quibuſdam alijs locis.

Quadrageſimo quarto reſponderi poteſt, & quidẽ legaliter, quia quando quis eſt dominus, & habet probabilem cauſam credendi ſe poſsidere, & illa ſua bona propria authoritate apprehẽdere, excuſatur à pœnis, de quibus in d. l. extat. ff. quod met. cauſ. & in ſæpe allegata l. ſi quis in tantam. vbi illud ita concludunt gloſ. Barth. Bal. & Ange. in l. ſi. C. vnde vi. & Bal. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & in authent. licentiam. C. de epiſcop. & cler. Canoniſtæ, maximè dominus Antho. de Butr. & Imo. in c. cùm in officijs. extrà, de teſtamen. dominus Barth. Socynus præceptor meus digniſsimus, conſil. 131. incipien: In præſenti conſultatione, in 4. col. in verſic. ſequitur etiam alia concluſio. & alij in alijs locis adductis. Sed illuſtriſsimus Marchio nedum probabilem, imò etiam iuſtiſſimam cauſam habuit credendi, ſeu vt ita dixerim ſciendi ſe poſsidere, bonaq́ ſibi aperta, tanquam ſua propria authoritate occupare, maximè attenta ciuili vera, & naturali conſolidata, prætereà inueſtiturarum, & reuerſalium literis, vt latius dixi in 67. fundamento. Quare nõ incidit in huiuſmodi pœnas, ſed nec talibus probabilibus cauſis ita excuſatus condemnari poteſt vel debet aliquo modo per prædicta, & alia in fundamento allegata. Et poteſt etiam quinta reſponſio ſic colligi, ex his, quæ dicentur proximè in 1. reſponſione & ſequenti ad 35. obiectionem. 580.

Ad trigeſimam quartam obiectionem.

AD obiectionem iſtam poteſt pariformiter reſponderi, quia omnes ferè præcedentes reſponſiones ad hanc vel maxima eorum pars adaptari poſſunt. Et prætereà & quadrageſimo quinto fatendo obiectionem, quòd ſcilicet dominus feudi non debeat neque valeat abſq́ iuris ordine vaſallum ſuum ſpoliare, vel propria authoritate auferre ſibi bona feudalia, vt in iuribus ibidem allegatis: niſi fortè ſubeſſet aliqua prędictarum cauſarum vel reſponſionum: tamen quòd dominus Marchio in propoſito noſtro ſpoliauerit ſuum vaſallum, vel ꝙ ſorores ipſæ quinque actrices ſcilicet ſucceſſerint in feudo, ſintq́ feudatariæ negatur cõſtanter, neq́ probatũ eſt aliquo modo ipſas tales eſſe, vel habere eam qualitatem, quam dictum c. 1. §. 1. de mili. vaſallo, qui contumax eſt, requirit: ergo non potuere agere virtute illius capituli 1.

Pro quo quidem etiam, & quidem quadrageſimo ſexto optimè facit, quod voluit Barth. & Bald. in l. ſi non ignorat. C. qui accuſa. nõ poſſ. quòd qui vult admitti tanq̃ talis, primò debet docere, ſe eſſe talem. l. quidam referũt. ff. de iure Codicill. Gloſ. 2. q. 1. c. inprimis. l. ſi quæramus. ff. de teſtamẽt. Bart. in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudi. l. diuus. ff. de teſta. mili. l. ſi quando. C. vnde vi. Nã regula eſt, ꝙ qualitas, quę eſt cauſa, quòd quis audiatur vel admittatur, debet probari. l. ait prætor. §. docere. ff. vi bono. rapt. l. penul. §. docere, ne quis eũ, qui in ius voca. vi exi. Barth. in l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cler. Io. An. in rubr. ſeu in c. 1. de homicid. faciunt notata per Bartho. & ſcribentes in l. Titius. de teſtamen. milit. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxali. Cùm ergò dictum c. 1. §. 1. loquatur de domino vaſallũ ſuum ſpoliante, vnde volens ex eo agere, neceſſe 581.

habet probare, ſe vaſallum, & vt talem poſſediſſe, & præterea feudũ ipſum ſibi vt maſculo competijſſe. Quod quia hic ſeu in propoſito noſtro non apparet, neq; allegatum vel probatum eſt: ergo non potuere illæ quinq; ſorores egiſſe ex capitulo, & propterea minimè obtinere, vel eius prętextu etiã quicq; cõſequi de iure feudorũ.

Et vltra prædicta poteſt etiam quadrageſimo ſeptimo

582. reſponderi, quia qualitas requiſita debet adeſſe tempore actus vel mortis ſaltem et ſucceſsionis. l. Titius. & ibi Barth. Bal. et omnes. ff. de teſta. mili. in d. l. in delictis. §. ſi detracta. & ibi Bald. ff. de noxal. act. Bal. in l. ſi. quis non dicam rapere. in 4. col. C. de epiſ. & cler. quia vt dicunt Iac. Butr. & Bald. in d. l. Titius. qualitas, quæ eſt cauſa alicuius effectus debet ineſſe tũ temporis, cùm de illo effectu diſponitur, exemplũ ponunt ipſi. Statutum dicit, q; mitius puniatur miles, quàm domicellus: quia licet domicellus poſteà efficiatur miles, tñ inſpicitur tẽpus actus celebrati, & ad iſtud tẽpus debet referri cõſideratio qualitatis perſonæ. Sic in propoſito noſtro, ex quo tempore mortis Philippi deuolutum eſt ipſum feudum, vnde qui vult ſuccedere in eo, debuit probare illam qualitatem maſculinitatis in perſona ſua, vel feudum ipſum fuiſſe fœmininum. Quod quia neutrum tum temporis affuit, vel probatum extitit in perſonis actricum; ergo non debent, neque poſſunt obtinere, maximè etiam cùm huiuſmodi qualitas vaſallagij in eis defecerit. Quam tamen textus ipſe in obiectione allegatus ad ſui eſſentiam requirit; ergò cęterum & tantò fortius prædicta erunt vera.

Præterea & quadrageſimo octauo pro reſponſione poteſt adduci,

583. quia vbi in aliqua diſpoſitione exprimitur certa aliqua qualitas, ſeu cũ aliqua qualitate, certè oportet, vt illa qualitas interueniat, nec ſufficit fieri ſine illa qualitate. l. fulcimus. §. cùm hoc edictum. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. & ibi hoc notauit Bart. per illum tex. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. pub. gloſ. nota. in c. fi. in verbo abſq; penuria, de ſtatu Monach. li. 6. in l. certi conditio. §. quoniam. in vltima col. ff. ſi cert. pet. & melius Bald. imò & Rom. in l. Titia. ff. ſolut. matri. & alij in alijs locis copioſè per dominum Franciſ. de Curt. in conſil. 73. in 2. col. allegatis. & voluit Io. Andre. in nouellis, in c. 1. de homicid. lib. 6. quem refert Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cler. referens ſe ſaluaſſe prælatum à pœna dicti c. primi, quod loquitur in Chriſtiano aſſaſsinato, quia non erat probatum niſi ſimpliciter. refert & ſequitur Alex. conſil. 221. quod eſt vltimum. in 2. volumine, & in quibuſdam alijs conſilijs, vbi ſuprà allegatis Franc. de Are. in conſil. 155. in 3. col. Barba. Sicu. in conſil. 81. in 2. colum. & 98. in 2. vol. Romanus conſil. 90. & 175. & authoritates ibidẽ. & per Franciſ. de Curtis, vbi ſuprà alleg. & ſic verba ipſius textus in d. c. 1. § 1. de milite vaſallo, q cõtumax, non conueniunt, nec adaptari poſſunt ad caſum noſtrum, cùm etiã dato, quòd interueniſſet aliqua ſpoliatio, quod tamen minimè verum, nihilominus non vendicaret ſibi locum, cum qualitas requiſita in vtraq; parte, non adſit. Non enim eſſet vaſallus ſpoliatus, cùm actrices non fuerint, nec ſint vaſalli, nec Marchio dominus feudi, ſed morte Philippi factus verus dominus, vnumq; dominium factum, et vnaquæq; poſſeſsio conſolidata cum alia: Ergò non habet locum, neque ſubſiſtit obiectio, maximè etiam ipſis qualitatibus prædictis deficientibus, vel non probantibus per iam dicta.

Ad trigeſimam quintam obiectionem.

Iſta obiectio eiſdem modis, ſicuti præcedentes, & maximè proximè quadrageſimo nono remoueri poteſt, videlicet, quòd illud c. 1. §. fi. & ibi gloſ. loquantur & procedant, quando dñs committit violentiã in ipſum ſuum vaſallum, quoniam tunc ad paria iudicantur. Sed hic nõ conſtat, neq; probatũ extitit, ſorores vel earũ

maritos

maritos ſeu liberos eſſe vel fuiſſe vaſallos ſaltem tempore ingreſſus domini Marchionis: ergò non poſſunt habere locum tex. gloſſ. & dicta doctorum in præallegatis locis. Vbi enim verba non adaptantur, vel non conueniunt, ibi non poteſt 514.
habere locum diſpoſitio iuris vel decreti. l. hoc accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. l. 4. §. totiens. & ibi notant omnes. ff. de dam. infect. & alibi ſæpè ſecundũ Fran. de Curtis, in conſil. 33. in fine. Remanet ergo caſus in diſpoſitione iuris communis, quod eſt in d. l. ſi quis in tantam, quæ in terminis noſtris, vti oſtendi proximè, non ſtat.

Præterea & quinquageſimò poteſt reſponderi, quòd qualitas requiſita, vt proximè dixi, non ſit allegata, & multò minus probata, ergo nõ habent locum iura allegata in obiectione, cùm & permaximè non ſimus in vaſallo & domino feudi, ſed in hæredibus Philippi de A. fœminis & incapacibus feudi præſertim maſculini, & domino vel proprietario vero, in quibus nec loquuntur, neque procedunt præallegata iura glo. & authoritates. Quod & apertè ibidem ſentiunt docto. maximè dominus Iacob. de Aluar. in auth. penult. col. in verſic. quæro. ab exemplo dum quærit, ſi Titius ſpoliauit vaſallum meum, ego verò ſpoliauerim Titium, & ſic ingreſſus ſum poſſeſſionem feudi malo modo, an habeat locum ille tex. vt vaſallus agat contra me tanquam ſpoliantem, & dicit ſecundum And. de Iſernia, quòd non, cùm non poſſit ſe fundare ſuper ſpoliatione ſibi vaſallo facta per tertium. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendic. & aſſignatur etiam alia ratio, quia ſolùm competit contra ſpoliantem vaſallum. Quinimò etiam ſi dominus feudi ſpoliaſſet vaſallum de alia re, quæ non ſit feudalis, nõ habet locum ille textus. Ita Iacob. de Aluaro. & alij ibidem, in penult. col. allegantes Inno. in c. cæterum. extrà, de feudis. Siue ergo res de qua eſt quæſtio non fuerit feudalis, ſiue ipſe dominus tertium ſpoliatorem ſpoliauerit, ſiue agens non fuerit dominus neq; vaſallus, ſiue etiam conuentus non ſit talis, ſemper & in omni ſimili caſu non habet locum diſpoſitio dicti c. 1. §. 1.

Poteſt vltra iã dictas reſponſiones quinquageſimo primo reſponderi, quia licet And. de Iſernia tenuerit, quòd vaſallus ibi, hoc eſt, dicto c. 515.
1. §. 1. potuerit dominum ſpoliantem etiam ad aliam pœnam, quàm reſtitutionis poſſeſsionis, per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi conuenire, & dicat non obſtare illum textũ, in quo patet, ꝙ ſimpliciter cõdemnatur ad reſtitutionem poſſeſsionis, et nõ ad aliud, quia nõ fuerit petitum vltrà per vaſallũ. Vnde non debuit cõdemnari, & ſic iſte caſus expreſsè determinatus conſuetudine feudorum nõ debeat determinari ſecundũ ius cõmune, vt in c. 1. de feudi cogni. tamen illis non obſtantibus, Iacob. de Alua. temperat illud dictũ, vt procedat in caſu, quando dñs foret coactus coram iudice ordinario, qui poſſet punire ſecundum naturam delicti, ſecus autem, quando quæſtio eſſet feudalis, & non exit parium curiã, tunc putat, ꝙ non imponatur alia pœna, quàm illa, de qua ibi in textu, dicens eſſe de mente Inno. in d. c. cæterum. Quod etiam ſequuntur alij, modò ad rem ſtante iſto, non poteſt habere locum diſpoſitio capituli 1. §. 1. de milit. vaſall. qui contumax eſt. Quia loquitur in domino ſpoliante vaſallum, quod hic non eſt, vt dixi & oſtendi proximè, alia iura & pœnales diſpoſitiones etiam ſibi locum vendicare non poſſunt, quia non ſumus coram ordinario, ſed compromiſſarijs vel arbitris, coram quibus de pœnis & alijs agi non poteſt, niſi quæ in compromiſſum deducta ſunt, nec de alio, quàm coram paribus, per iam dicta et alia vulgaria iura partim ſuprà allegata: nec, vt patet ex præcedentibus reſponſionibus, fuit actum vel concluſum ad illas pœnas: ergo &c.

Quinquageſimo ſecundo poteſt reſponderi ad illum textum, quòd poſito etiam, ꝙ omnia præcedentia non forent, & quòd dictæ ſorores & actrices eſſent veræ vaſallæ, & ꝙ Marchio verus adhuc extiterit dominus feudi, tñ adhuc

diſpoſitio illius c. non obtineret locum in caſu noſtro, cùm quia verba & eius for-
586. ma non ſeruata, Requirit enim, quòd ſi dominus perperam reſpondit, vaſallus
curiam vocet, ſeu pares curiæ, & quòd in eadem curia de domino conqueratur,
vbi dominus ſalua reuerentia cogitur: & ſi poſt trinam monitionem iudicialiter
factam diſtulerit, tunc licebit vaſallo ad aliam maieſtatem ire, & ſibi cõſulere &c.
vt clarè ibi dicit textus. Quæ omnia hic ſeu in propoſito noſtro non interuenere,
neque obſeruata ſunt: ergo ille textus non vendicat ſibi locum, Et quia clarum
587. eſt, quòd quando forma, quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhi-
bend. cum concordan. non ſeruatur actus, & proceſſus redditur nullus. Bald.
in l. comparationes; in 3. oppoſitione. C. de ſide inſtru. l. 2. in 3. oppoſitione.
C. de iure emph. in §. nos ratam. de pace conſtan. Alex. de Imo. in l. 1. & 2. ff.
de libe. & poſthu. & alij alibi. Cùm ergo, vt dixi, talis forma non ſit ſeruata, fru-
ſtrà omnino quæritur vel diſputatur de illo textu, qui & alijs ſuprà relatis ratio-
nibus reuellitur, & non procedit in caſu noſtro & ſimilibus.

Quinquageſimo tertio confirmando illud quod proximè dixi, re-
588. ſpondetur, quòd etiam forma non ſeruata, faciat actum haberi pro infecto. Car-
din. in Cle. 1. §. 1 10. quæſtione de reb. eccleſ. non alien. per c. vides. & diſtincti.
latè per Alex. de Imo. in conſil. 1. parte 4. Et quia forma à lege tradita etiam in
dubio eſt de ſubſtantia, vnde omiſſa vitiat actum. Bal. in d. l. comparationes. in
2. col. verſic. C. de fide inſtru. & in l. 1. C. vt in poſſeſſ. lega. & in l. ſi tutor.
C. in quibuſ. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Specul. in tit. de inſtru. edi.
§. 4. verſ. ſed nunquid. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſacti. eſt bonus textus in
c. is qui. & in c. procurator. de electio. in 6. etiamſi lex vltrà non procederet,
quia factum contra legem eſt nullum. l. non dubium. & ibi Barth. Bal. & alij
589. doct. C. de legi. & etiam quia forma debet ſeruari ad vnguem, & ſpecificè, non
590. per æquipollens. Ideò citatio vna peremptoria non ſufficit, quando ſtatutum re-
quirit trinam. Bal. in l. ceſſante. vlti. colum. C. quom. & quan. iudex. Alex.
& alij moderniores plenis. ff. de libe. & poſthu. allegantes gloſ. in Clem. 1. in
verſ. tertiã. de vita & honeſta. cler. & Bald. in authenti. qui ſemel. in 4. colum. C.
quomo. & quan. iudex. Barth. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi. dominus
Antho. de But. & Inno. in c. ex. de cleri. non reſiden. in c. fi. de dila. in c. quo-
niam frequenter. §. ſi verò, vt lite non conteſt. Io. And. in additionibus Spe-
cul. in rubr. de cleri. non reſiden. Io. de Imo. & alij in l. ſi finita. §. ſi plures. 16.
q. ff. de dam. infect. & alij in alijs locis ibidem allegatis. Sed hîc ſeu in propoſito
noſtro, nedum tres, ſed nec vnica quidem admonitio parum ſaltem iudicialis in-
teruenit: nec eſt verum, quòd dominus Marchio perperam reſpondit, ſed ſemper,
vt apparet ex actis, & de iure præſumitur argumento. l. meritò. ff. pro ſoci. ob-
tulit ſe iuri, & maximè vt debuit, coram paribus vel quocunque competenti iu-
dice: ergò non habet locum diſpoſitio illius capituli 1. §. 1. de milit. vaſal. qui
contumax eſt, habebantq; neceſſariò ſorores actrices ad alia remedia, ſi qua eis
competerent, recurrere. Et ſic hæc obiectio etiam eſt ſublata, & propriè in materia
noſtra eſt deciſio gloſ. & doctores in loco ſtatim allegando.

Quinquageſimo quarto reſpondetur iterũ corroborando, quòd iſte textus in propoſito non vendicet ſibi locum, quia habemus textum, cõiuncta ſua gloſ. clarum de hoc in perſona vaſalli in d. c. 1. in princip. de mili. vaſall. qui contumax eſt, in verbo, tertiã vocationẽ, volens, ꝙ meritò dominus ibi, ſeu in illo caſu habeatur pro contumace, quia trinis edictis citatus ſe iudici nõ præſentauit. alleg. l. contumacia. ff. de re iudi. & licet aliás vnum edictum quandoque mittatur pro omnibꝰ. l. cõſentaneũ. C. quo. & quan. Iudex: tamẽ dicit gloſ. ibi: ꝙ illud in feudo non obſeruetur, ſcilicet ꝙ pro omnibus edictis vnũ duntaxat proponatur. Quod

etiam

etiam ibidem refert & ſequitur Bald. ibi in 2. colum. verſ. ſed nunquid numerus iſtarum dilationum, vbi pulchrè loquitur poſt eum clarius & expreſsius Ia. de Aluaro. ibi in 5. col. in verſ. quæro ſubſequenter. in d. gloſ. ibi: ex qua gloſ. notatur, quòd quando numerus ſtatuitur pro forma, nihil poteſt mutari, quia nihil eſt mutandum de ſolennitate. & ideò ſi ſtatutum diceret, quòd quis ponatur in 591.
banno præcedentibus duabus citationibus tot dierum, pro qualibet citatione, prout dicit eſſe Paduæ, non habet Iudex poteſtatem dandi vnam pro omnibus, quia cùm certa forma data ſit à ſtatuto, non poteſt neque debet mutari etiam momentum vnius horæ, de ſubſtantialibus. arg. l. etſi nihil. ff. de reg. iur. ſecundum Bal. Vnde ſecundum eum in iſta materia feudorum, poſtquam non reperitur iſta ſolennitas correcta debemus eam ſeruare. c. 1. de feudi cogni. Item quia tale tempus ponitur diſpoſitiuè. vnde non poteſt minui. ar. c. 1. §. 1. quæ fuerit prima cauſa benefi. amitten. Sicuti ergò hoc ibi determinatur ex parte vaſalli, ita habet etiam locum in ſequenti §. in perſona, vel parte domini loquentur, vt ad paria iudicentur, arg. c. 1. §. ſi. de forma fideli. & c. 1. qualiter domi. feudo priue. cum concordantibus. Debuere ergò interuenire tres monitiones vel citationes per iam 592.
dicta in propoſito noſtro, quæ quia non, imò nulla interuenêre, ideò illius c. diſpoſitio non poteſt habere locum, neq; de ea quicquam curandum, maximè cùm in ſpoliatione etiam ſecundum diſpoſitionem eius capituli actrices ſe non fundauerint, neq; quidem probauerint, ideò debent ſuccumbere, nõ obſtantibus dictis in obiectione. per c. cùm ad ſedem, de reſti. ſpoli. & tantò fortius, ex quo ex deductis & probatis per illuſtriſsimum Marchionem, apparet manifeſtè, quòd ipſe nõ ſpoliauerit, neque indebitè occupauerit.

Ad trigeſimam ſextam obiectionem.

OMiſſo principio, ꝙ pactum debeat aliquid operari, quoniam de illo dicetur inferius in 40. obiectione, ad plenum reſponderi poteſt ad illud, ſcilicet, ꝙ commoditas ſit vendita, & non res contentum in ea. & quidem multipliciter. Inprimis negando, ꝙ hic ſeu in terminis noſtris cõmoditas feudi ſola fuerit vendita, ſecundum quod aſtruere conantur actrices verbis tantùm nudis. Non enim hoc vel aliud quicquam, ex quo illud argui vel inferri valeat, probarunt, quod ſaltem appareat, vel ex deductis colligi poteſt, ſed quod non apparet, non eſt, vt ſuprà cõprobauimus, & quòd ex inſpectione ſcripturę non colligitur neque videri poteſt, 593.
non eſt, neque etiam eſſe præſumitur. l. ſi. & Barth. Bal. & alij doct. C. ſi cert. peta. per Barth. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæredi. in l. 2. quemadmod. teſtam. aperi. Bal. in l. 2. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. in l. mulier. ff. ſolut. matri. Ang. in authent. de hæredi. & falci. §. his omnibus. & Bal. in l. 1. de erro. aduoca. Bart. & alij in l. Titiæ textores. in princ. de leg. 1. & in l. illa. de verb. oblig. & in l. ab ea parte. ff. de proba. Paul. de Caſt. conſulendo in conſil. 49. incipien. In cauſa quæ vertitur inter reuerendum. in 4. col. eſt ſecundum ordinem meorum conſilium 50. in 4. col. verſic. conſtat autem quòd negatiua. multa allegando: & alij in alijs locis ibidem allegatis.

Secundò poteſt reſponderi, ꝙ imò Caſtrum Mundelsheym cum pertinentijs, & ſic res ipſę, non cõmoditates ipſarum ſint venditæ, vt clare indicat tenor inueſtiturarum & literarũ contractus, qui oſtendit naturam & ſubſtantiam eius. l. ſancimus. C. de fideiuſſori. ibi: niſi pacti tenor reclamauerit. & in l. ad probationẽ. in verſic. tenor deſignat, de probationi. cum multis ad propoſitum facientibus cumulatiſsimè in 82. fundamento allegatis. Ideò ſolet dici per illa & alia iura ibi 594.
adducta, non eſſe noſtrũ addere vel detrahere verbis contractus, & probatur optimè in l. intereſt, ibi: tantum, quantum lectio probat in ſcripturam conferri placuit. C. de ſolutio. Dicunt enim & apertè exprimunt, huiuſmodi res eſſe venditas: ergo

ab eis non eſt recedendum, ſecundum Bal. in proœmio feudo. & in c. 1. de duob. fratri. de cap. inueſtit. per c. ſi cui. de extraordi. capitu. Conradi, in verbis, vim verborum, & tenorem inueſtituræ ſequend. Quod ſi faciemus, in propoſito noſtro, prout per iam dicta fieri debet, res erit expedita: & quidem ipſa, non commoditas cenſebitur vendita, vti latius videri poteſt in dicto 82. fundamento.

Tertiò reſpondetur fortificando proximam reſponſionem ex his quæ dixi in 83. fundamento, retento eodem themate, quòd ſit clarum & pateat ex verbis
595. contractus, quia geminantur, imò multiplicari videntur, & ideò etiam ſignificant præciſam voluntatem, & enixam mentem diſponentis vel contrahentium, ſecundum Bal. in c. eam te. in 2. col. extrà, de reſcript. poſt gloſ. notabi. in c. requiſiſti. in verſ. dicens. extrà, de teſtamen. dicentem per expreſſum repetitionem verbi multum operari. Idem voluit Bal. in l. precibus. in magna quæſtione. verſ. nunc vlterius procedo. C. de impub. & alijs ſubſti. in l. fructus. C. de acti. emp. & in ſimili dixit textus, in l. cùm pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. 2. & fortius etiam geminata diſpoſitio conceptum mentis demonſtrat, vt notat Bal. in extrauaganti de pace conſtantiæ, in verb. caſſetur & irritetur. Sæpè enim & ſæpius dicitur, quòd vendatur caſtrum cum adhærentijs &c. non autem dixit fructus, vel commoditatem illorum, vt latius declaraui in prææallegato fundamento. Quare à verbis claris, maximè geminatis vel multiplicatis non eſt recedendũ. l. non aliter. ff. de lega. 3. cum concordantibus ibi traditis, vbi etiam pleraq; alia ad propoſitum illud facientia adduxi, hîc breuitatis cauſa non repetita, quæ videri poſſunt.

Quartò reſponderi poteſt, quia dato etiam, quòd verba contractus non eſſent clara, prout illa eſſe ex proximè deductis ſatis conſtare videtur, tamen meo iudicio adhuc procederet, quod dixi, quia illa licet obſcura, tamen ex ſequentibus declarentur, vt per Barth. in l. vtrum. ff. de petit. hæredi. l. ſi ſeruus. in fine. & in l. qui filiabus. ff. de l. 1. & l. ſi. §. qui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoq; lega. & maximè ex quo per partes, ſeu contrahentes ita baptiſatur, & precium etiam magnum exprimitur. Ita Bal. in l. ex conuentione. C. de pactis. in l. cùm dotem. C. de iure dotium. Specula. in tit. de ceſſ. acti. §. 2. verſic. & not. ex cuius quidem precij qualitate etiam præſumitur. l. cum hi. §. 2. ff. de tranſacti.
596. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commodati. & refertur etiam ad venditionem rerum, nõ commoditatis, quæ vel ſingulis annis venditur, vel pro penſione locari conſueuit. arg. l. ſi. C. de prædijs curial. li. 10. & l. fina. C. manda. Sed in propoſito & verba & precium in ſequentibus declarent præcedentia & mentem contrahentium, & magnitudo quantitatis precij arguit res ipſas, & non earum commoditates eſſe venditas: ergo &c.

Quintò reſpondetur, quia vẽdens rem ſimpliciter intelligitur, ac præſumitur vendere directum dominium, ſi illud habet, aliàs vtile, vel ius quod habet in
597. re. ita Bal. in 6. l. qui tabernas. ff. de contrahen. empti. & in rubrica. C. eod. tit. vbi plenius per eum allegat notata in l. ex prædijs. C. de euicti. & in l. cùm venderes. ff. de contrahend. emptio. dominus Alex. de Imo. conſulendo in conſil. 95. in 1. & vltima col. vbi vltra prædicta & alia quæ adduxi in 85. fundamento, allegat etiam Cy. in l. 1. C. ſi pig. da. ſit, qui expreſsè & audacter dicit eſſe tenendum, quòd qui vendit rem vel obligat, intelligatur vendidiſſe vel obligaſſe rem totam. Quod etiam ibi placet Baldo. & in l. cùm alienam. C. de lega. Bald. & Ang. in l. 1. C. qui teſta. facere poſſ. et Bart. in l. cùm tabernam. in princi. ff. de pignori. et alij in alijs locis, in dicto fundamento allegatis. Sed in propoſito noſtro res fuêre ſimpliciter venditæ, cum adhærentijs &c. ergo cenſebuntur & præſumuntur quoad dominiũ ſaltem vtile, quod reſidet penes vaſallum, non quo ad commoditatem tantùm venditæ, ſecundum quod latius dixi in allegato fundamento.

Sextò

Sextò reſponderi poteſt ex his, quæ dixi in 86. fundamento, quòd quili-
bet contrahens videtur & præſumitur in dubio ſaltem velle, quod ius diſponit, ſta 598.
tutum vel conſuetudo, & verba contrahentium ſecundum illa interpretanda. Ita
Barth. in l. vt iuriſiurãdi. §. ſi liber. verſic. ſed iſto caſu. ff. de operis liber. & in l. hæ-
redes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebelli. Alex. de Imo. in conſil. 60. aliâs eſt 52. incipi:
Circa hanc dubitationem, penul. colum. verſic. præterea faciat. allegando Bal. in
l. precibus. 47. colum. C. de impube. & alijs ſubſtitu. & idem Alex. in conſil. 15.
incipien: Viſo teſtamento dicti Iohannis, vbi vltra prædicta adducit etiam notata
per Pet. de Ancho. in l. tres fratres. ff. de pactis. Cùm ergò ius ipſum in propoſito
ſit admodum clarum, vt proximè oſtendi, & ſtatim in ſequenti reſponſione clarius
apparebit, & vendens, vt iam probaui, videtur idẽ voluiſſe, certè nemo ſanæ men-
tis poterit dicere commoditatem rei eſſe venditam, etiamſi eſſemus in dubio, cuius
tamen oppoſitum ex prædictis patet. Obiectio ergò poſſet procedere, quando per
expreſſum commoditas rerum fuiſſet vendita, non res, vel quando conſtaret, & nõ
eſſemus in dubio, quare & quia voluntas in mente retenta de commoditate nihil 599.
operabitur. l. pactũ quod dotali. C. de pact. l. ſi repetend. C. de cond. ob cauſam, vt
iſta extenſius ſcripſi in præallegato fundamento.

Septimò poteſt reſponderi & comprobari etiam illud, quod proximè di-
ctum eſt, obiectionem ſcilicet debere intelligi, quando nominatim & expreſſè dici-
tur commoditatem vendi aliâs ſecus, per regulam vulgarem habentem vltra præ-
dicta, etiam quòd emptor regulariter & in dubio videatur & præſumatur emiſſe 600.
proprietatem, ſeu accepiſſe rem ratione dominij, non autem poſſeſsionis, vel com-
moditatis, niſi illud exprimatur, vel nominatim dicatur. Caſus eſt in l. ſi in em-
ptione. §. rei ſuæ. ff. de contrahen. emptio. et ibid. Barth. ad verba, & latius per e-
undem, in l. ſi rem aliquam. ff. de acquir. poſſeſ. in 3. colum. in verſic. vlterius: ego
q̃ro, & ſequunt̃ alij ibidem, & alij in alijs locis, in 87. fundamento allegatis: geſſerit
ergò in mente venditor quicquid voluerit, emptoris præſumpta intentio, quæ eſt,
ſe emiſſe ratione dominij, non autem poſſeſsionis, vel commoditatis, debet præua-
lere, per præfatam regulam, & proximè allegata iura, maximè ſubſecuta inueſti-
tura domini, vti plenius illa habentur, & videri poſſunt in dicto fundamento 87.

Octauò reſpondetur: Nam clarum eſt, & ex actis liquidiſsimè patet, quòd
poſt contractum venditionis & emptionis initæ inter Bernhardum de V. vendi-
torem, ex vna: & Iohannem ac Conradum de A. emptores ex altera, partibus, ſub-
ſecutam eſſe traditionem. Quare translatum eſt vel videtur dominium ſaltem vti- 601.
le, quod reſidet penes vaſallos ipſos, arg. eorum, quę habentur in l. ſi quis argentũ.
§. penul. C. de dona. Barth. in l. ex hac ſcriptura. & notatur in l. 1. ff. eo. & in l. tra-
ditionibus. C. de pactis. & in §. interdũ: & § per traditionẽ: inſtitu. de rerum diuiſ.
& l. nunq̃. & l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. vbi etiam docto. per l. ſi fundũ. ff. de
fundo dota: Bal. in l. ea lege. ff. de condi. ob cauſam. & in l. ſi creditores, in fine. C.
de fideiuſſo. cùm in terminis noſtris ergò proceſſerit ſic iuſta cauſa orta ex contra-
ctu, certe non poteſt neq; debet vlterius dubitari, quin per illam fuerit translatum
ſaltem vtile dominium, & non ſola vel nuda commoditas rerum, maximè concur-
rente poſſeſsione, etiam puta 30. vel plurium annorum, cum iuſto vſu, ſecundum
gloſ. in l. quidã in ſuo. in verſic. amoueri. ff. de cõditio. inſtitu. vbi etiam docto. Nõ
igitur ſubſiſtit, quod in obiectione aſſeritur, neq; verum eſſe poteſt, videri hic ven-
tam commoditatem vel fructus rerum, vti falſò in ea prętenditur, vel aſſumitur, vti
clarius illa videri poſſunt in 90. fundamento.

Nonò reſpondetur, & clarè, retento themate, quòd Bernhardus de V. tradi-

derit res vēditas emptoribus,& paſſus ſit illos de eis inueſtiri,ac poſsidere & frui,
vti neminem arbitror ceſpitare,& maniſeſtiſsimè colligitur ex deductis & agita-
tis,ſed tunc ſuccedit alia maxima iuris:quoniam in dubio traditio videtur & præ-
602. ſumitur facta animo transferendi dominium,ſaltem ſi præcedat cauſa habilis: te-
xtus eſt in l.1.§.1.ff.pro dote.ibi:ſi tamen non videtur quid actum fuerit,creden-
dum eſſe id agi,Iulianus ait,vt ſtatim res eius fiant: & ſi alienæ ſint,vſucapi poſ-
ſunt,quæ ſententia mihi probabilis videtur &c. & ibi Barth.in 3.notabili. & in l.
dotis fructus.§.fi.cum l.ſequenti.ff.de iure dotium.& in l. dotem.la. 1. ff. eod. tit.
Bart.& alij in l.ſi conſtante.col.20.2.q.4.principal.ff.ſolut.matri.Non ergò ani-
mo tradendi commoditates,ſed dominium ipſum vtile videtur Bernhardus tranſ-
ferre voluiſſe, idq; etiam in dubio & ſecuta traditio poſſeſsionis, & vſus earum
rerum, eodem animo actum eſſe ſuadent. vt latius dixi in præfato 90. funda-
mento.

Decimò reſpondetur, quia ſicuti per defectum generationis feudum, ſeu
ipſius ſaltem vtile dominium aperitur domino,& in eum,vel cui concedit,tranſit,
603. vt ſuprà dixi;ita etiam per refutationem, vt eſt textus in c.primo,§.ſi verò.in tit.
qualiter olim feud.pote.alien.illi vel feudum in manu domini refutabat.& in c.1.
de vaſallo,qui contra conſtitu.Lotha.ibi:quia vaſallus etiam ſine domini volun-
tate rectè feudum reſutare poteſt. et vtrobiq; doctores. Et quidem etiam in caſu,
quo refutatio fuit facta ad manus domini,cum conditione, vt talis vel talis inue-
ſtiatur.Caſus eſt in c.1. de vaſallo decrep.ætat.qui feud.reſut.vt filij inueſtir.& in
c.1.de eo,qui finem fecit agna.In quibus locis habetur clarè,per refutationem feu
dum tranſire vnà cum commoditate & fructu, non autem ſola commoditas vel fru
ctus eius: ſed in propoſito noſtro nedum interuenit venditio,ſed etiam refutatio
feudi cum conditione, vt Ioannes & Conradus inueſtirentur,vt patet ex quibuſ-
dam literis Bernhardi actis inſertis,vti etiam factum;ergò tranſiuit in eos nedum
commoditas & fructus,ſed etiam vtile dominium, ſaltem per iam dicta, & quæ la-
tius habentur in dicto & 91.& etiam 92. fundamentis, vbi ſi libuerit videndum
extenſius multò.

Vndecimò reſponderi etiā poteſt ex his quæ dicta ſunt in 93. fundamen-
to.Nam dato etiam,quòd refutatio,ſeu renunciatio expreſſa non interuenerit,vel
604. ſi interueniſſet,dictum effectum non haberet,nec habuiſſet:tamen curſus tanti tem
poris,& quidem multo plurium,quàm 30. annorum præiudicaſſet non ſolùm ſci-
entibus,ſed etiam ignorantibus,& tolleretur totum ius negligentibus, cùm fuerit
inductum merè in odium negligentium.vt dixit gloſ.in ſi. C.de edict. diui Adria.
tollen.ſecundum Alex.de Imo.in conſil.30.incipien: Omne datum optimum.cir-
ca 12.col.in reſponſione ad 6.argumentum,per notata in c.1.§.præterea. de capi.
Conradi.& in alijs locis in d.93. fundamento allegatis. Fuit enim talis præſcri-
ptio inuenta cōtra negligentes,ne dominia tanto tempore ſtarent ſub incerto,me-
ritò ſtatuêre iura,per talem longiſsimam præſcriptionem omnem ſopiri quæſtio-
nem & controuerſiam.Ita decidit gloſ. Iaco. de Belui. Bal. Incola de Neapol. et
poſt illos Iaco.de Aluaro.in dicto §.præterea. & ſuprà latius habetur,etiam in 94.
in 95.& 96.fundamentis.vbi ſi neceſſe videndum.

Duodecimò reſpondetur:quia clarè conſtat & patet in actis, et quibuſdā
literis productis,conuentum vel pactū eſſe inter exiſtentes de familia V. feudum
ipſum poſſe vendi,quando nullus de familia illud vult emere:ergò in eum caſum
605. renunciarunt feudo,& iuri eorum,ac ſtatim ceciderunt ab illo, per l. ſicut. §. ſi vo-
luntate.ff.quib.mod.pig. vel hypotheca ſolu.l.mater.verſ.ſi autē poſteà.in verb.

proprietatis

proprietatis amiſiſti.C.de rei vendi.& quod peregregiè voluit Paul. de Caſtro in conſil. 160.in 2.col.vbi etiam illud in ſortioribus terminis determinauit, ſcilicet quãdo de expreſſo conſenſu non apparet,ſed de ſola ſcientia & patientia,vt ibi,& latius deduxi in 97.fundamento.Cùm ergò in propoſito noſtro ex deductis,&per confeſsionem ac literas conſtet,illos de familia V.expreſſè conſenſiſſe,& etiam tacitè per curſum longiſsimi temporis & vltra:igitur non commoditas ſola, ſed res ipſæ,& earum ſaltem vtile domiaium tranſiuit in Io.& Conradum, & per ſucceſſionem in Philippum de A. nec ab eis vel habentibus cauſam, ab illis moleſtari poſſunt vel debent,nec ea deficiente,dominus feudi cui illud apertum,reuerſum& conſolidatum eſt,per gloſ.& iura in eodem fundamento allegata.

Decimo tertiò reſponderi poteſt per ea,quæ habentur in 80.fundamento,quòd imò hic res ipſæ & non commoditates fuerint venditæ, cùm fiat in literis contractus venditionis & etiam refutationis mentio precij,quod oſtẽdit & infert 606.
emptionem & venditionem,facitq́ contractum talem præſumi: & quidem rerum non fructuũ.l.1.§.qui ſuperficiem.& ibi Bartho.& Alex.de Imo.ff.de ſuperficie. Gloſ.& Barth.in l.apud Celſum.§. ſed cum.ff. de excepti.doli.l.ſi.C. de præd. curi.li.Bal. in l. cùm dotem.verſ. nota hic argumentum. C.de iure doti. Alex.de Imo.in l.ſi.ff.de condi.ob cauſam,cum ſimilibus, in præallegato fundamento adductis:nec poteſt dici,quòd ſit contractus locationis, quia verba cõtrahentium illi non conueniunt,ideò nec diſpoſitio conuenit.l.debet hos accuſare.§.omnibus. ff.de accuſa.l.4.§.totiens.& ibi omnes.ff.de dam.inſe. Non ergò venditi ſunt fructus,vel commoditas in propoſito,ſed res ipſæ,& earum vtile dominium. Quare ceſſat obiectio.

Decimo quartò reſpondetur,& clariſsimè,quòd in propoſito noſtro nõ fuerit vendita commoditas,ſed res,clarè patet,& probatur ex actis & deductis ſic: quia ex poſitionibus reſultat cõfeſsio, ſecundum gloſ.notabilem,in c.1. in verſic. 607.
non poſſunt.de confeſſ.in 6.Specula. de poſitio. §.8. in princ. ibi: dum dicit, & quidem verum eſt,quòd is,qui ponit aliquid,eo ipſo quod ponit, videtur confiteri id quod ponit.& in §.decimo.verſ.quid ſi actor, ibi: poteſt enim contra ſe ponere vel confiteri,&creditur ei.14.q.2.§.1,& l.de ætate.§.1.ff.de inter.actio.nec debet contra ſuas poſitiones audiri.Indecens nanq́ valde eſt, quòd quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt in eũdem caſum valeat ſuo teſtimonio infirmare. l. generaliter. C.de non numera.pecu.l.ſi patronus.§.1. de dona. c. per tuas. de proba. tollitq́ neceſsitatem producendi teſtes.Spec.de poſitio.§.2.in fine. & ad propoſitum noſtrum eſt pulchra deciſio Barth.in l.ſi duo.§.Marcellus.in 2.q.ff. de iureiuran. vbi confeſsio quòd emit vel vendit, probat, licet de precio etiam nihil ſit dictum. Sed actrices in earum libello in diuerſis locis poſuerunt, per Bernhardum de V. caſtrum Mundelßheim, villamq́ cum pertinentijs,& ſic vtile dominium eſſe venditum, videlicet in articulis ſeptem,vt plurimum,in 81.fundamento allegatis: ergò vendita eſt res &dominium vtile,non autem commoditas rerum,vel fructus earum.Et ſic obiectio non habet obſtare, neq́ ſubſiſtit aliquo modo propter deficientiam vel falſitatem aſſumpti in eadem.

Decimo quintò reſponderi poteſt:& quidem poſito etiam,quòd res ipſę non eſſent venditę,ſed ipſa ſola cõmoditas vel fructus,vti aſſeritur in obiectione, tamen adhuc non obſtaret,neq́ releuaret,quoniam procedit,& eſt intelligendum, quando venditio vel locatio fructuum ſeu commoditatis eſſet facta ad modicũ, ſeu 608.
non longũ tempus,quoniam prohibita venditione rei,non eſt quidẽ prohibita ad modicũ tẽpus locatio.Clem.1. de re.alie.non alienan. cum ibi notatis. & in.c.ſi. ne p̃lati vices ſuas.per Barth. et alios in l.cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de publi.

per

per Archidi.in c. iudicantem. 88.diſt. Per talem enim venditionem vel locationem
ad modicum tempus non transfertur dominium, neq; poſſeſsio. l. non ſolet. ff. loca-
ti. Sed benè cenſetur etiam prohibita venditio vel locatio commoditatis & fructu-
um ad longum tempus, cùm & per eam transferatur vtile dominium, ſecundum
Bald. in authentica ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſsi. in princi. vltimæ char-
tæ ſecutus Roffredum in caſu legis fi. C. de prædijs curial. li. 10. vt ibidem plenius
per eum. & Alex. de Imo. in conſil. 1. in 4. volumine. in verſ. et prohibita. et con-
ſilio 17. & 16. incipient: viſo inſtrumento. & Ardi. in Cle. 1. §. fi. de re. eccleſ. non
alienan. et dicitur longum tempus decennij. l. 2. C. de longi temp. præſcrip. at in
rubri. quæ ſit long. conſuetud. Bart. in l. 1. §. quid autem. ff. de ſuperfi. l. ſi de fidei
commiſſ. §. ariſto. ff. qui & à quibus, vel ſaltem vicennij, vt inſtit. de vſuca. in princ.
& l. fina. C. de longi temp. præſcrip. 16. q. 3. c. placuit. & maximè 30. annorum. l.
ſicut. C. de preſcrip. 30. annorum. et l. 2. de conſtitu. pecu. Ang. Alex. & alij in l.
ſi filio. §. ſi. ff. ſolut. matri. Sed in propoſito nedum 20. vel 30. ſed duplicato vel tri-
plicato illo tempore durauit emptio vel locatio. ergo &c. De quo latius habetur in
79. fundamento. & Franciſci. Curt. in tractatu ſuo feudorum, in 4. parte. in tit.
quibus ex cauſis feudum amit. in 3. q. in 1. concluſione, & ſecunda, vbi etiam alle-
gat Canoniſtas in c. ad audientiam, & c. nulli. de rebus eccleſ. nõ alienan. et in ter-
minis pulchrè dominus Philippus Decius, plura accumulans in conſilio ſuo vlti-
mo, in 3. impreſsione, & eſt 204. incip. In cauſa reuerendi Archiepiſcopi.

Decimo ſextò reſpondetur: poſito etiam, quòd propoſito noſtro tempus
longum quod dicatur relinqueretur arbitrio iudicis. iuxta l. ſi finita. §. cùm autem.
609. ff. de dam. infect. et in l. 1. ff. de iure delibe. tamen ille haberet arbitrari ſecundum
ius vel ſtatuta loci, per notata in l. 1. C. de emanc. libe. Latè per Alex. de Imo. in
conſil. 5. vol. 4. vbi vltra prædicta allegat l. an in totũ. C. de edi. priua. et l. cunctos
populos, cum ibi plenè notatis. C. de ſum. trini. & fide catholi. Quod & cõmuni-
ter tenent docto. quòd ſcilicet in dubio, et regulariter Iudex debet arbitrari, ꝙ tem-
pus decem annorũ, vel ab inde ſuprà ſit tempus magnum vel longum, per iura ſu-
perius & in 79. fundamẽto allegata, vbi plenè deſuꝑ ſcripſi. Quinimò in dubio etiã
ꝑſumeretur longũ arg. l. ſi non ꝑfinito. vbi gloſ. & Barth. ff. de pecul. Bal. in l. 1.
verſic. ſed extrà opponit. C. de poſtulan. Gloſ. in l. fi. in verſic. ad tẽpus. ff. ſi ager
vectig. vel emphi. pet. & ſic iterum nõ ꝓcedit, neq; locum habet, quod dicit in ob-
iectione per prædicta, & maximè in emphiteoſi, cùm talis contractus abſolutè ſi-
cuti venditionis, ſit prohibitus, vt voluit gloſ. & omnes in c. imperialẽ, in princ.
de prohib. feudi alie. per Fride. et latè proſequitur dictus Franciſ. in dicto tracta-
tu, parte & titulo, q. 2. plura allegando.

Decimo ſeptimò reſpondetur, ponendo falcem ad radicem obiectionis,
quia illa ſaltem non procedit, quando venditio vel locatio commoditatis vel fru-
610. ctuum eſt facta in perpetuum. Cenſetur enim etiam tunc alienatio, vt in authenti-
co de non aliena. rebus. §. alienationis. et eſt gloſ. Bald. & alij, in d. c. 1. §. 1. de pro-
hib. feud. aliena. per Fride. vbi apertè addunt hoc eſſe verum, etiam ſi foret appoſi-
tum pactum, vt ex tali contractu non tranſiret vtile dominium, quia videtur eſſe
factum in fraudem legis, per ea, quæ dixit Dy. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega.
2. de quo plenè per Iac. de Ardi. in ſumma, in tit. quibus modis feud. anitta. et Spe-
cul. in tit. de loca. §. ſi. verſic. 125. & ſequenti. et alij alijs in locis in dicto 79. funda-
mento allegatis. Et videt̃ propriè In materia feudali, in emphiteoſi ꝑpetua caſus, in
c. 1. §. Mediolanenſes. de aliena. feudi, ibi: quia nunquam reuerſurum eſſet ad do-
minum, cùm eccleſia non deſinat eſſe hæres, quod et obſeruandum eſt, & in præfa-
to ex natura perpetui libelli: & non habet dubium, per ea, quæ in proximis dua-

bus re-

bus reſponſionibus vidimus, & comprobatur, ſiue tempus dicatur longum vltra 10/20. vel 30. annorum; ſiue etiam relinquatur arbitrio iudicis. Sed in propoſito noſtro venditio fuit facta perpetuò, vt exprimunt literæ contractus celebrati, dum dicunt, Ewiglich &c. ergò non valuiſſet, & ſic non commoditas ſola, ſed etiam vtile dominium eſt translatum, & habebunt locum pœnæ iuris caducitatis, & aliæ, de quibus ſuprà.

Decimo octauo reſponderi poteſt, iterum ponendo ſecurim ad truncum obiectionis, & quidem ex his, quæ voluit Alexander de Imo. in conſil. 120. incip. Verſis narratis, in fin. 3. vol. vbi ſpecialiter concludit, quòd emphiteota nō poteſt ad longum tempus locare, ſicut non poteſt vendere domino irrequiſito. Quia de 611. natura talis locationis eſt, quòd dominium transferatur, & infert, quòd ad vitam alicuius dicatur ad longum tempus, allegat tex. cum gloſ. in Clem. 1. de reb. eccleſ. non alienan. Quod vltimum relert, ſequitur & comprobat duplici ratione dominus Philippus Decius præceptor meus in conſil 204. in vltima impreſsione, & eſt vltimum conſilium. Prima, quia licet incertus dies mortis. l. 1. ff. de conditio. & de- 6 monſtra. tamen iura præſumunt, quòd quis poſsit & debeat viuere vſque ad centum annos, vt notatur in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi Albericus & Sali. in 3. notabili not. per gloſ. & Barth. Bal. & docto. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſta. aper. vel ſaltem vſque ad 30. annos, ſecundum diſtinctionem, quæ habetur in l. hæreditatem. ff. ad l. falcid. Vnde attenta qualibet præſumptione, apparet talem venditionem & locationem ad longum tempus eſſe, cùm ſaltem excedat terminum decem annorum. Secunda ratio eſt, quia cùm dies mortis incertus ſit, & talis locatio vel venditio ad vitam poſsit eſſe temporalis & perpetua, in dubio de- 613. bet perpetuò iudicari, ſicut dicitur de eo, quod ad benè placitum conceditur, licet ad incudē reuocari poſsit, tamen in dubio perpetuum reputatur, vt notat Barth. in l. iuriſperitos; in princ. ff. de excuſ. tutorum. & in l. ſufficerent, per illum textum. ff. de condi. indebiti. Notat Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 3. quæſtione. ff. de noui oper. nūc. Vnde dato etiam, quòd commoditas eſſet tantùm vendita, vel locata ad vitam emptoris, & non hæredis eius ſinc vſq; quo ipſe viueret nō heredes, ſemper cenſetur longa, longiſsima vel perpetua, & iuris cenſura eſſet prohibita; ſicuti venditio rei caſtri, vel villæ feudalis, per iam dicta, & in propoſito noſtro tantò fortius, ex quò illa pacta & conuentiones ſe etiam ad hæredes ſaltem legitimos extendunt, erit venditio etiam cōmoditatis perpetua, & per conſequens inualida tanquàm prohibita.

Ad trigeſimam ſeptimam obiectionem.

Istam obiectionem poſſumus etiam multis modis tollere, & inprimis tentare, quòd illa opinio Bal. & ſequacium non ſit vera, & eam expreſſè reprobat dominus Præpoſitus, demùm Epiſcopus, & poſteà Cardinalis Alexandrinus. & primò per tex. in c. 1. §. hoc autem notandum, vbi generaliter dicitur, quòd fœmina non ſuccedit in feudo. Secundò quia militat ratio gloſ. ibi: quia fœmina non po- 614. teſt leuare feudum 3. quia Bal. met. tenuit contrarium, in l. fi. C. de ſuis & legiti. 4. quia non obſtat textus in d. c. ſi cui militis. in tit. de extraordi. capitul. Conradi, quoniam illa capitula extraordinaria rarò reperiuntur, in libello feudorum nec debent pro legibus allegari gloſ. notab. in titu. de prohib. feud. aliena. per Lothari. & in c. 1. quot teſtes ſint neceſſar. ad proband. ingratitudin. feuda. Bal. in c. 1. de gradi. ſucceſſ. in feud. vbi dixit, quòd illæ conſtitutiones & capitula ordinaria ſint apocripha. & idem Baldus in c. 1. de va. decre. ætat.

& ſic

& ſic non ſunt allegabilia, ſicut nec leges extrauagantes, ſecundum Laudenſ. in c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poſs. vt conſequenter non poſſunt allegari. ſed decidendum, ſecundum dictum Præpoſitum in præludio ſe feudorum, col. 2. allegan. gloſ. in c. 1. qui teſtes ſint neceſ. ad probandam nouam inueſtituram.

Secundò poteſt comprobando iam dicta reſponderi, quòd dicta idem voluerit ante eundem Alex. & dominus Martinus Laudenſ. in d. c. 1. §. & quia vidimus, licet ipſe non dicat neq; referat. & videtur ſequi dominus Franciſ. de Curt. in tractatu ſuo feudorum in 3. parte 1. quæſtione. verſic. quintò limita, ibi: ego etiam
615. multum dubito, mouetur tali fundamento. Nam in feudo franco & libero, etiam quòd vaſallus ad nulla ſeruitia teneatur, ſemper tamen intelliguntur exceptuata illa, quæ veniunt de natura iuramenti fidelitatis. & abundè dixit & declarauit ipſe in præludijs feudorum in 8. q. principali, circa declarationem feudi. franc. & liberi. & ideò licet non præſtentur ſeruitia, & ſic ceſſet vna ex rationibus pręallegatis, quare fœmina non ſuccedat, ex quo tamen militant aliæ rationes per eos aſsignatæ militabit deciſio, quia quando plures rationes concurrunt ad aliquid diſponendum, vna ceſſante, non ceſſabit diſpoſitio gloſ. notabili. in §. affinitatis inſtitu. de nuptijs. & quòd iſta capitula extraordinaria non ſint authentica, tenuit etiam Bald. in d. l. fi. C. de ſuis & legiti. & dominus Franciſ. Areti. in conſil. penul. l. 1. in penul. col. Ad quæ etiam videnda ſunt, quæ ſubtiliter ſcripſit dominus Bartho. Socynus digniſsimus præceptor meus in conſil. 257. incipien: viſis inueſtituris, in 2. parte.

Tertiò poteſt reſponderi, quoniam licet quod proximè dixi, ſit mea opinione verius, ac rationi & iuribus magis conſonum, tamen quia non videtur communis, neq; ab omnibus approbari. Ideò poſito etiam ſalua veritate, vtrunq; eſſe, & quòd in feudo franco vel libero, item & in eo, de quo nullum præſtetur ſeruitium, ſuccedant fœminæ, tamen in propoſito noſtro non haberet officere, neq; procederet, cùm quia feudum non eſt liberum neque francum, nec etiam tale, de quo nullum præſtetur ſeruitium, ſed habens propriam naturam feudi, vt clare exprimunt literę venditionis, ibi: Vnd für lehen/ alſʒ das von dem Hochgebornen Fürſten vñ Herren/ Carlen Marggrauen zů Baden/ vnnd grauen zů Spanheim/ meinem gnedigen Herren zu lehen rürt/ ꝛc. Et deinde ibi: In maſſen vñ ich die gehept hab/ nun hinfüro ewiglich/ inueſtituræ & reuerſales in diuerſis locis ſuprà ſæpè recenſitis, maximè ibi: Vnnd ich hab auch ſolch lehen von ſeinen gnaden empfangen/ mit trewen gehept/ vnnd ein ayd zů Gott vnnd den hayligen geſchworen ſeinen gnaden/ vnd der Marggrafſſchafft getrew vnnd hold zuſein/ ſeinen frummen vnd beſtes allzeit zu werben/ ſeinen ſchaden zuwarnen/ ſein recht mit andern ſeiner gnaden mannen zuſprechen/ ſo dick ſein gnad das an mich geſinnet/ vnd alles das zuthůn/ das ein mañ ſeinem Herren von Manlehens wegen/ durch recht oder gewonheit ſchuldig vnd gebunden iſt. Ecce verba clara, quòd ad multa ſeruitia tenetur, & eſt obligatus, quomodo ergò contra tenorem illarum literarum poſſumus dicere fore liberum vel francum, & ab omni ſeruitio exemptum. arg. l. ſancimus, ibi: niſi pacti tenor deſignat. C. de proba. cum concordantibus in 82. fundamento, & alibi ſæpè allegatis.

Quartò reſpondetur, quia dato illud in huiuſmodi literis non fore expreſſum, neq; fieri mentionem de ſeruitijs præſtandis: tamen quia in dubio feudum cenſetur & præſumitur conceſſum, ſecundum regularem modum & naturam feudi, quæ eſt, vt teneatur ad fidelitatem, & quædam ſeruitia in iure expreſſa, non autem vt ſit ab omni ſeruitio liberum vel francum. Caſus eſt in c. 1. §. præterea quid ſit
616. inueſtitura. & ibi doct. maximè dominus Aluaro. dicens notanter ſemper eſſe præſumendum feudum eſſe ſecundum propriam naturam & regulas communes, & conſuetudines feudorum, niſi ſpecialiter probetur eius alteratio. facit ſecundum

cum

cum textus in c. 1. §. hoc autẽ, qui feud. dare poſſ. & in titulo de natura ſucceſ. feud.
Ex quo etiam ibi inſert gloſ. inter cæteras vnam concluſionem, quòd vbiq; verti-
tur dubietas in conceſsione feudorum, debet relinqui interpretationi conſuetu-
dinis, vt ſecundum conſuetudinem, & ſecundum ſimplicem feudi naturam videa-
tur facta conceſsio per dominum, & vaſallum ſe obligaſſe ad id videatur, niſi con-
trarium probetur, vt ibi: & C. de iure emphi. l. 1. & 2. & etiam eſt de mente Ia. de
Belui. & Bal. & ſequuntur ibi alij.

Quintò poteſt reſponderi ex literis venditionis, quæ habent declarare men-
tem & voluntatem contrahentium, maximè per relationem ad alia, ar. eorum, quæ
habentur in l. aſſe. tit. ff. de hæred. inſtit. Sed huiuſmodi exprimunt, quòd vendita
ſint illa bona feudalia, & vt talia, ac in tali forma, vti ipſe venditor habuit ac poſſe-
dit, ibi, **Für lehen/alß das auch von dem ꝛc. zu lehen rürt ꝛc.** et deinde ibi; **In maſ-
ſen vnd ich die gehebt hab/nun füro ewiglich ꝛc.** Sed clarum eſt, & patet ex ſuis re-
uerſalibus, & etiam feudalibus literis ſibi datis in actis, inſertis in diuerſis locis,
illa bona in ſua perſona & maiorum ſuorum non fuiſſe libera nec francha, nec eti-
am ſimiliter recta, ſed conditionata, & plus quàm regulariter de iure fieret ſeruitijs
ac oneribus ſubiecta, & maximè quæ conſuetudine ſunt inuenta, vel ſuperaddita,
vt eſt officium iudicandi, quod ſolis maſculis conuenit, non autem fœminis, niſi 617.
hæc habeat conſuetudo loci: textus eſt notabilis in c. cùm deuotiſsimã. 12. q. 2. c.
cùm dilecti, de arbi. Nec etiam in conſilio eſſe Barth. in l. 1. in fine. ff. de legi. Alex.
in l. quod maior. ad municipa. poſt Io. de Imo. in l. 2. in fine. ff. de verb. oblig. Vn-
de non poſſumus de fœminis aliquo modo intelligere ad huiuſmodi actus inha-
bilibus.

Sextò reſpondetur, quoniam dato & non conceſſo, feudum ipſum fuiſſe &
eſſe ſimpliciter conceſſum, & quidem purè & rectè, & quòd tunc fœminæ etiam
ſuccederent, illud tamen intelligeretur & eſſe verum, atque procederet, quando
nil aliud adiunctum inueniretur inueſtituris. Sed vt proximè viſum eſt in propo-
ſito, plura ſeruitia & conditionata ſunt expreſſa: & vltra ibi dicta ex alio etiam,
propter tenorem inueſtiturarum omnium, ſorores ipſæ tanquàm fœminæ ex- 618.
cluduntur, quia dicit tenor vel adiunctio verborum in feudum maſculinum, &
prætereà ipſum vaſallum & ſuos hæredes teneri ad ea, quæ maſculus, vel maſculi-
num feudum tenens ſeu poſsidens teneretur. Quo caſu fœminæ excludũtur ſecun-
dum Hoſtien. Goffre. & Io Andre. in c. Raynaldus, de teſtament. vbi etiã plerique
alij. Quos retulit & ſecutus eſt perpulchrè dominus Abb. Panormitanus, in con-
ſil. 36. in 1. volum. vbi ponderant textum in verbo maſculis, ad excluſionem filia-
rum, quæ aliâs admitterentur. & refert etiam Franciſc. de Curt. in conſil. 49. in 4.
col. dicens illud in cauſa ſua aduerſarijs claudere os, qui clauſis ocellis contrarium
conſuluere.

Ad trigeſimam octauam obiectionem.

AD iſtam obiectionem etſi ſatis appareant diuerſæ reſponſiones ex dictis ſu-
prà, tamen vltra illa ſpecialius loquendo & eandem remouendo, dico negan-
do inprimis ipſam minorem. Non enim verum, quòd in terminis iſtis, ſeu in pro-
poſito noſtro, omnia iſta, quæ fuère vel ſunt neceſſaria ad eſſe, ſeu ad formam ſub-
ſtantialem ſint allegata, vel probata. Nam licet petitio hæreditatis poſsit compete-
re, tamen, vt oſtendi ſuprà, nõ poteſt videri intentata, nec etiam rei vendicatio, iu-
xta ea, quæ latè comprobaui ſuperius in 12. 13. 14. 15. & quibuſdam alijs funda-
mentis ſequentibus, quæ breuitatis ſtudio aliter non repetenda duxi.

Secundò poteſt reſponderi, quòd dato, quòd omnia eſſent probata, quæ fo-
rent neceſſaria ad petitionem hæreditatis, tamen illa non releuarẽt, cùm vt in eiſdẽ

619. ſundamentis eſt oſtenſum, eadem actio in propoſito competere nõ poteſt. Probatio autem in vna actione, quæ vel non competit, vel inepta eſt, non valet, neq; obtinere facit. l. habebat. in princip. ff. de inſtitutor. & per Inno. in c. ex parte abbatiſſæ, de priuile. Bart. in l. 1. §. illud. ff. de aqua quotid. & æſti. & in l. 1. ff. de eden. cũ concordantijs traditis in 18. 19. & nonnullis alijs fundamentis.

Tertiò poteſt reſponderi ex his, quæ dicta ſunt in 15. & 16. fundamentis. Nam & in rei vendicatione neceſſe eſt, ꝙ agens ꝓbet ſe dominũ directum vel ſaltẽ vtilẽ. l. in rem. in princ. ff. de rei vendi. vbi caſus, & inſtit. de actio. §. õim autẽ actionum, ibi: aut cum eo agit nullo iure &c. & in alijs locis in dictis fundamentis allegatis. Sed actrices non ꝓbauere ſe dñas, imò per expreſſum contrariũ eius affirmarũt in actis ſeu iudicio, dũ ſæpè dicũt & reperiũt dominiũ vtile penes familiã de V. remanſiſſe: ergò non obſtat obiectio, ſed retorquet̃ cõtra ipſas actrices, per iã dicta.

Quartò reſpondetur, quia dato etiam, quòd nõ illis, ſed alijs actionibus videantur ipſæ ſorores inhæſiſſe, puta l. ſi quis in tantam. & ſimil. C. vnde vi. adhuc ſtarent prædicta, quoniã in illis non concluſum, nec petitio ſecundum diſpoſitionẽ illius legis formata, et inſuper, vt eſt dictum in 64. fundamento, ſubſtantialia omiſſa, debuerunt ſe dixiſſe dominos, vel habuiſſe ius in rebus, & probaſſe, ac ſpoliatas eſſe, vel petijſſe æſtimationem rerum prædictarum, cùm nõ habuerint ius in ipſis. Sed illa omnia fuère omiſſa in libello, neq; etiam deſuper cõcluſum. Quomodo ergo omnia ſubſtantialia probata eſſe dici poſſit, non video, miſſa facio pleraque, de quibus in dicto, & alijs quibuſdam ſequentibus fundamentis.

Quintò, quia dato, & nõ conceſſo, ꝙ vel in cõſtitutione dicta eſſet probatũ, tñ qa diſpoſitio illius legis & alia poſſeſſoria nõ vendicãt ſibi locũ in dño feudi, vel alio ciuiliter poſſidente, quoniã ille ratione ciuilis poſſeſſionis etiã authoritate ꝓ-
620. pria poteſt ingredi vel intrare naturalẽ etiã per aliũ apprehẽſam. d. l. clàm poſſidere. §. fi. ff. de acquir. poſſeſ. Quare ille ingreſſus cenſet̃ ratiõe poſſeſſionis cõſeruandæ legitimè fieri, vt notat̃ in eadẽ lege, & ꝓbat̃ in l. quẽadmodũ. §. fi. ff. ad l. Aquil. & in l. fi. §. ſi ad ianuã. ff. qđ vi aut clàm. Et eſt magis p̃ſumendũ, ꝙ ratiõe ſuę ciuilis cõſeruandę, ꝗ̃ alio modo fuerit ingreſſus, vt notat̃ in l. filiũ. §. fin. ff. de dam. infect. & arg. l. cum creditor. ff. de furtis & vulgari. l. meritò. ff. ꝓ ſocio. & habet̃ latius ibi.

Sextò reſponderi poteſt, quòd huiuſmodi poſſeſſorijs, eſto quòd in eis aliquid eſſet probatum, fuit renunciatum, vti dixi in prioribus fundamentis. Sed per illã renunciationẽ expreſsè infertur ipſo iure oẽs iniurias & violẽtias, ac earũ effectũ eſſe extinctas & ſopitas. l. ſi tibi. §. quædã. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. iniuriarũ. & l. ſed ſi vnius. §. ſi ante iudicẽ. ff. de iniurijs. facit l. diuus Marcus. ff. ad Silla. & habetur pinguius in p̃allegato fundamento.

Septimò, & multis alijs modis poſſet reſponderi, & ferè quot fundamenta fuère facta pro parte dñi Marchionis, quæ ex his de facili cauſa depromi valeant, ideò ſuperfluitatis vitandę cauſa omiſi, atq; dictis pro nunc contentus fui. Ex quibus omnibus modò plus ꝗ̃ manifeſtè colligitur, dicta in obiectione non eſſe vera, nec ſubſiſtere, imò retorqueri poſſe in oppoſitum, & pro hac noſtra parte.

Ad trigeſimam nonam obiectionem.

Ista obiectio viſa multis, qui non altius reſpiciunt, neq; quod neceſſe perpendũt, aliquid veri habere vel veritatis. Sed fruſtrantur. Quinimò etiam illa omnia penitus nihil releuant, neq; in propoſito concludunt, Quoniam licet vaſallus in prẹiudicium agnatorum alienando vel ſimilem actum celebrando, non poſſit facere quicquam, ſaltem ipſis contradicentibus, vel non conſentientibus; tamen quando

cum

cum eorum ſcitu & voluntate illud agitur, valet alienatio, & quilibet alius ſimilis 611.
actus, etiam in præiudicium agnatorum. Caſus eſt propriè in illis iuribus in obie-
ctione allegatis, & inprimis in c. 1. de aliena. feudi pater. ibi: niſi agnatis conſenti-
entibus, ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurũ &c. et poſtmodũ ibi: agnatis
nõ conſentientibus, vel poſtea ratũ non habẽtibus. Quin etiã illud ibi expreſſe di-
cunt & notant. & alibi in eorum lecturis & diuerſis conſil. ſæpiſsimè. bonus te-
xtus, & ibi omnes in c. 1. an agnat. vel fili. Sed in terminis & propoſito noſtro oẽs
exiſtentes de familia V. conſenſere in huiuſmodi contractũ, ſeu conuentionẽ initã
inter eos, vt quis poſsit ipſis nolentibus emere, alteri vendere ſaliẽ cum pacto de
retrouendendo: ergo valebit & valuit alienatio, etiam in præiudicium agnatorum
per iam dicta, & eſt de mente omnium in obiectione allegatorum.

Secundò poteſt reſponderi, quòd illa quæ in obiectione habentur, ſunt vera &
procedunt, niſi fuerint tempore excluſi ipſi agnati, vti latè comprobaui in 93. &
94. ſequentibus fundamentis, & ſuprà in quibuſdam reſponſionibus repetij, puta
per curſum anni, vel ſaltem 30. annorum, & tantò magis in propoſito noſtro con- 612.
currente titulo & bona fide, vt plenè habetur in c. 1. §. ſi verò. in titulo, qualiter o-
lim feud. pot. alien. et in c. 1. de feuda. da. in vicem legis commiſſo. Quod etiam te-
net & affirmat Nico. de Neapol. in l. fi. C. de fund. patrimo. li. 11. pro parte. in c.
1. §. ſi quis per 30. in tit. ſi de feud. fuer. controuer. vt oſtendi & deduxi hoc latius
in 94. præallegato fundamento, & alijs.

Tertiò reſpondetur, quia dato etiam, quòd omnia dicta & allegata in eadẽ
obiectione eſſent vera, & quòd ipſis agnatis, ſeu exiſtentibus de familia V. penitus
in nullo eſſet præiudicatum, ſed ſaluum remanſiſſet ius eorum, quid ad rombum,
quidue ad quæſtionem & cauſam noſtram? cùm illi non ſint comprehenſi in com-
promiſſo, neque in hoc iudicio ipſi ſteterint: & præterea nomine eorum non fuerit
actum, vt ſæpè ſuprà dictum eſt, nec ex actis apparet de aliquo mandato ad agen- 613.
dum vel compromittendum, petendumque nomine eorum quicquam, mandatum au
tem nunquàm præſumitur non productum, etiam ex diuturnitate temporis. Bald.
in l. 2. C. ſi ex falſis inſtru. & in l. 1. C. de reb. alien. non alienan. et Franc. de Curt.
conſil. 48. 15. col. verſ. 8. & alij alibi.

Quartò reſponderi poteſt, quòd ſtantibus his, quę proximè dixi, tamen cer
tè adhuc in illis actrices ipſæ ſe iuuare non poſſent, vt patet ad ſenſum. Quia dato
& non conceſſo, quòd familia vel agnatio de V. eſſet optimè fundata, quid illud ad
actrices? quæ non poſſunt de iure eorum tanquàm tertij allegare per ea quæ viſa
ſunt in fundamentis. probatur in l. 1. in princ. ff. ſi pars hæredi. peta. & in l. vtì frui. 614.
ff. ſi vſuſf. petat. & voluit Bal perpulchrè, in l. cùm ſeruum. in 1. col. in fine. verſic.
item excipiens dicitur. C. de ſeruis fugiti. Et præſumitur actor voluiſſe in iudicium 615.
deducere ius ſibi competens, & non ius non competens, etiamſi oporteat verba
tranſplantare, ſecundum Paul. de Caſtro & alios in l. 2. §. verbis. ff. ſi cert. peta.
cum ſimil.

Quintò reſpondetur: quia ſi ratione inſpicitur libellus, etiam ex illa cauſa
non eſt actum, neque probatio facta, ſed agens ex vna cauſa ſuccumbit, quamuis etiam
probet in alia non deducta in iudicio, ſecundũ Inno. in c. 1. de litis conteſta. & in c. 616.
ex parte abbatiſſæ. in princ. de priuile. Barth. in l. 1. §. illud. ff. de aqua quotid. & æſti.
& in l. 1. ff. de eden. Paul. de Caſtro conſil. 48. aliâs l. inci: In cauſa quæ vertitur. in
1. col. & probatur in l. habebat, in princ. ff. de inſtito. c. abbate. cum ibi notatis de
re iudi. in 6. Antho. de But. in c. dudum. de electi. & in c. exanimata. de iudi. Alex.
de Imo. in conſil. 56. paulò poſt principium. in 2. volu. vbi multa ex prædictis ad-
duxit. & in conſil. 121. in 2 col. in verſic. inſuper comprobatur. in 1. vol.

Sextò reſpondetur, quia ſi modus agendi attendatur, qui ſemper eſt conſi-

derandus,ſecundum Bald.in d.l.cùm ſeruum. 1.col.verſ. et adde quòd modus agendi.C.de ſeruis fugiti.in l.etiã.in 1.col.C.de furt.3.q.6.c.is quippe.Inno.in c.ſuper literis.in 2.col.ſuper glo.ſua,in verſic.de communi forma,de reſcriptis,certè inueniemus,non ex iure illorum de familia vel agnatione V.eſſe actum, ſed ex eo quod habetur ex ſucceſsione quadam prætenſa in bonis Philippi de A.Cùm autem ſe illud non extendat ad bona feudalia maſculina, ex ſuprà relatis, ideò non releuat actrices,& ſic iterum non obtinent,& ſublata eſt iſta obiectio tertia, quæ videbatur valdè concludere.

Septimò reſpondetur ad obiectionem,& nunc ponam ſecurim ad truncum huius hæſitationis vel obiectionis.Nam clari & indubitati iuris eſt,quòd illa regula vel concluſio,de qua in obiectione, non procedat, neq; habeat locum, quando
627. tales agnati eſſent hæredes ipſius alienatoris vel paciſcentis,quoniam tunc intelliguntur approbare geſta per defunctum,nec poſſunt eius facta impugnare, vulgata l.cùm à matre.C.de rei vendicatione. & refert & ſequitur dominus Franciſc.bi.in d.tractatu,in 4.parte,poſt nonam quęſtionem,verſic.tertia regula,in finalibus verbis.et latè per omnes Feudiſtas,in c.1.an agna.vel filius: & alios in d. l. cùm à matre.maximè Bal.& alios.Modò ſic,ſiue loquamur in familia de V.vel exiſtentibus de eadem,fortè omnes vel maior pars fuerũt hæredes Bernhardi venditoris: ſiue loquamur de quinq; ſororibus actricibus hęredibus ipſius Philippi de A. quã ſemp ſeu in omni caſu illi ſunt obligati, & tenenẽ ſeruare promiſſa vel pacta inita, etiã in præiudicium eorum, ſiue fuerint ſuper allodialibus ſiue feudalibus. Nam per iam dicta tenentur ſeruare promiſſa atq; cõuenta prædeceſſorum vel defuncti.

Ad quadrageſimam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt reſponderi, primò, quòd licet verum ſit, ipſos maritos vel filios eſſe idoneos,nec poſſe aliquando multum intereſſe,an per illos vel proprios filios ſeruiamus dño,tamen quia in vaſallo eſt ꝓuiſum ſpecialiter,quòd non poſsit per alium non acceptabilem domino ſeruire, ſed debeat hoc facere per ſe,maximè quando hoc exprimit tenor inueſtituræ: quoniam in feudo videtur electa induſtria perſonæ. Quia dominus non debet compelli inuitus ha-
628. bere alium,qui ſibi ſeruiat,quàm illum,quem in inueſtitura elegit vel expreſsit, vt probatur in c.2.in fine,de fratri.de no.beneſi.inueſt.& habetur etiam in c.1.§.firmiter,de prohib.feud.alienan.per Frede.& ponũt doct.maximè doct.Ia.de Aluaro.in c.1.§.ſi quis deceſſerit.& in c.ſi clericus,ſi de feud.fuer.controuer.Sed in propoſito noſtro dominus in inueſtitura quædam expreſsit,vt iudicare,& prætereà,ergò non vendicant ſibi locum, quæ dicta ſunt in obiectione.

Secundò poteſt reſponderi, quòd omnia illa procedunt & habent locum, quando fœminæ non excluderentur,& quando non eſt aliud in ſpecie prouiſum, vt ibi.Secus autem quando in ſpecie ſeu ſpecialiter ſunt excluſæ,& de eis non ſpecialis mentio facta,vt eſt in materia feudorum,in quibus ſufficit pro ratione voluntas:ſic enim placuit ex conſuetudine feudorum,nec poteſt omnium, quæ à maioribus noſtris dicta vel ſtatuta ſunt,ratio reddi.l.non omnium.ff.de legibus:maximè in his,quæ ſunt de poſitiua iuſtitia.l.1.§.pueritiam.cum ibi notatis in gloſ.ff.de poſtulan.Simile notat gloſ.in authentica, ſed & ſi quis.C.de ſecund.nupr.& in §.quoniam.Nam ſola voluntas principis dicitur iuſta cauſa, vt notatur in l.relegati.ff.de pœnis.

Tertiò poteſt reſponderi,quia ſi hoc eſſet verum,quod in obiectione aſtruitur, tũc certè ſemper & omni caſu ſuccederent fœminæ, quoniam per filios, per maritos & alios vellent ſeruire,quo facto ſubuerterent oẽm quaſi iuris cenſuram, cõtra c.1.§.hoc autem notandũ,in tit.qui feud.dare poſſ.c.1.§.filia.de ſucceſſ.

feud.

ſeud. & in c. 1, de beneſi. fœminæ, cum concordan. in eiſdem locis, & alibi al-
legatis. Item & contra tenorem inueſtituræ, qui eſt omni naturæ feudorum, vt ſu-
prà ſæpè dixi, præferendus, & derogat illi per textum, quem dicit Bald. egregium,
& omnes ſequuntur in c. 1. de duob. fratri. à capi. inueſt. & idem Bal. in l. fi. C.
de ſuis & legiti. per illum textum, quòd ante omnia inſpicere debemus tenorem 629.
inueſtituræ, & qualitatem verborum, quia ſunt forma contractus, & forma dat
eſſe rei, ideò ad tenorem inueſtituræ ſemper ſit recurrendum, vt ſignante idem Bal.
in præludijs feudorum, in 4. diuiſione per textum in c. ſi cui militi, in tit. de ex-
traordina. capitul. Conradi, ibi, vt in feudis tradi ſolet regulariter ſermonem inue-
ſtituræ, nec non vim verborum & ſenſum contrahentium intuentes procedere er-
gò poſsent in obiectione allegata, quando fœmina ex pacto vel alio legitimo mo-
do ſucceſſiſset, vel admiſſa eſſet, quo caſu poſset vel per maritum vel generum
ſeruire, aliâs autem & quando ex pacto vel ſimili modo non ſuccederet fœmina,
neque admiſſa vel excluſa eſſet, tunc certè illa contra ius commune feudorum, con-
tra omnem rationem, & prætereà contra tenorem inueſtituræ exprimẽtis feudum
fore maſculinum, nullo modo procederent, neque quicquam inferrent vel conclu-
derent per iam dicta in terminis noſtris.

Quartò poteſt reſponderi, quia dato, quòd in marito & in filijs maſculis
filiarum vel etiam aliarum fœminarum ceſſet illa ratio inhabilitatis ad ſeruitia, &
ad pugnandum militans in filia, ſeu quacunque alia fœmina, tamen aliæ rationes
adhuc militantes vendicãt ſibi locum, & inprimis illa Iaco. de Beluiſo, quia cùm 630.
ſublata ſit media perſona, per quam nepos admittebatur, amplius non debet ad-
mitti, arg. l. meminimus. C. de ſuis & legit. & in l. & hæredi. in princ. ff. de pa-
ctis. & quia ſublatis medijs, videntur ſublata extrema, vt per Dy. in c. indultum,
de reg. iur. li. 6. Sic & ſecunda, quæ fuit Ia. de Ardizo. quia immunitates conceſſæ
etiam poſteris non extenduntur ad poſteros deſcendentes ex fœminis. l. 1. in fine.
& l. immunitates. ff. de iure immuni. Eodem modo & tertia, quæ fuit And. de Iſer.
quia ſucceſſor non debet eſſe melioris conditionis, quàm auctor ſuus, à quo habuit 631.
cauſam, vt in regula iuris. Et ſic vicium authoris durare etiam debet apud ſobolem,
ar. in authent. vt omnes obediant indi. pronunt. in princ. & alia Ia. de Alua. in d.
c. 1. §. hoc autem volens per illum textum: quòd ſicut mulieres non ſunt capaces
feudorum: ita nec deſcendẽtes earũ. Quoniã deſtructo antecedenti, ſequiť deſtru- 632.
ctio cõſequentis. l. 1. §. eius rei. ff. de off. eius, cui. & ideò licet in nepote maſculo ex
filia ceſſat ratio, de qua in textu in d. c. 1. §. hoc autem: tamen cùm non ceſſent aliæ
rationes & regulæ, non debet etiam ceſſare iuris diſpoſitio. §. affinitatis. inſti. de
nupti. Barth. in l. liberorum. in princ. ff. de infam. et in l. generaliter. C. de epiſc.
& cler. habetur in l. ventri. §. in bonis, cum glo. ff. de priuileg. credi. Gloſ. notab.
in l. ſi quis ad exhibend. & Barth. in l. 1. in 6. colu. ff. ſolut. matri. In quibus omni-
bus locis habetur, quòd quotieſcunque in aliqua diſpoſitione poſſunt aſsignari plu-
res rationes, quamuis ceſſaret vna & alia militaret, tamen diſpoſitio procederet.

Quintò confirmando iterum reſponderi poteſt, quia adſunt adhuc aliæ ra-
tiones, & inprimis vna Bal. quòd ſucceſsiones non fiunt per ſaltum. Vnde neceſ- 633.
ſarium eſt, quòd gradus ante ſit ſucceſsibilis: quoniam deſtructo ordine, deſtrui-
tur ordinabile. ſecũdum Bald. ibi. & facit textus in l. tria prædia. ff. de ſeruitu. ruſt.
præd. & ſemel excluſa à ſucceſsione amplius non admittitur, neque ex ea deſcenden-
tes, caſus eſt ſecundum intellectum, And. de Iſer. in c. 1. §. quin etiam, epiſcopũ
vel abb. Quem cõtra omnes ibi tenent, maximè Bal. Alua. & cæteri moderniores
in tit. de feud. Ang. conſil. ſuo 321. in 3. col. in additamentis ſuis. Pet. de Ancho.
conſil. 221. incip. hæc queſtio vulgaris eſt. Raph. Cuma. conſil. 99. incipien. quæ-
dam poſſeſsio. Raph. Fulgoſ. conſil. 12. Paul. de Caſt. conſil. 225. incip. viſa ſuprà
ſcripta. Bal. in c. 1, de filijs natis ex matre ad morga. contract. in authenti. ſed & ſi

 quis.

quis.& in l.in quibus.C.de ſecund.nup. And.de Iſernia in tit. Imperator Lotharius Eugenio Papæ.c.1.col.2.Alberi.de Roſa in 2.parte ſtatutorum, conſil.4.incipient.ſtatuto cauetur. ſic & Cardi. Alexand. Mediolanen.in d.§. quinetiam. vbi allegat idem tenuiſſe Bartho.in conſil.incipi.Iacobus.& in conſilio incipien: Proponitur, quòd pater. & ibi reſpondet ad fundamenta Laudenſ. & ſequitur Alex.de Imo. in conſil. 29. incipiente: quoniam abundè. in vltima colum. in 1. vol.& dominus Franciſchi.de Curt.in tractatu ſuo de feudis. 3.parte.q.27. multa ex prædictis allegando.& voluit etiam inſignis præceptor meus dominus Bartholomæus Socynus,in conſil 296.incipien:in præſenti.d.verſic. 4. & vltimo, ſtatim poſt medium, in 2.parte. Quare adhuc ſtantibus huiuſmodi rationibus habebit locum diſpoſitio per iam dicta. Quinimò ipſis etiam ceſſantibus, adhuc vendicaret ſibi locum diſpoſitio in propoſito, cùm ſorores ſemel fuerint excluſæ, vt ſæpè dixi, in quibus caſibus non loquuntur iura & authoritates in obiectione allegatæ.

Nec obſtat authoritas Raph.Fulgoſ.& quæ adduxit in dicto conſil. Quoniam loquitur in alio caſu,& quidem in eo,in quo feudum fuerat apertum domino, & ipſe dominus feudi filiæ contulerat feudum propter amorem & ſeruitium patris,non mirum ſi potuit ſeruire per maritum,quod hîc non fuit. Præterea ipſemet Raphaël poſt longam argumentationem,an feudum ibi ad filiam pertineat, non decidit,quia in conſultatione ſibi hoc non fuit propoſitum, quare non habet obſtare,maximè cùm loquantur & procedant illa,quando feudum fuit fœmininum, vel tali modo conceſſum,quod fœmina habeat,vel in quo ſuccedere poterat, aliàs ſecus,hoc eſt,quando vel incapax,vel fuit ſemel excluſa. Quod etiam benè colligitur ex allegata l.3.quoniam ibi filiæ naturales fuere admiſſæ: & ideò ibi non refert &c.Sic etiam nec in propoſito,quando eſſemus in caſu, in quo admitterentur filię vel ſorores,referret,quoniam & per maritum vel generum ſeruire poſſent;ſed quia non ſumus in illis terminis, ergò &c.

Ad quadrageſimam primam obiectionem.

AD iſtam obiectionem poteſt de facili reſponderi ex his, quæ voluit Bald. in l.1.in 24.oppoſitione.C.qui admitti.vbi intelligit tex.in l.fi.C.de preſcrip. long.temp. procedere,vt currat præſcriptio ignoranti ſine beneficio reſtitutionis. & ſequitur Pet.de Ancho.conſil. 169. principaliter contra iſtos legatarios. & Raph.Cumanus in l.cùm filius.§ in hac.ff.de verb.oblig.Si enim,vt dixit Pet. de

634. Anch.in dicto conſil. contra præſcriptionē tam longiſsimi temporis poſſet ignorantia allegari,ſemper & perpetuò eſſent vera dominia in incerto, vt ibi ipſe perpulchre proſequitur. Et ideò debet intelligi doctrina contraria, vel iura in obiectione allegata,in impedimento cauſato ab abſentia vel aliundè, quàm ex ſimplici ignorantia,& ideò ibidem infert in themate ſuo, quòd non fuerit iuſta ignorantia,per quam concedatur reſtitutio, ex clauſula generali, ex præſumpta ſcientia

635. coniunctorum. Nedum enim præſumitur quis facta alterius coniuncti ignorare, ſed ſcire. l. de tutela. C. de in integrum reſtitutione militum. l. Octauius. C. vnde cogna. ſed etiam inter vicinos præſumitur ſcientia geſtorum. c. quanto, & c. quoſdam, extrà, de præſumpti. quare non habet obſtare obiectum per iam dicta.

Secundò poteſt reſponderi,retento eodem themate, vel opinione, quæ & verior videtur,quia aliàs fruſtratoria eſſet hæſitatio,an eccleſiæ aduerſus præſcriptionem 40.annorum competat beneficium reſtitutionis in integrum, de qua per gloſ. & doct. in l. auditis. extrà, de reſti. in integ. in Clem. 1. eo tit. in authenti. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. et alibi ſæpè, videtur bonus texus in l. cum antiquioribus. §. ſiquidem is qui ſciens. C. de iure delibe. Cùm ergò in caſu iſto

non

nō fuerit probabilis ignorantia cauſata ab aliquo extrinſeco impedimento, quàm à ſimplici ignorantia, de quo ſaltem in actis appareat vel conſtet: certè non poteſt dici, quòd peti ſeu concedi reſtitutio in integrum poſsit ex cauſa generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, vt patet ex præmiſsis, & videtur præterea ceſſare iſta dubitatio in caſu noſtro, eò, quòd non ſolùm 10. 20. 30. vel paulò plurium curricula decurſa ſunt, ſed etiam 40. annorum duplicatorum quaſi, vt inferius ſtatim dicetur: ergò &c.

Tertiò reſpondetur: quoniam hîc ſeu in caſu noſtro decurſa ſunt tempora 40. annorum & vltra, in quo ceſſat præcedens diſputatio, cùm eius temporis fluxus impediat omnem reſtitutionē in integrū, poſſe implorari. Talis enim præſcriptio quadragenaria ex ſaluberrimē legis diſputatione oēm munitionē impedit, vt pleniſsima munitione ſecurus exiſtat poſsidens. Textus eſt in l. omnes. in fine. C. de præſcript. 30. vel 40. annorū. Modò ille dicitur tutiſsimus ſeu pleniſsima munitione ſecurus, contra quem non competit reſtitutio in integrū, vt notat gloſ. ordinaria approbata ab omnibus, in l. ait prætor. §. permittitur. in verſic. imputandum. ff. de minori. et ita etiam tenuit Ang. in quibuſdam ſuis lecturis. in l. ſicut ad finem. C de præſcrip. 30. vel 40. anno. Vnde cùm habeamus caſum legis, in d. l. omnes, in fi. fruſtrà & ſuperuacuò poſſunt allegari authoritates in contrariū, nec erit peramplius de eo diſputandum: ergo &c. 636.

Quartò comprobando quod proximè dixi, reſponderi poteſt per tex. in l. fi. in fi. C. de fundi patri. li. 11. qui pro hac eſſe & probare videtur in verſic. vel moleſtiam, & quamlibet inquietudinem formidare. & in verſic. abſque vlla innouatione durare. Moleſtia enim & inquietudo diceretur inferri ſeu innouatio fieri, vbi quis iudicialiter vexaretur. l. 1. in verſic. moleſtiam. & ibi hoc ponderat Bald. C. de nundi. et in auth. de fideiuſſo. in princi. in verſic. moleſtus. col. 1. ergo non poteſt per illum, contra quem decurſa eſt præſcriptio 40. annorum, reſtitutio in integrum peti, contra eum, qui præſcripſit: quia ille qui præſcripſit, diceretur hoc nouo iudicio moleſtari, quod eſſe non debet. d. l. omnes. in fi. d. l. fi. C. de fund. patri. & ſic videtur, ꝙ irrecuperabiliter obſtet exceptio præſcriptionis, ad quod etiam poteſt adduci textus, in c. ad aures. in fi. extrà, de præſcrip. vbi inquit textus, quòd quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludit. Ad idem textus in c. volumus. 16. q. 4. ibi, ſed quietem eorum inconcuſſam omnibus modis procurare; ergò &c. 637. 638.

Quintò reſponderi poteſt, confortando illud, quod dictum eſt, & ſtringendo illa iura ad propoſitum, vt faciunt moderniores ibi, & in quibuſdam ſuis conſilijs, ponderantes illa verba quietem inconcuſſam omnibus modis procurare, & illa verba omnem prorſus actionem excludūt, cum appellatione omnis actionis: ſic indiffinitè & vniuerſaliter prolata comprehendatur etiam officium Iudicis, quod competit in reſtitutione in integrum. l. actionis verbo. & ibi gloſ. ff. de reg. iur. l. pecuniæ verbum. in fine eod. tit. l. actionis verbo. ff. de actionib. & oblig. l. quòd ſi minor. §. fi. ff. de mino. In quibus tribus legibus videtur illius apertiſsima deciſio eſſe, quæ cauillari non poteſt, ſi quiſpiam leges intelligat, vt vtar verbis quorundam in materia conſulentium; ergò non habet locum reſtitutio. 639.

Sextò reſpondetur, manendo in eiſdē terminis, authoritate Alex. de Imo. in cōſil. ſuo 293. incipien: Viſo themate ſuprà ſcripto, et allegationibus elegātiſsimis ſuper eodē factis in fine, vbi decidit illud apertè, et quidē latius in cōſilio 304. ſecūdū ordinē quorundā, incip: viſo ꝓceſſu cauſæ vertentis inter dominā Franciſcam, ideò nō curandū de opinione aliquorū, ꝙ nō ponderarūt textū, in d. l. oēs. in d. l. fi. et in d. c. ad aures, eò, ꝙ opinio doctorū nō eſt ſequēda, quādo eſt euidēter falſa, vel ꝓbabilibus rationib⁹ poteſt cōuinci, vt bonus Iudex acutiſsimi ingenij iudicabit. 640.

Textus eſt notabilis in l. 1. in verſic. ſed neq; ex multitudine. C. de iure enuclea. c. capellanus. ibi: poſterior ſententia meliori & ſubtiliori vtitur ratione, extrà, de ferijs. Ita & Panormi. conſilio 1. in vltimis ſuis verbis. Quicquid ergo dicant illi in obiectione ipſa adducti, non refert, neq; ad propoſitum noſtrum facit, vel obſtare habet per iam dicta, & alia ſuperius allegata.

Septimò reſpondetur: poſito etiam quòd actrices, vel earum filij ac agnati, ſeu exiſtentes de familia V. ſint minorennes, contra quos nõ currit pręſcriptio,
641. & ſic ſuo tempore vendicantibus cõpetere videatur eis vtilis rei vendicatio. ar. l. 2. & 3. C. de dona. quę ſub modo, vt decidunt And. de Iſernia. in c. 1. §. hoc quoq;. in tit. de ſucceſſ. feudorum. et ſic bona illa infeudata non potuerint præſcribi cõtra eos. l. alienation. ff. de verb. ſignifica. l. vbi lex. & quod ibi notat Barth. & doct. ff. de vſuca. Et ſic ſtante minori ætate, vel natura feudorum videatur prohibita præſcriptio: quoniam adhuc ad omnia illa facilè reſpondetur ſecundũ doctio. in locis ſtatim allegandis in primis iſtud non procedere in feudis. Quia in illis ſecundum communem ſententiã ſuperioribus fundamentis approbatam lapſus anni, & 30. annorum, excludit quemcunque, nec obſtat minor ætas illorum, contra quos præſcriptum eſt, cùm ſumpſerit ipſa præſcriptio nõ in eis initium, ſed parentum, maiorum, ita q; ex capite minoris ætatis in hoc caſu non poſſet competere beneficium reſtitutionis in integ. ſecundum Barth. & communiter doctores in l. cum filijs. §. in hac. ff. de verb. oblig. Bart. in l. ad diem. eo tit. in l. Æmilius. ff. de minori. Ang. in l. ſi inſula. in 6. fallentia regulę negatiuę. ff. de verb. oblig. in l. ſed & ſi contradictione. §. ſed tuis alienus. ff. de hæred. inſtit. Bal. in l. ſi. in ſi. C. ſi. pẽden. apell. mors interue. Pet. de Anch. & Imo. in c. potuit. extrà. loc at. et magis ad propoſitum Pe. & Cy. in l. 2. C. de iure emphi. Dy. in c. cùm quis. de reg. iur. in 6. Specul. in tit de loca. §. nunc aliqua. verſic. 18. Et maximè cùm in propoſito præceſſerit titulus inueſtituræ, & licitè facta fuit infeudatio, tunc e ſſecta fuit præſciptibilis res feudalis, arg. eorum quæ notat Bald. in l. 2. C. de vſuca. pro empto. et quod notat Barth. in l. filius familiâs. §. diui. ff. de legat. 1. & quod notat gloſ. & Cy. in l. ſi. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. non impeditur ergò præſcriptio, nec datur reſtitutio in integrum, et quidem neq; ex regula generali, ſi qua mihi &c. neq; ex capite minoris ætatis, ideo &c.

Præterea & octauò dato, quòd de in integrum reſtitutione fuerit in quibuſdam verbis facta mentio in actis, tamen non fuit petita vt debuit, neq; neceſſariò probata, imò etiam non allegata. Qui enim vult ex clauſula generali, ſi qua
642. mihi iuſta cauſa reſtitui, debet illam cauſam allegare & probare, vel vt dixi, ad minus petere, quod vltimum voluit Cardi. in Cle. 1. de reſti. 5. notabili in integrũ dicens, q; debeat peti, aliâs concedi non valeat etiam officio Iudicis, quia Iudex in hoc non ſupplet ſecundum eum, alia habentur per eundem ibi, & alij in l. nam & poſtea. §. ſi. minor. ff. de iuram. vbi etiam Barth. idem Bar. & alij in l. 1. §. nunciatio. penul. col. ff. de operis noui nunc. Bald. in l. ſi. C. ſi aduerſ. lib. et in l. 1. C. de reſtitu. in integr. et in l. 1. de confeſſ. Sali. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudi. Canoniſtæ in c. auditis. de in integrum reſtitu. Io. de Imo. in c. 2. eo. tit. et in l. neceſſarijs. de acquir. hæred. Specul. in eod. tit. §. 1. verſic. illud. et Io. Andre. ibi in additione ſecunda: ergò nõ releuat, neq; obſtare habet etiam reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſiue etiam minori, per iam dicta.

Ad quadrageſimam ſecundam obiectionem.

AD iſtam obiectionem reſpondetur inprimis, q; ſit vera, & tunc habeat locum, quando principale ſubſiſtit, aliâs ſecus. Quoniã tunc & acceſſoriũ, ſeu pactũ ipſum appoſitũ etiã in continenti corruit vnà cũ principali in valido, per ea, quæ

quæ dixi ſuprà, & vltra ibi copioſè deducta eſt textus, & ibi Bald. & Sali. ac alij in ſummario, notabilibus, & in proceſſu in l. 1. C. de condi. ob cauſam, dicentes, quòd vbi non teneat contractus principalis pacta adiacentia, nil operetur, & ꝙ deficiente ſubſtantia, deficiat accidens, & deficiente cauſa, quæ eſt neceſſaria ad effectum producendum, deficit effectus, & deſtructis ſubſtantialibus, deſtruuntur accidentalia. Ad idem vel omnia iam dicta eſt textus in l. non dubium. C. de legi. & ibi gloſ. & docto. omnes; & ſic ceſſat obiectio, quoniam acceſſorium ipſum pactum, ex quo principale non ſubſiſtit, non poteſt valere, vel etiam quicquam operari tanquam acceſſorium in pacto etiam de retrouendendo, & quodcunque aliud tale ſit. 643.

Secundò reſponderi poteſt per ea, quę copioſè habentur in 69. fundamento: quia in contractu vel ſtipulatione regulariter ſaltem non comprehenduntur, niſi perſonæ expreſſæ, ſeu de quibus videtur cogitatum in ſpecie, maximè in materia feudali. Hinc eſt, ꝙ in feudo nouo frater fratri nõ ſuccedit, niſi hoc nominatim fuerit dictum, vt eſt textus ad literam, in c. 1. §. cùm verò Conradus, in tit. qui feud. dare poſſ. & in c. 1. in fine, de ſucceſſ. feudo. cum concordan. ibid. & in dicto fundamẽto allegat. Sed fœminæ vel ſorores, hic in contractu venditionis non fuere expreſſæ nominatim, quare & multò minus intelligi debent: ita etiam in pacto in continenti appoſito venire non debent, præſertim ex quo additum eſt verbum hæredibus: quod etiam in dubio in materia feudali de maſculo eſt intelligendum, vt deduxi et comprobaui in alijs fundamentis, modò in propoſito noſtro tanto fortius, quia per expreſſum de maſculino feudo tractatur, vt latius dicetur et apparebit in ſequenti reſponſione. 644.

Tertiò reſpondetur, quoniam dato, quòd illud quod in obiectione dicitur, poſſet procedere & verum eſſe in dubio: tamen non habet locum in rebus claris, & vbi repugnant verba per expreſſum, vt eſt in propoſito noſtro, in quo appoſitum eſt verbum maſculinum, & quidem geminatum, imò verius & multiplicatũ, quod oſtendit præciſam mentem diſponentis, & enixam voluntatem, ſecund. Bal. in c. eam te. in 2. col. extrà, de reſcrip. poſt gloſ. in c. requiſiſti. in verbo decẽs, de teſta. idẽ Bal. in l. precibus. in q. mag. verſic. nunc vlterius procedo. C. de impube. & alijs ſubſti. & alij in alijs locis, in 76. fundamento allegatis. Vnde per expreſſum excluduntur fœminæ de enixa mente, & voluntate contrahentium, & ſic obiectio non habet obſtare. 645.

Quartò reſpondetur, iterum poſito, etiam pactum valuiſſe, cuius contrarium ſuprà apparuit, tamen ſatis operaretur in hæredibus maſculis, & qui venirent appellatione hæredum, ſecundum ſubiectam materiam, vt latiſsimè dixi & comprobaui ſuprà in alijs fundamentis, qui quando ſtarent in iudicio, eſſentq́ comprehenſi in compromiſſo, & contra eos non præſcriptum foret, certè habiturum eſſet ſuam efficaciam, nec poſſet dici ipſum fruſtratorium, verbaq́ nihil operari, per ea, quæ habentur per Bal. in c. 1. §. donare. col. 2. verſic. ſed dubitari poteſt, in tit. qualiter olim feud. poterat aliena. vbi clarè inquit, ad propoſitum quod feudum conceſſum tibi, & hæredibus tuis quibuſcunq́, illa dictio quibuſcunque reſtringatur: ita quòd fœmina non includitur, & ſequitur Alex. de Imo. in conſil. 30. incipien: Quoniam omne. col. 5. in verſic. octauo, quia vaſallus ibi. Quod eſt verum etiam quando feudum eſt conceſſum pro recipiente, pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque. alleg. Bald. vbi ſuprà. & quia licet legatarius in re legata cenſeatur eſſe hæres. l. id tempus. §. 1. ff. de vſuca. tamen ſi iſto caſu veniret vxor appellatione hæredũ quorumcunq́, ſequerẽtur improprietates plures: vna, cùm feudũ tranſiret ad eos, qui nõ eſſent de agnatione: alia, ꝙ tranſiret in fœminã, cõtra feudi ꝓpriã naturã. alleg. in arg. l. 1. C. de dotis ꝓmiſſ. ſubijciẽs, hoc modo ſaluari & limitari id, ꝗd ipſemet Bald. dicit in l. 1. ff. de rerũ diuiſ. in 34. q. et in c. 646.

imperialem.

imperialem.in princ. in 7. colum. de prohib. feud.aliena. per Fride. Et ſic etiamſi
ſororibus vel hæredibus quibuſcunque hoc feudum fuiſſet legatum, tamen non
deberetur eis per iam dicta,modo, tantò minus ex quo nõ adeſt dictio quibuſcun-
que in inueſtitura, neque etiam legatum aliquod eis in rebus feudalibus factum.

Quintò reſpondetur ex dictis eiuſdem Bal. in l. cùm verum. C. de fidei-
647. commiſſ. col. fi. vbi loquitur in materia feudali, et dicit, quôd illa verba, pro qui-
buſcunque hæredibus, de habilibus intelliguntur, à fortiori, hoc dicendũ in iſto
caſu noſtro, in quo non ſunt verba ita vniuerſalia, ſed ſimpliciter verbum hæredi-
648. bus. Ad quod etiam facit, quia verba quantumcunque generalia intelligi debent
ſecundum naturam .i deductæ in contractu, vt notat Bald. in rubrica. C. de cõ-
trahen. emptione. . 9. q. vbi allegat Inno. in c. ex literis. de iure patrona. & idem
Bal. in l. à procuratore, in verſic. nota ergo. C. manda. Sed in propoſito noſtro
feudum ſeu bona feudalia ſunt deducta in contractum venditionis, vt expreſsè
cantant literæ eiuſdem, ergo ſecundum eorum naturam eſt, vt intelligatur de ma-
ſculis, & quidem deſcendentibus verbum hæredibus, vti latiſsimè viſum & cõ-
probatum eſt ſæpè ſuperius, in pluribus fundamentis: ergo erunt illa verba in
pacto de retrouendendo ſic intelligenda de maſculis ſcilicet tantùm, & non de
fœminis.

Sextò reſpondetur: quia, vt proximè, & aliâs ſæpè dictum eſt, iſta verba
hæredes vel hæredibus in materia feudali, in qua ſumus, intelliguntur de maſcu-
lis, vt loquitur c. 1. de aliena. feud. & in c. 1. §. profectò. de lege Conra. ibi: ſuiſq;
hæredibus, vbi intelligi debent de ſolis maſculis: notatur in l. ex facto. §. ſi. ff.
ad Trebelli. cum ſimil. Vnde inferius, vbi agitur de pacto de retrouendendo ac-
ceſſorio reſpiciente quandam executionem principalis diſpoſitionis, illud nõ de-
bet alterare ipſum contractum & eius verba; ita quòd aliter facta vel verba intel-
lecta dicantur, quàm ſit dictum ſuprà, ar. textus notab. in Cle. prima de preben. in
649. fi. vbi clauſula acceſſoria, quæ reſpicit executionem principalis diſpoſitionis præ-
cedentis, nõ habet ampliare diſpoſitionem. & per illam Clement. benè facit quod
notat Innoc. in c. cùm Abbas. c. final. de off. delega. Alex. de Imo. in l. & quia.
ff. de iure om. iud. cum ſi. vt tradunt moderni. in c. licet. de off. ordina. Et ideò
illa verba, hæredibus, poſita in pacto non habent ampliare principalem diſpoſi-
tionem præcedentem. Vnde intelliguntur de maſculis, vtrobiq; & in contractu, et
in pacto appoſito, vt ſic vnum non diſcrepet ab alio, ſatiſq; ſit, quòd hæredes maſculi
habuiſſent poteſtatem reemendi ab hæredibus maſculis. &c.

Septimò reſponderi poteſt, quia etiam generalis diſpoſitio nõ trahitur ad
650. illud, quod in ſpecie prohibetur, vt notat Barth. in l. ſi quis ſub conditione. in ſi.
ff. de conditio. inſtitu. Bald. in l. ſi. §. in computatione. C. de iure deliberan. facit
textus in c. à nobis. de ſenten. excom. & in c. 1. de iureiuran. in 6. facit quod notat
Bart. in l. Codicillis. §. inſtituto de lega. 2. & in l. rem legatam. §. ſi. ff. de adimen.
lega. & quod notat Ang. per illum textum in l. Auffidius. ff. de priuilegijs credi.
Sed ſic eſt, quòd etiã tradita poteſtate alienandi à domino in ſpecie, tamen Bernhar-
dus de V. non potuiſſet virtute illius poteſtatis cõceſſæ alienare in fœminam: in-
telligitur etenim in alium transferre, ſcilicet perſonã habilem, vt ſæpè dixi, & cõ-
probaui ſuprà: ergo etiam in generalibus verbis, vel vniuerſali diſpoſitione, non
debet venire illud per iam dicta, & proximè dicenda.

Octauò reſpondetur cõprobando illud, quod dixi. Nemo etenim in gene-
651. re cogitare videtur, quod in ſpecie facere non poſsit. Ita Io. Monach. in c. vt ani-
marũ. de conſtitu. li. 6. Quem refert & ſequitur Antho. de Butr. in c. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ, ext. de conſtitu. & doct. in c. tua. extrà, de deci. eſt de mente Bartho.
& Bal. in locis paulò ante allegatis. et idem Bal. in c. cùm non ab homine, extrà,
de indi.

de indi. in l. omnes populi. ff. de iuſti. et iure. et l. ſi. ff. de iuriſdi. om. iud. vbi ad hoc allegat Barth. in l. ſi. de decre. ab ordi. facien. Idem Bald. in l. ſi. C. de ſacroſan. eccle. Antho. de But. in c. quod clericis. de foro competen. et dominus Abb. Panormi. in d. c. à nobis. de ſen. excommu. Roma. in conſil. 48. & tradit iſtam notabilem doctrinam, quòd generalis quæcunque diſpoſitio non trahitur ad ea; quæ contrahentes non habẽt poteſtatem ſpecialiter diſponendi, vt retulit & ſecutus eſt dominus Franciſ. de Curt. conſil. 68. colum. vltima. Sed contrahentes in terminis noſtris, non potuiſſent illud in ſpecie facere, quod aſtruitur in obiectione: ergo non venit in generalitate verborum, maximè non vniuerſaliter, ſed indiffinitè prolatorum.

Poteſt & nono reſponderi per regulam iuris habentẽ, quòd verba etiam quantumuis generalia reſtringenda ſunt ad habilitatem. l. vt gradatim. §. 1. ff. de mune. & hono. l. 1. cum gloſ. C. de ſacroſan. eccleſ. l. 1. §. 1. ff. de conſtitu. pecu. et quod ibi latius Paul. de Caſt. inferens ad quæſtionem l. alio. & ibi Alex. de Imo. ff. de eo, quod cert. lo. cum ſimilibus ibi allegatis: ergo verba etiam generalia ſemper erunt & ſunt reſtringenda ad perſonas habiles in feudo, & ſic ad maſculos. 652

Decimò poteſt reſponderi, quòd imò contrahentes etiam hoc non fecerunt, quia locuti fuerunt in genere, imò indiffinitè, ſed hæredibus, quia verba generalia non adaptantur ad impoſsibilia, ipſis proferentibus, vt probatur in dicto c. tua. & ibi Hoſtieñ. de deci. dominus Anth. de But. & alij in d. c. à nobis. de ſenten. excommu. & in c. eos. de immunita. eccleſ. in 6. in c. eccleſia. de cõſtitu. & alijs iuribus proximè allegatis. Ex quo ſequitur, ꝙ etiamſi valuiſſet cõtractus emptionis & venditionis, ac etiam pactũ de retrouendendo, & quod plus eſt acceſsiſſet ſimiliter conſenſus dñi, tamen illa verba generalia vel indiffinita hæredibus adaptarentur ſecundum naturã feudorum, & ad maſculos tantũ, attento conſenſu domini ſimplici, quando interueniſſet, non aũt ad fœminas, quæ regulariter tanꝙ prohibitę de iure, in feudo nõ ſuccedunt, præſertim maſculino, vti ſępè & ſæpius viſum & cõprobatum eſt ſuprà. Ideò videtur voluiſſe illud quod potuit Bernhardus de V. venditor, & non illud quod nõ potuit. Quia oẽs actus humani regulantur à voluntate & poteſtate, vt voluit Boëtius, quẽ doctores referũt in c. cùm ſuper. & ibi Pe. de Ancho. & alij de off. delega. et eſt textus in l. 1. C. cõmunia. delega. & ibi hoc etiam voluit Bal. & quidam alij. et eo caſu ſatis eſt pactũ operari in deſcendentibus maſculis hæredibus, alias etiam neceſſe eſſet dicere, inſuper venire extraneos, & etiã inſtitutos in teſtamento. Quod eſſet contra voluntatem domini, & contra omnia iura feudorum, & eorum naturam: ergo &c. 653 654

Ad quadrageſimam tertiam obiectionem.

AD iſtam obiectionem facilis eſt reſponſio, & quidem inprimis illa, quòd cùm habeamus in materia noſtra feudali iura expreſſa, quòd fœminæ in feudo, maximè maſculino non ſuccedant, vt copioſè deduxi & comprobaui ſuprà in 69. 70. 71. 72. fundamentis: et præterea regulam, mortuo vaſallo ſine deſcendentibus, & alijs hęredibus maſculis, feudum reuerti ad dominum, vt copioſè deduxi in 68. & 91. & quibuſdam alijs fundamentis. & probatur in c. 1. §. moribus, ſi de feud. cõtent. ſit inter do. & agna. cum ſi. certè illis tenaciter erit inhærendum, vt latius habetur in alijs fundamentis, vnde cùm habeamus illas duas regulas certas & indubitatas dictis iuribus & ratione comprobatas, quibus non reſpondebit vniuerſus orbis, non oportet diſcedere ab illis, nec à tramite iuris propter æquitatem non ſcriptam, quam aliqui ſibi ex capitibus ſuis fabricare poſſunt. Textus eſt ſingularis in c. ſi. extrà; de tranſacti. de quo commemorat 655

Bald. in l. eadem. C. de loca. & habetur in l. placuit. C. de iudi. Et ſic obiectio, &
iura in ea allegata nil faciunt, neque obſtant, cùm æquitas de fœminis non ſit ſcri-
pta, ſed rigor, per l. proſpexit. ff. quomodo & à quibus ibi, quod quidē perquam
durum, ſed ita lex ſcripta eſt.

Secundò etiam poteſt reſponderi per l. 1. & quod ibi doctores. C. de le-
gi. vbi clarè habetur, quòd inter æquitatem & ius interponere interpretationem
ſoli principi competit, & ſic alijs iudicibus prohibetur ſequi æquitatem contra
656. ius ſcriptum, & quòd etiam Iudices debeant præferre regulas iuris, et rigorem eius
æquitati non ſcriptæ, habetur in l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mandati. vbi li-
cet æquitas repugnet, tamen mandatori pleraque, de quibus ibi non imputantur,
de iure ſcripto vel ſtricto. ſic & in l. 1. §. qui operas. ff. ad Turpill. & C. de l. Fu-
ſia tollen. l. vnica. Per quæ iura expreſsè dicunt doctores, ponendum caſum in d.
l. 1. C. de legi. quòd licet in eiſdem reperiatur ius rigoroſiſsimum, cùm omnino
æquitas repugnet, tamen quia illa æquitas non eſt ſcripta, Quare non licet alijs,
ſed Imperatori ſoli inſpicere, & illam æquitatem ad ius ſcriptum redigere, ſecun-
dum Sali. & alios ibi. Cùm ergò in propoſito habeamus ius ſcriptum, & clarum
feudorum in materia eorum, certè æquitas non ſcripta nil in contrarium operari
poteſt, dicta l. proſpexit. et 6. q. 3. ſcriptum eſt in lege. et in c. 2. de ferijs. notatur
in c. Ionico, de æta. & qualita.

Tertiò reſpondetur, quia dato, quòd hoc non eſſet, tamen in propoſito,
cùm tenor inueſtituræ concurrat cum diſpoſitione iuris communis, tantò fortius
procedit, nec poteſt vlla æquitas contra tenorem illum quicquam operari, per ea,
quæ ſæpe ſuprà dicta ſunt, & maximè in 82. fundamento. Et quia verba eius ad
hæc non adaptantur, quia loquendo de feudo maſculino, vel de maſculis, cenſe-
tur fœminas excluſiſſe; ar. l. cùm prætor. ff. de iudi. Bart. in l. cùm auus. ff. de con-
di. & demonſtra. faciunt c. tenor. c. recepimus, de priuile. & textus in l. ſanci-
mus. in verbis, niſi pacti tenor. c. 1. clamauerit. C. de fideiuſſori. c. ſi cui. de ex-
traordi. cap. Conra. & c. 1. de duob. fratri. à cap. inueſti. Et ideò noſtrum non
657. eſt, ex aliqua æquitate addere vel detrahere verbis contractus. l. fideiuſſores. §.
cùm pro Aurelio. ff. de fideiuſſ. Quinimò nil æquius, quàm ſeruare placita atque
conuenta inter partes. l. 1. ff. de pactis. l. 1. ff. de conſtitu. pecu. in l. 1. §. ſi conue-
nit. ff. depoſiti. maximè in traditione rerum inita. l. in traditionibus. ff. de pactis.
cum ſimil. Iura autem in obiectione allegata procedunt in allodialibus, non feu-
dalibus, in quibus eſt ſpecialis prouiſio, vt dixi, facta, & quando tenor inueſtitu-
ræ non repugnat. ar. c. 1. de feud. cogni. per quam omnia in contrarium adducta è
medio tolluntur, vt patet ex iam & ibi dictis.

Ad quadrageſimam quartam obiectionem.

ISta obiectio quaſi cum proxima coincidens, poteſt eiſdem modis, quibus et ipſa
eſt ſemota, tolli. Et præterea quartò quidem, quòd illa iura, & quæ dicta ſunt,
procedunt & ſunt vera, quando æquitas in ſpecie eſſet ſcripta, aliâs ſecus, vt puta,
658. quando æquitas eſt ſcripta in genere, vt eſt propriè in obiectione noſtra, vt eſt,
neminem debere locupletari aliena iactura. Rigor verò ſit ſcriptus in ſpecie, vt in
vſucapionibus & præſcriptionibus, tūc nihilominus præfertur iterū rigor æqui-
tati, vt ſpecies generi. Ita probatur in l. 1. vbi etiam doctores. iuncta l. nam hoc
natura. & ibi Bartho. ff. de condi. indebi. Dy. in regula poſſ. de reg. iur. li. 6. Io.
Andre. in c. ti. de ſolutio. Ludo. de Roma, in l. ſi inſulam, in 7. col. ff. de verb.
oblig. & moderni Papieñ. in d. l. placuit. C. de iudi. & alij in d. l. nam hoc natu-
ra. Siue ergo loquamur in pacto in ſpecie, habemus in vſibus feudorum, quòd
fœminæ in feudo non ſuccedant. c. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dare
poſſ.

poſſ.cum concordan. maximè in feudo maſculino, vt deduxi ſæpius ſuperius: ſiue
loquamur in præſcriptione, & iterum in ſpecie rigor eſt ſcriptus dictis iuribus. &
in c. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. controuer.

Quintò reſpondetur ad illam ſecundam, & etiam ad primam obiectionem;
vt procedant & habeant locum dicta & iura allegata in eis, niſi quando rigor ſcri- 659.
ptus in poſteriori lege eſt poſitus: quia derogat æquitati legis præcedentis. Gloſ.
eſt ſecundum omnes notabilis in c. extirpandæ. de præbend. & ibi docto. maximè
Io. de Imo. in 7. col. Alex. & dominus Iaſon in d. l. placuit. Sed clarum & indu-
bitatum eſt, quòd dictus rigor feudorum, vt fœminæ in eo non ſuccedant, niſi no-
minatim exprimatur, fuit longè inuentus et ſtatutus poſt iura alia ciuilia, maxi-
mè ff. vt atteſtantur omnes in præludijs feudorum, & colligitur ex nominibus cō-
ditorum & imperatorum, Conradi primi, Henrici ſecundi, Lotharij tertij, & Fri-
derici primi, Henrici quinti, & Friderici ſecundi, & Roberti de Horto compilato-
ris, & eorū ætatibus, & etiam ex Chronicis, atq; hiſtorijs eorundē. Ideò non habet
obſtare obiectio iſta. Locupletetur ergo dominus feudi etiam cum iactura aliena,
quantum velit, tamen quia lex feudalis clarè ſcripta eſt, vt in eis fœminæ non ſuc-
cedant, quodq; aperiantur tunc domino, ad eundemq; deuoluantur, fœminis ex-
cluſis, quare talis rigor poſterior eſt præferendus æquitati ſcriptæ in genere antea
vel de iure ff. per prædicta, & eſt concludens reſponſio. Sed & alio modo, &
quidem

Sextò reſponderi poteſt, quòd imò in caſu noſtro non acceſsit aliquod lu-
crum domino feudi, nec ſit locupletatus cum iactura aliena, nec familiæ de A.
damnum illatum. Nam licet Dei voluntate vel fato caſus ita euenerit, tamen quia
potuit etiam contrarium eius contingere, quòd ſcilicet familia de V. prius defe-
ciſſet, nihilominus duraſſet feudum ipſum in perſona illorum de A. maſculorum,
& ſic redundaſſet in odium vel damnum dñi Marchionis per nō apertionem feu-
di, per regulam vulgatam quæ habet, ꝙ quandò aliquid ſe habet ad lucrum & ad 660.
damnum, licet caſualiter contingat lucrum, non dicitur lucrari, vel damnum non
per hoc dicitur lędi, etiamſi eſſet minor, nec competeret ſibi reſtitutio in integrum.
l. ſi ea lege. C. de vſuris. l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſta. melior textus, & ibi
doctores in l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. quem reputat ſingularem Bald.
in l. cùm Archimedoram. C. vt in poſſeſsionem lega. Vnde videmus, quòd pa-
ter poteſt in vita aſsignare filio legitimam, pręueniendo vltimum iudiciū. marg. l. 661.
cum quo. de pecul. §. ſi. ff. ad l. falcid. quo caſu dedit Iaco. Butr. in l. pactum. C.
de colla. quòd poſteà quicquid contingat viuo patre legitima non augebitur, nec
minuetur. Ita eleganter refert & ſequitur Bald. in l. 2. C. de his, quæ in fraud. cre-
dito. idem voluit Angel. in l. ſi proponas. §. 1. in fine. & in l. ſi non mortis. ff. de
inoff. teſta. & in l. 1. C. de colla. in altera lectura. & in l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verb. oblig. Cuius dicti ratio eſt, quia tempore aſsignationis le-
gitimæ filio, videtur pater mori iuris fictione, & quia etiam legitima aſsignata,
ita poterat augeri ſicut minui, & è conuerſo. ar. d. l. de fidei commiſſo. C. de
tranſactio. ita declarat Io. de Imo. in l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. idem Imo.
& Roma. in d. l. ſtipulatio hoc modo. Ita dicamus etiam in terminis noſtris, quòd
non cenſeatur grauamen vel damnum propter prædicta.

Septimò reſpondetur, quòd imò dominus etiā in rei veritate nihil de alie-
no imburſat, ſed occupauit, & recepit quod ſuum eſt fato, & per caſum ad ſe de-
uolutum. Nec poteſt eo caſu ſuadere æquitas aliqua, vel etiam ratio naturalis, 662.
quòd illud derelinquat, vel det etiam alteri, vel vltra ſtatutum tempus, & contra
voluntatem ſuam duret vel maneat penes alium vel alios, ar. l. regulæ: id quod
noſtrum eſt. ff. de reg. iur. l. cùm mandati. C. manda. & facit l. ſi. ff. de pact. Eſt
enim quilibet moderator & arbiter rerū ſuarum, non omnia negotia, ſed pleraq;

ex proprio animo faciens. l. in re mandata. C. mandata. & maximè ex quo talis lex vel modus ſit datus in ipſa rei traditione vel conceſsione. l. in traditionibus. ff. de pactis. vbi traditur & habetur regula, quòd pacta quæcunque talia in traditionibus appoſita valere, manifeſtum eſt ergo & in propoſito valuere, & ſunt ſeruanda.

Octauò eſto etiam, quòd dominus percipiet aliquod lucrum, non tamen propterea cenſeretur iniquum, neque deberent feudalia bona ad ſorores vel fœminas contra iuris regulas & inueſtituras deſcendere, cùm talia plerunque fiant, tractentur, & paciſcantur ſciente domino, etiamſi emantur, deq; vna familia in aliam transferantur ſub eadem forma & ſpecie, & quidem ſolius agnationis con-
663. ſeruandæ cauſa. Per maſculos enim & non fœminas familiarum dignitas conſeruatur, iuxta notata per Iacob. de Are. in ſua diſputatione. Quam latè refert Io. Andre. in addit. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. cùm tranſeant fœminæ in alienam familiã. Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Sicut videmus in ſtatuto vocante maſculos, & excludente fœminas, quod cenſetur moueri ratione agnationis conſeruandæ. De quo eſt pulchrè textus, in l. 1. §. penult. ff. de ventre inſpici. ibi: Publicè enim intereſt partibus ne ſubijciantur, & vt ordinum dignitas familiarumq; ſit ſalua, quæ abſque diuitijs conſeruari non poſſunt, vt declarant Bald. & Ang. in quibuſdam ſuis conſilijs. et Roma. conſ. 16. & 399. inſignis ac clariſsimus præceptor meus dominus Bartho. Socynus in conſil. ſuo 63. in 9. col. in verſic. ex quibus & ſequentibus, in tertio vol. nouiter impreſſo: ac alij in alijs locis, modò ſi præter mentem, aliquo caſu deficit familia, & reuertitur ad dominum, quæ iniuria, quæ iniquitas poteſt cenſeri hoc? cùm & id aliàs videamus, vt infra.

Nonò reſpondetur: nam videmus etiam, quòd nedum habens iuriſdictionem, ſed etiam priuatus de rebus proprijs poteſt ſtatuere, & patrimonialibus feudis, ita quòd talis conceſsio reguletur ſecundum propriam naturam feudorum. Ita Bald. in c. 1. in princ. qui feud. dare poſſ. circa finem, dicens, quòd licet de iure iſto non poſſet aliquis infeudare, niſi eſſet in dignitate poſitus, prout requirere videtur verſiculus: Marchio. ea ratione, quia habere vaſallum, eſt quaſi dignitas, cui & iuriſdictio ineſt. c. 1. §. penult. de prohib. feud. aliena. per Frider. tamen hodiè
664. de iure nouiſsimo etiam minimi valuaſores poſſunt infeudare, per textum expreſſum in c. 1. ad finem, de natura feudi: imò fortius & ſingularius ſecundum eum, quod & deteſtabilius eſt, etiam vnus ruſticus poteſt infeudare. alleg. textus in c. 1. poſt principium: per quos fiat inueſtit. Eandem opinionẽ ſequitur Aluaro. ibi in ſecundo notabili, allegans ad hoc Inno. & dominum Cardi. in c. verum. extrà, de foro compete. & eſt magis cõmunis opinio ſecundum modernos ibi, & Franciſchinum Curtium. in ſuo tractatu, in ſecunda parte. in 4. quæſtione. Sicut quis de ſuo poteſt facere gratiam, & quod eſt proprium facere feudale; ita & ècontra quo allodiale & propriè ſuum in feudum recipere: nec per hoc dicitur iactare ſuũ, nec locupletari cum iactura aliena, licet acquirat naturam feudi, reguleturq; ſecundum eam, & aperiatur, vt cætera feudalia domino: ergo &c.

Decimò poteſt reſponderi, confirmando quod proximè dixi, & quòd quis poſsit bona ſua propria ac allodialia domino offerre, & demum in feudum ab eodem recipere & recognoſcere, expreſsè ſentit Iaco. de Belui. in c. 1. in princ. qui feud. dare poſſ. in diſtinctione ſua, quam facit in articulo, quando poſsint prælati infeudare, dum diſtinguit, quòd aut prælati infeudant res, quas ab alijs habent in feudum, aut infeudant res proprias, quas à nullo habent in feudum. et ſic vult, quòd etiam in rebus proprijs patrimonialibus conſiſtat feudum. Eandem etiam opinionem reperitur tenuiſſe Bald. poſt Specu. in tit. de feud. §. 2. verſic. 5. in additionibus dicens, quòd ſi ego recognoſco res meas patrimoniales, ab aliquo

aliquo in ſeudum conſtituitur feudum, & eſt in quinta q. in verſic. vel poteſt dici, 665.
ibi: quòd ſi non ſolùm in emendam, fecit homagium, verùm etiam ſubijcit mihi
bona ſua, accipiendo illa à me in feudum, tunc videtur ea mihi tradidiſſe, & in me
dominium transtuliſſe, & iterum à me in feudum recepiſſe. l. quiſquis. C. de do-
na. idem etiam tenet Bal. in ſummario, & in 3. col. & ibi Aluaro. in 2. col. in d.
c. 1. per quos fiat inueſti. idem Aluaro. in c. 1. §. ex eadem. in 3. col. de lege Con-
radi, vbi dicit, quòd etiam ruſticus poteſt emere feuda, dignitates, vel iuriſdictio-
nes, quæ ſunt de proprio matrimonio venditoris. Vnde ſecundum eum habens le-
gitimã adminiſtrationẽ bonorũ ſuorũ, poteſt in feudum dare, fideleſq; & vaſallos
acquirere, & additio Bald. ad Specul. incip. Si rem dicit, ſi rem meã recognoſco in
feudum valet, quia breui manu videor donaſſe & recepiſſe; alleg. l. ſi tibi.
ff. ſi cert. pet. & Specul. in d. quæſtione quinta. Et non mirum, cùm & homo li-
ber poſsit pacto alicui promittere per ſe ſuoſq; hæredes, quòd ſit homo ſuus, &
certum ſibi ſeruitium faciat, & ſit ſeruandum tale pactum, ſecund. Specul. in tit.
de feud. §. 2. verſic. 1. alleg. c. 1. & 2. de pactis. l. 1. §. 1. & l. iuriſgentium. §. ait
prætor. Nam per ſtipulationem poteſt quis nedum bona, ſed etiam conditionem 666.
ſuam grauare, Hinc eſt, quòd per pactionem ſcriptura interueniente poteſt quis
ſe conſtituere aſcriptitium, vt l. cùm ſcimus de agri. & cenſi. li. 11. & religioſum.
17. quæſti. 2. c. omnes fœmi . & tamen religio ſeruitus eſt, vt 54. diſtinct. c.
multos. & notata in inſtitu. de iure perſonarum. Et poſt longam diſputationem
eandem opinionem firmando adducit c. grandi. de ſupplen. negli. præla. ibi: fi-
delitate homagio iuramento ſeu pacto, ſi aliquibus &c. Nam & delatione, & præ-
ſtatione iuriſiurandi creditur libertus homo meus conſtitui. l. cùm decurionatus.
C. de decuri. li. 10. & l. quotiens ſpontaneos. & ff. de in ius vocando. l. adopti-
uum. §. 1. l. fi. C. de tranſacti. l. fi. C. de tabu. exhiben. Si ergo poſſum pacto
perſonam meam grauare, quantò fortius bona ipſa, & tali vel tali modo recipere
per iam dicta: nec dicitur tunc quis locupletari cum iactura alterius: etſi de omni-
bus bonis, quantò ſortius de parte aliqua ſic diſponere poteſt iuribus vulgari-
bus.

Præterea & vndecimò poteſt reſponderi: quia ſi hoc eſt verum, vt
habet communis opinio doctorum, quòd feudum etiam pecunia poſsit quæri.
Quod etiam firmauit gloſ. in c. 1. de feuda. in vicem. l. commiſſo. & probatur in
c. 1. in tit. quemad. feud. ad filios pertine. non violando literam, vt violare vi-
detur ibi gloſ. eſt textus in c. 1. in princ. de inueſtit. in mari facta, in c. Titius. ſi
de feud. fuer. controuer. in c. 1. de natura feud. in c. 1. de beneſi. fratr. in c. ad
noſtram. extrà, de reb. eccleſ. non alie. comprobatur etiam ratione ſecund. Al-
ua. in d. c. 1. de beneſic. frat. Quoniam feuda æquiparantur militijs, vt in authent. 667.
de exhiben. & introdu. §. optimum. Militiæ autem emuntur, vt ibi. & in l. fi.
C. de pignori. & l. omnino. §. planè. C. de inoff. teſta. & ſequitur idem Iaco.
Alua. poſt Iaco. Ardizo. & Andr. de Iſer. in d. c. 1. & ibi reſpondet ad textum
in contrarium allegatum. Eandem opinionem ſequitur moder. Neapol. in c. 1.
§. hoc autem notandum: qui feudum dare poſ. dicens ita communiter & quotidiè
obſeruari, & non habet dubium in regione noſtra, in qua videmus frequenter &
à dominis, & à vaſallis emi & redimi. & ſecuti ſunt illam dominus Alex. de Imo.
in conſil. 79. incipien. Circa primum. in 5. col. in 1. vol. & dominus Franciſ.
Curtius in conſil. 49. in 7. colum. in ſecunda compilatione. Et non habet du-
bium, quando emitur à vaſallo, ſecundum Iacob. de Belui. quem retulit etiam
ſolus Bald. in d. §. hoc autem notandum. & Franciſchinus Curtius in d. tracta-
tu ſuo, in ſecunda parte, quæſtione quinta, quod acquirit naturam feudi, & de-
uoluitur ſecundum diſpoſitionem communem feudorum: nec attenditur aliud
quàm verba inueſtituræ & eius tenor, vt dixi ſuprà. Taceo, quòd etiam poſſemus 668.
dicere, quòd in propoſito vtrumque propter alienationem amiſiſſent factam ſine
conſenſu domini, venditor rem et emptor ſciens ex literis venditionis rem fuiſſe

feudalem precium, per textum in c. 1. §. 1. de prohib. feud. aliena. per Frid. & in c. 1. §. 1. ibi: machinari tentauerit precio ac beneficio ſe cariturum cognoſcat. Sibi ergo imputent, et non domino, qui cùm ſuo iure vtatur, nemini facit iniuriam, l. iniuriarum. §. is qui. ff. de iniur. ibi: iuris enim executio non habet iniuriam, cum concordantibus.

Ad quadrageſimam quintam obiectionem.

AD iſtam obiectionem reſponderi poteſt, & quidem inprimis, vti eſt reſponſum ad 36. obiectionem, quòd non ſit commoditas, ſed res ipſa vendita, ſecundum varias rationes, de quibus ipſis ibi ad plenum in reſponſionibus per ordinem datis, quas aliter non repeto. Et vltra ibi dicta & probata, poteſt & aliter, & quidem

Decimo nono reſponderi, quòd iura allegata in contrario vel obiectione, vendicent ſibi locum, quando contractus ipſe eſt penitus nullus & inutilis:
669. aliâs autem quando non eſt omnino nullus, neque penitus inutilis, quon iam tunc interueniente traditione, dominium transfertur ſaltem vtile. Iſta eſt gloſ. in l. contractus. C. de fide inſtru. in verſ. emptoris, ibi: quid ſi venditor tradat. & ibi Bal. in penul. col. in verſic. 2. quæritur. et Salice. in 3. quæſtione, gloſ. & Bart. in l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. & alij in alijs locis in 89. fundamento allegatis: maximè Raph. Fulgoſ. in conſil. 89. incipien: Viſis toto proceſſu habito. in 2. col. ibi: nec dicat quis hoc caſu ex inutili contractu facta traditione, nihilominus tranſire dominium, vt in l. eleganter. in fine princ. ff. de dolo. & quod ibi Bartho. & omnes volentes poſt gloſ. ibi, quòd ex inutili contractu transferatur dominium, quod et ſit verum: ſicut ex qualibet cauſa putatiua, vt ff. de condi. indebi. per totum. de quo etiam per Bal. in l. 2. C. de condi. ob turp. cauſ. ſicuti etiam in legato inutili, per traditionem factam dominium transfertur. Bal. in l. non dubium. C. de teſtamen. Vnde iura in contrarium allegata, maximè in materia feudali ſunt intelligenda, quòd non transferatur, ſcilicet in præiudicium domini, aliâs autem ſic per ibi & ſuprà dicta, & ideò adhuc ſubſiſtunt fundamenta & reſponſiones datæ ad 36. obiectum, & quòd non commoditas, ſed res ipſa videatur vendita, & vtile dominium per conſequens in ipſum emptorem ſaluis iuribus domini translatum ſit.

Aliter & vigeſimò poteſt reſponderi: & nunc ponam ſecurim ad truncum huius difficultatis. Nam dato etiam, huiuſmodi contractum non valere, ſed
670. eſſe nullum: tamen illud eſt verum, ſicq; intelligendum, quantum ad rei translationem, & quatenus præiudicatum foret domino, tamen in preiudicium vendentis valet, vt emptori bonæ fidei actio ſaltem perſonalis acquiratur. Hoc in terminis decidit Bald. in c. imperialem. in princ. col. fin. verſ. quærit gloſ. de prohib. feud. aliena. per Frid. in fi. allegat multa bona iura volentia & probantia contractum fore aliquem in præiudicium vendentis l. etſi liberi hominis. ff. de cōtrahen. emptione. in l. ſed et Celſus. eo. tit. §. 1. facit ſecundum cum l. fi. §. vlti. C. cōmunia de lega. & l. 1. C. non lice. metrop. li. 11. & l. fi. C. de fund. limita. eod. li. in. l. emptorem. §. ibidem. ff. de actionl. empt. & in l. Iulianus. §. ſi quis vir-
671. ginem. eod. tit. & in l. ſi fratres. C. cōmu. vtriuſque iudi. Quinimò emptor etiam vltra tranſitum, in præiudicium alienantis poſſet retinere feudum emptum, donec vaſallus ſibi reſtituat precium, ſaltem quatenus reſpicit vel tangit vaſallum agentem. l. ſi non ſortem. §. ſi certum. cum ibi notatis. ff. de condi. indebi. ſed reſpectu domini reuocare volentis in cōtumaciam vaſalli, ſecus. c. 1. §. 1. de prohib. feud. aliena. per Frid. ita Bald. vt refert & ſequitur Iaco. Aluaro, in c. 1. §. ſi vaſallus. in 3. col. in verſ. quæro an emptor, ſi de feud. fuer. controuer, benè faciunt ea, quæ

habentur

habentur per tex. gloſ. & doct. in c. 1. de controuer. inter empt. & domi. feudi. quod etiam in ſimili caſu voluit Alex. de Imo. in conſil. 107. aliàs 109. incipien: Viſo proceſſu, in verſic. nec obſtat, ſi diceretur, allegando l. ſi tibi. C. de euictio. in 4. col. eſt egregia gloſ. in d. l. eleganter. in princ. in verbo nulla: & ibi omnes. ff. de dolo, voluit & retulit egregius etiam præceptor meus, dñs Philipus Decius in conſil. 166. in 3. col. allegando inſuper Bal. in quodam ſuo conſilio, decidendo illud ſecundum ipſum in feud. & hæc maximè ſunt vera & procedunt, ex quo feudum ſic apertum domino, fuit vt maſculinum conceſſum vltimo poſſeſſori & feudatario. Quare per huiuſmodi inueſtituram etiam ſolam translatum fuit vtile dominium, vt ſæpè ſuprà dixi & comprobaui.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis modò ſatis eſt reſponſum omnibus & ſingulis obiectionibus, & alijs in contrarium adductis, atque clariſſimè iam apparet, illa non obſtare, ac per ordinem eſſe ſublata, inſuper & fundamenta pro domino Marchione noſtro firmata, in ſuo eſſe & robore manſiſſe, & firmiter ac inconcuſsè ſtare: & per conſequens concludendum atque etiam ſententiandum fore, vt in principio fundamentorum ſuprà memini, hoc eſt, ipſum dominum Marchionem conuentum, & illuſtriſſimum Principem ab iſta actione prima inſtituta, quæcunque fuerit, abſoluendum, cum refuſione expenſarum, vel ſi magis placeret, actrices, vt carẽtes actione repellendas: & ſic in & ſuper omnẽ modũ ipſum Marchionem propterea victoriam per ſententiam dominorum iudicum ligæ cõmendabilis Sueuorum, pro eorum æquitate & reali iuſtitia ex fundamentis ſuperius adductis, maximè ſimul iunctis, reportaturum.

SECVNDA PARS
huius noſtræ Conſultationis Iuris.

Iſta pars ſecunda complectitur ſecundam actionem in libello deductam de & ſuper alia tota tertia parte Caſtri & Villæ Mundelsheym, cum pertinentijs feudalibus, & duabus tertijs tertiæ partis decimæ in Ingerſheim. Quas quidem partes aſſerunt, & aperto ore fatentur & prędicant feudum fore Marchionatus, & per dominum VVilhelmum de V. Philippo de A. venditas & traditas, ſicq́ ab eodem à domino feudi receptas, poſſeſſas, & vſq; ad mortem fructificatas, ac eo mortuo, ad ſorores, tanquam legitimos hæredes, vt cætera eius bona deuolutas eſſe, iuxta continentiam 14. 15. 16. 17. 18. & quorundam ſequentium articulorum, annexamq́ petitionem. In qua idem, vt pollicitus ſum, in principio ſuperioris partis faciundum eſſet. Primò enim obijciendum vel opponendum; deinde pars Marchionis fundanda: tertiò verò obiectis reſpondendum foret. Verùm cùm iſta actio ſecunda cum prima fratrizet, patiaturq́ & requirat talia obiecta, reſponſiones & munimenta, quaſi etiam in omnibus, & per omnia cum illa coincidat: Ideò ne & fruſtrà membranæ occupentur, eademq́ cum tædio & labore iterentur, toties q́ in eadem cauſa tranſplantentur, conſultò illa prætermiſi, atque huc transferre nolui, ſed pro repetitis habere, ibidem ſi opus fuerit, videndum, exceptis ijs, quæ deduxi in prima actione vel parte, de pacto de retrouendendo. Nam licet in præfatis articulis, maximè in 15. de eo etiam in hac parte ſecunda fiat mentio vel poſitio: tamen illud fortè cùm neque in literis venditionalibus, neq; alibi appareret, vel probatum extitit, in eo contractu interueniſſe non eſt verum. Ideò de & ſuper illo non eſt habendus ſermo vel diſputatio inutilis: niſi quòd nunc ex his colligitur, hanc ſecundam partem, in qua tale pactum non interuenit, tantò minus habituram dubitationem, ac cætera reſoluenda eſſe, vt in prima parte pluſquàm abundè viſum eſt ſuprà.

TERTIA PARS

Conſultationis præſentis in eadem cauſa.

ISta tertia pars conſiſtit vel reſidet in tertia petitione vel actione inſtituta contra Marchionem, pro fructibus vitis & ſiligine relictis & extantibus tempore mortis Philippi de A. quæ etiam deuolutis bonis feudalibus ad dominum, tamen debentur hæredibus Philippi venientibus ab inteſtato, vel ex teſtamento. Et cùm fuerint maioris valoris, vel æſtimationis tempore Philippi, quàm ſint modò: quare petuntur damna & intereſſe. & eſt quæſtio, an debeantur? et videbatur prima fronte, quód ſic: triplici fundamento.

Primò, quia ſpoliatæ ſunt vel fuère actrices caſtro: & per conſequens etiam
672. huiuſmodi bonis mobilibus. Ad quorum & etiam damni omnem reſtitutionem tenetur ſpoliator. l. 1. in princ. & §. 1. ff. de vi & vi arma. §. illud. & §. planè. §. hoc interdictum. §. ſinè autem. ff. eo. eademq́ lege. c. cùm ad ſedem, de reſti. ſpolia. c. conquerente. c. grauis. c. ſæpè & c. item cùm quis. & c. cùm licet. de proba. cum concordan.

Secundò, quia fructus feudi nedum recollecti, ſed etiam extantes moriens
673. vaſallus tranſmittit ad hæredes, ſi moriatur poſt Calendas Martij. Textus eſt in c. 1. §. his conſequenter. in tit. hic finitur lex. ibi doct. & omnes, maximè Aluarotus dicens: nota ſecundum gloſ. 1. hic poſitam ex iſto caſu laudabilem diuiſionem fructuum fiendam inter dominũ & heredes vaſalli mortui, quam dicit menti mandandam, cùm quotidie de facto occurrat.

Tertiò, quia in mora, quæ facit quem teneri ad quanti plurimi fuerit res debita, conſiſtens in numero, pondere, & menſura; ſecund. Specula. in tit. de off.
674. om. iud. in § deſeruit. in verſic. in ſententiæ quoque prolatione monetur. ibi, vt videlicet in his, quæ in numero, pondere, & menſura conſiſtat, fiat per officium Iudicis condemnatio, non tantùm in re, ſed etiam quanti plurimi fuerit tempore moræ, alleg. l. viuum. ff. ſi cert. peta. c. 1. & glo. de off. iudicis delega. & vtrobique doctores.

Sed his non obſtantibus, puto quòd dominus feudi, ſeu Marchio non teneatur ad quanti plurimi, neque etiam ad damna & intereſſe multiplicari ratione & fundamento, quæ colligi poſſunt ex reſponſionibus dandis ad obiecta. Et ideò inprimis reſpondetur ad primum obiectum.

Ad primum obiectum.

REſponderi poteſt negando, quòd ſorores ſeu actrices ipſæ fuerint ſpoliatæ à domino feudi, ſcilicet Marchione, ſed eſt ipſe legitimo modo & iuridicè ingreſſus, vt conſtat varijs ex fundamentis, ſuprà in prima parte huius conſultationis deſuper ordinatis, quæ aliter non repeto. Quare corruit obiectum. Quoniam licet & in ſe ſit verum, tamen nil facit in propoſito per locum ab antecedenti de-
675. ſtructo, quod eſt concludens & validum de iure ſecundum Bal. in l. conuenticulam. in 3. col. in verſic. item eſt locus ab antecedenti deſtructo, alleg. c. cùm ex officio, extrà, de præſcriptio.

Ad ſecundum obiectum.

AD iſtud patet reſponſio ex actis. Cùm dominus Marchio ſemper fuerit paratus ſoluere vel dare, imò & magnam partem iam actu ſoluerit, quare eius prætextu nil ſibi debet impingi. Et maximè cùm etiam dominus feudi ingrediendo poſt

do poſt mortem vaſalli benè potuerit res hæreditarias ibi exiſtentes pro damnis
& intereſſe retinere, donec caueatur, vel præſtetur cautio, de eis reſarciendis. Iſta
eſt ſatis clara diuiſio Bal. in l. 2. C. de ſeruis fugi. dum dicit: & adde, quòd ille, qui
inuenit rem meam in prædio ſuo delapſam, debet me monere, vt eam recipiam. vt
ff. ad l. Aquil. l. Quintus. in finali reſponſo, niſi retineat cauſa iuris ſui conſeruan- 676.
di, puta ſi inuenit alienum pecus in prædio ſuo, quod dedit ſibi damnum. Nam po-
teſt retinere, donec reſarciat. ar. C. de adul. l. cap. quinto. ſecund. Riſar. Malumb.
De quo etiam per Paul. de Caſtro, & Roma. in l. prætor ait; aliâs eſt l. hoc amplí-
us. §. de his. ff. de dam. infect. Sed non curo diſcutere, quia leuis eſt hæc quæſtio, &
non magnæ importantiæ.

Ad tertium obiectum.

AD iſtam obiectionem tertiam inprimis poteſt reſponderi, quòd parua mora 677.
non dicitur mora, nec eius effectum habet. ita Alberi. de Roſat. in l. 1. C. de
verb. ſignifi. Lauren. de Fano in l. in quorũ. 18. colum. ff. de pig. l. ſi in lege. §. colo-
nus. ff. loca. Sed hîc videtur ex deductis vel oblatis parua admodum vel quaſi nul-
la interuenerit: ergò non habet obſtare.

Secundò reſpondetur: quia mora debitoris non inſpicitur, quando etiam cre-
ditor eſt vel fuit in mora. l. ſi per emptorem. Et ibi Barth. ff. de actio. empti. l. illud. 678.
de pericu. & commodo rei vendi. Ang. & Alex. de Imo. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur.
ff. de verb. oblig. Sed hîc ſeu in propoſito noſtro actrices ipſæ etiam fuêre in mo-
ra recipiendi, & quietandi; ergò nihil operabitur mora in terminis noſtris.

Tertiò reſpondetur, quia mora debitoris non ſoluentis nedum debet allegari;
ſed etiam probari per creditorem agentem hypothecaria vel alia, ſecundum Barth.
& alios, in l. rem alienam. in vltima col. ff. de pigno. actione. Sed hîc ſeu in propo-
ſito licet mora fuerit allegata, non tamen eſt probata: ergò non habet nocere do-
mino Marchioni.

Quartò, quia mora non imputatur ei, qui tutus eſt exceptione legitima. 679.
l. ſi pactus. & ibi Barth. & alij. ff. de pactis. Sed vt apparet ex actis, dominus
Marchio fuit tutus exceptione legitima, cùm quia actrices fuêre in mora, cùm
quia non probatum: tum etiam quòd mora parua; & quòd ſteterit per aduerſa-
rios; ergò &c.

Quintò reſpõdetur: quòd qui petit damna vel intereſſe, vel etiam quanti plu-
rimi, debet illa probare. Primum probatur in l. ſi quando. coniuncta ſua gloſ. C.
vnde vi. per locum à ſpeciali. et in c. ſi. quod metus cauſa. Secundum verò & ter-
tium licet peti poſsint etiam iure Canonico. c. conqueſtus de vſuris. l. 2. C. eod. tit.
& l. curabit. C. de actio. empti. tamen oportet ſaltem, quòd de eo conſtet; vel pro- 680.
batum ſit. Ita egregiè Alex. de Imo. in conſil. 26. aliâs 27. incipien: viſo themate
ſuprà ſcripto, in 3. col. ibi: tamen illud debet intelligi, quando de intereſſe pacto
conſtat per probationes. Non autem debet ſufficere, quòd allegetur, vel adijciatur
aliquid, quando non eſſet natum, quia vbi cauſa requiritur ad eſſentiam actus, non
ſufficit illam haberi pro ſubſiſtente, niſi verè eam ſubſiſtere probaretur. l. ſi fortè. ff.
de caſt. pecu. Sed in propoſito noſtro non conſtat, neque probatum eſt de ali-
quo intereſſe; ergò non debet, neque poteſt condemnari dominus Marchio in il-
lud, ſed ſimpliciter ad reſtitutionem fructuum vel rerum, per iam dicta & alia mul-
ta, quæ breuitati ſtudendo omiſi.

Sextò reſponderi poteſt, quod licet quandoque Iudex poſsit intereſſe, non
probatum liquidare vel æſtimare, vel petentem ad iurandum admittere. l. ſem-
per. §. fi. ff. quod vi aut clam: tamen illud intelligitur & eſt verum contra doloſum, 681.
& quidem in committendo, & non in omittendo. Ita Bart. ibi. & poſt ipſum Alex.
de Imo, dicens ita limitando dicta Bart. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden.

 allegant.

allegant.l.in actionibus.ff.de in litem iuran. & not.per gloſ. in l.1. C. de ſen. quę pro eo,quod intereſt:regulariter ergò iudex non poteſt neq; debet ſe intromittere de intereſſe non probato. Sed in terminis noſtris non eſt commiſſus dolus, & ſi quis interueniſſet,eſſet in omittendo: ergò in eo non debet fieri condemnatio aliquo modo, ſed debent & partes & Iudex contentari ſimplici reſtitutione rerum: in quo dominus Marchio, vt apparet, ſemper paratus extitit, quatenus in eo fuit.

PARS QVARTA HVIVS
præſentis Conſultationis.

ISta quarta pars,in qua per actionem in eadem contra dominum feudi inſtituta
prætenditur,curiam ſeu bona in **Holzweiler** eſſe propria, ſeu allodialia, & non
feudalia, non eget multis, tum quia conſtare videtur, & ex actis clarè colligitur,
quòd ſunt feudalia, & non allodialia, probatumq; hoc per teſtes & literas produ-
ctas,actiſq; inſertas, tum quia etiamſi hoc non foret, tamen in propoſito noſtro
præſumerentur feudalia eſſe, atq; pertinentia eſſe, vt cætera omnia in diſtrictu
612. **Mundelſzheim** ſita.Primum tanquam manifeſtum:& quia, quod ex actis capi po
teſt,notorum dicitur,vt notatur in c.ex inſinuatione, de appella.c.cùm olim.in fi.
de verb ſignifi.Paul. de Caſt.conſil. 39. poſt Bald. in authen. ad hæc. C. de vſu-
ris,& in l.1.C.quomo.& quan. Iudex.in l.ciuitas.C.de appella.per l. qui ſenten-
tiam.C.de pœnis.& alij alibi: conſultò præterij,ac relinquendum cenſui diſcretio-
ni atq; iudicio dominorum iudicantium,qui pro ſapientia ac luce dignitatis eorum
in eo benè ſingula rimabunt atq; diſcernent.

613. Sed ſecundum probatur,quia licet in dubio res præſumatur libera & allodialis iuribus vulgaribus ſuprà allegatis in 29.obiectione, & alibi ſæpè eſt verum in dubijs,tamen quando non ſumus in dubio, ſed quando conſtat, vt in propoſito noſtro ex probationibus factis,& literis productis, tunc illud non procedit, neq; ſibi vendicat locum,aliquo modo per prędicta. et habetur in eiſdem locis. Quinimò & maximè,quando totum vel maior pars eſt feudalis in loco,poſſeſsione, vel territorio.Nam tunc in contrarium eſt præſumptio. Quoniam omnia cætera etiã præſumuntur feudalia,quæcunq; ſunt talia,textus eſt apertus. quod & ibi voluêre Andre.de Iſernia.Iaco.de Aluaro.& alij in c.1.de controuer.inter maſcu.& fœminam, quicquid ibi dixerit Bal. qui aliter diſtinguit, ſed eius diſtinctionem reprobant Iac.de Aluaro.& alij ibi,& in quibuſdam alijs ſimilibus locis.

614. Ad idem facit quod notat Iacob.de Beluiſo,& Nicolaus de Neapol.in c.vaſallus ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domin. & agna. vbi vaſallus qui longo tempore præſtitit ſeruitium, ſi incipiat denegare, tenetur demonſtrare rem, cuius cauſa ſeruitium præſtabat,aliâs præſumitur de toto patrimonio præſtitiſſe,ar.l.fideicommiſſum.§.1.ff.de indèb.Nam & ibi attenditur in præſtatione vel petitione fidei commiſsi maior pars hæreditatis.

Facit & tertiò illud,quod dicunt Canoniſtæ in c. cùm cauſa, aliâs in cauſa,de cauſa poſſeſſ.& propriet.dum volunt ibi, quòd ex præſtatione cenſus aliquo tempore non probetur quaſi poſſeſsio ſubiectionis,niſi hoc expreſsim, vel tacitè conſtaret,quia tempore, quo alij ſubditi ibant ad Synodum, iſti ſoluebant cenſum: nam ratione loci & acceſſus,& ex qualitate perſonæ, cùm ſoluebatur, ſatis poteſt argui,quòd in ſignum ſubiectionis ſoluebatur. & in c.conſtitutus.de religi. domi. dum volunt,quòd epiſcopo petenti iura epiſcopalia in eccleſijs ſuæ diœceſis, vel poſſeſsionis,per religioſas ſufficit probare illas eccleſias ſitas in ſua diœceſi. Quo probato,obtinet,niſi aliud probetur de iure ſpeciali.

Quartò

Quartò optimè ad propoſitum quadrat deciſio Bald.in c. 1.in 2.col.in titulo 686.
de capita.qui curi.vendi. vbi dixit, quòd quando quis eſt inueſtitus de caſtro cũ
pertinentijs ſuis, intelligitur inueſtitus de toto territorio. alleg.l. 1. §. cùm vrbem.
ff. de off. præfect. vrb. Benè fac.gloſ. in c. cùm ad ſedem. in verſic. pertinentijs.
de reſtitu. ſpolia. et in c. cùm venerabilis. extrà, de religio.domi. Quam deciſionẽ
Bald. ſequuntur etiam moderni. in repeti.l. quò minus. in 20.q.ff. de flumi. multa
adducentes, vt ibi per eos videndum. Vnde cùm hic, ſeu in propoſito noſtrò nedũ
maior pars conſtet eſſe feudum, ſed etiam caſtrum & villam **Mundelßheim**, cum
hominibus bonis, omnibusq́ cum eorum pertinentijs fuerint cõceſſa & recognita
in feudis, omnia debent præſumi feudalia, niſi contrarium eius manifeſtè fuerit
probatum per iam dicta. Et qui dicit omne, nihil excludit. l. à procuratore. C. manda. 19. diſt. c. ſi Romanorum. & c. ſolite. de maiori. & obed. cùm concordantibus
ibi allegatis.

Quam deciſionem & quintò retulit dominus Franciſ. de Are. in conſil. ſuo
decimo quinto, in 2.col. in verſic. 3. præmitto, volens per illam in conceſsione caſtri cum pertinentijs, non venire molendina aliena, ſed propria. Sic in dubio quilibet cõcedens videtur transferre ius, quod ipſe habet, & non plus. l. ſi domus. §. ſi.
ff. de lega. 1. l. vxor patrui. C. communia de lega. et l. qui tabernas. ff. de contrahen.
emptio. Qui ergo curiam, vel alia vult dicere ſua, probet.

Sextò ad propoſitum facit deciſio domini Signo. de Homodeis, conſil. 6. ſe- 687.
cundum ordinem meorum. 60. loquent. de huiuſmodi clauſulis generalibus, & q
ſub eis omnes terræ & poſſeſsiones intra confines vel territorium exiſtentes, comprehendantur in inueſtituris: pro quo omiſsis regulis generalibus, q̃ poſſent induci ſpecialiter inducit. l. patronus. §. Sempronio & l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. 3. & l. 3. §. Lucius. ff. de leg. 2. l. prædia. §. ſi. ff. de fundo inſtru. l. quæro. & l. Titius. ff. de acti. empti. l. de pupillo. § qui opus. cum ibi notatis per Dy. & alios. ff.
de noui operis nuncia. et quod notatur in l. tei. de verb. oblig. & quædam alia, de
quibus ibi per eum.

Septimò ſolent allegari etiam pro iſta opinione ea, quæ voluit Paul. de Caſt. 688.
in conſil. 164. & conſil. 154. incip. Super primo quæſito, vbi decidit illud in fortioribus terminis, quòd quando poſſeſsio vel res non fuiſſet ipſius domini feudi,
ſed vaſalli, recipientis & recognoſcentis tamen in feudũ recepiſſe quòd videatur,
ſi ſciens fecit, donaſſe domino directum dominium: maximè in eccleſia, in qua etiam fictus titulus trãsfert dominiũ abſq́ traditione in eandẽ. l. ſi. C. de ſacroſan. eccleſ. & multa alia, de quibus ibi per eundem pulchrè in materia loquentem.

Octauò adduco in terminis dominum Franciſchinum de Curt. qui nouiſſimè idem hoc, quod ſuprà dixi, tenuit in dicto ſuo tractatu, in ſecunda parte, in 6.
quæſtione, referens pro mag. ſuprà dicta, adducendo etiam dominum Andre. de
Barb. in conſil. 23. ſecundum ordinem meorũ eſt 12. in 21. col. 2. vol. vbi dixit etiã
præſumi pro eo, qui eſt in poſſeſsione, allegando ad hoc Bal. in c. capitulum ſan- 689.
ctæ crucis, extrà, de reſcrip. & ſingulare dictum Barth. in l. 1. §. non autem. ff. de ſecund. tabu. optimè ad propoſitum faciens & limitans gloſ. in l. ſi. C. de edict. diui
Adria. tollen. & in c. vltima voluntas. 13. q. 2. & in c. ſi duobus. de reſcrip. in 6. &
multa alia, de quibus ibi per eum. Cùm ergò dominus Marchio poſsideat huiuſmodi curiam: ergò præſumetur feudalis.

Nonò illud comprobari poteſt, quia clarum eſt, & patet ex actis, quòd
Philipppus vltimus poſſeſſor ſolus illam curiam vnà cum cæteris feudalibus rebus occupauit tanquam feudalem, nec paſſus eſt venire in diuiſionem hæreditatis cum ſororibus: ergò talis etiam in ſucceſſoribus præſumenda, vt voluit
Bald. in c. 1. de controuer. inter domin. & fili. Talis enim præſumitur durare 690.
res, qualis fuit à principio. Ideò dixit textus in l. 1. C. de imponenda lucra: deſcripti. li. 10. à primordio tituli. l. 2. §. licet. verſ. initium conſtitit. ff.
de iuris & facti ignoran. & ſatis patet etiam confeſsione partium aduerſarum,
quam nulla probatio clarior. l. generaliter. C. de non numera. pecu. c. per tuas.
de proba.

bona mea libera tibi in ſeruitutē inuentandi proſtarentur? arg. l. loci corpus. §. cō-
petit. ff. ſi ſerui. vendi. Cùm igitur in proprijs bonis domina Felicitas ad inuenta-
ria non teneatur, rectè & in bonis mariti non tenebitur, propter perfectam & ple-
nam illam adminiſtrationem, eidem dominæ Felicitati in vtriſq; bonis æqualiter
competentem. Nam vtraq; bona in vnam & æqualem naturā, conditionem & qua-
litatem connexa & vnita eſſe, ſuprà ſatis demonſtrauimus.

Accedat ad prædicta, quòd teſtator hæredi nō tenetur ad inuentarium, quod
colligitur ex Io. An. ad Spec. in tit. de inſtru. edi. §. dicto verſ. nunc dicamus. in ad-
18. di. mag. Hæres enim de proprijs bonis nihil perdit, cùm de lucro tractet. Proinde
19. vrgere teſtatorem ad inuentarium non poteſt, facit l. ſi. C. de codicil. Deniq; ſicut
viuentis non eſt hæreditas, l. neminem. de acquir. hæred. ita nec hæres eſt viuenti,
per locum à coniugatis. Facit l. 1. ibi glo. ff. pro hæred. l. opinione. C. eo ti. Abſur-
dum itaq; eſt, prohibere teſtatorem, ne bona incolumis minuat, vt eſt apud Perſi-
um, in vltima Satyra. Adeò non debet quiſquam eſſe de hæreditate viuentis ſoli-
citus, glo. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. l. 2. §. interdum. ff.
de vulg.

Præterea & alia ratio viua dominam Felicitatem tuetur. Nam ipſi ambo con-
iuges cùm teſtarentur, expreſſè cauerunt, quòd vter ex eis moreretur, ſuperſtes ad
rationē reddendam vllatenus teneretur, vulgò, **einich rechnung thün**. Quod certè
in Teſtamento fieri potuit, vt per Signo. conſ. 144. ad fi. qui allegat l. quidam de-
cedens. ff. de admi. tut. & ponderanda ſunt verba vrgentia, ſcilicet, vllatenus tene-
ri. et fac. l. cùm ſeruus. l. cùm tale. §. 1. ibi glo. & Bal. ff. de condi. & demonſ. cum
20. ſi. Nunc cùm caput rationis reddendæ ſit inuentarium, vt dicit Bal. d. §. 1. & fac. l.
1. §. pe. ff. de vent. in poſſ. mitt. Idem tenet Ang. d. conſil. 144. ad fi. qui alleg. l. tu-
tor, qui repertorium. ad prin. ff. de admini. tut. Ita quòd inuentaria principali-
ter propter rationes ſunt introducta, rectè conſequens eſt, quòd cùm prohibetur
exigi ratio, ex conſequentia prohiberi exactionem inuentarij. Per manus enim
traditur ex antecedenti inferri cōſequens. l. illud. ff. de acquir. hæred. Io. Cal. in tit.
de cenſib. conſil. 11. Iaſ. in l. Gallus. in prin. nu. 26. de lib. & poſthu. Et conſtat, ꝙ
principali ſublato, etiam dependentia ceſſant. D. Benedict. de Peruſ. conſil. 143.
21. in 6. quæſt. Dicit enim eum, qui non tenetur rationē reddere, per cōſequens etiam
nō teneri inuentarium facere. Idem tenuit Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc aliqua.
verſ. ſed an ſimplex. 5. charta, mihi dum voluit fruſtrà fieri inuentaria, vbi ratio nō
redditur. et idem tenet Iaſ. in l. nemo. in 2. lect. verſ. Addo bonum ſimile. col. 11.
de leg. 2. Rectè igitur in caſu propoſito domina Felicitas inuentarium facere non
tenetur, quæ ab onere rationis reddendæ eſt exempta.

Et per prædicta non obſtat, ſi ex aduerſo prætenderetur, inuentarij confectio-
nem in Teſtamento non eſſe remiſſam, etiamſi vxor rationem reddere nō teneatur.
22. Et ita caſum omiſſum in teſtamentis haberi pro omiſſo. l. commodiſsimè. ff. de lib.
& poſthu. l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. cum ſi. Quia in contrarium eſt ipſa veri-
tas. Suprà enim diximus, cùm teſtator rationem reddi prohibuit, omnia prohibu-
iſſe cenſeri ea, quæ ex ratione reddenda pendeant, arg. l. 2. ff. de iur. om. iud. et ha-
23. bet communis doctrina, cùm Teſtator vnū caſum prouidit, intelligi ſibi prouidiſſe
in omnem caſum tendentem ad eundem effectum. l. ſi. ibi Bald. & doct. C. de iuſti.
& ſubſti. Cùm ergò in propoſito teſtatores caſum prouiderint, qua ratio reddi pro-
hibeatur. Vnde omnem alium caſum, qui ad effectū dictæ prouiſionis tendit, & ſic
inuentarij confectionem prohibuiſſe intelliguntur.

Accedat quòd cùm Teſtatores non ſolùm rationem reddi, ſed etiam ſub qua-
dam geminatione & repetitione verborum, omnem cautionem, aſſecurationem,
certificationem fieri generaliter prohibuerint, non eſt dubium, quin ſub gemina-
ta & repe-

ta,& repetita iſta generalitate,etiam inuentarij confectio includatur. Diſpoſitio e- 24.
nim Teſtatoris ex adiuncta generalitate,extenditur ad omnia, quæ contineri poſ-
ſunt.l.hæc actio.ff.de calum.l.cùm pater.§.dulciſsimis.de leg. 2. facit quod notat
Bal.in l.quoties.verſ.not.quod ex qualitate rerum.et in fi.C. de fidei com. Eo ac-
cedente,quòd magnam vim habent huiuſmodi verba generalia ſic accumulatè ge-
minata &repetita. Vnde dicit Franciſ. Curt.conſil.49.col.25.ad fi.verſ. tertio cō-
probatur,quòd huiuſmodi verba geminata ſemper amplient effectum.alleg.Bald.
in l.precibus.col.15. verſ. nunc vlterius procedo.C.de impub.& alijs ſubſti. Ar-
chid.c.ab eo.de appell.li.6.Bal.1.conſtitut.ff.cùm dicit verba geminari,vt cōiun- 25.
gant Iuris intellectū veritati,per l.1.ff.quod quiſq; iur.Addimus Lud.Roma.con
ſil.162.Curt.conſil.30.poſt prin.fa.Philip.Decius conſil.181.col.2.in fi.& col.
3.& idem conſil.163.col.1.Franciſ. Aret. conſil. 74.cum innumeris alijs doct.
conſilijs. Accedat quòd cùm dicta generalitas nullum alium caſum comprehende-
re & includere poterat,quàm inuentarij confectionem,certè idem caſus inuentarij 26.
ꝓ expreſſo haberi debebit.arg.l.ſi fundus.cum l.ſeq.ff.de fund.inſti.Doct. in l.1.
& 2.ff.de lib.&poſthu.facit l.ſi hæres.ff.de op.leg.Panor.c.ex parte.de off.de leg.
Nec enim ocioſa debebat eſſe generalitas tam exquiſitè repetita, vt per ea,quæ ſu-
prà allegauimus.Ad quæ optimè facit, quæ tradit Bald.in authen. ſed cùm teſta-
tor.in verbis tota & integra.C.de leg.Falcid.

Deniq; non eſt ꝙ dubitari debeat.Si teſtatores ſuper inuentario ſpecificè co-
gitaſſent verbis ad vocem expreſsis, hoc certiſsimè prohibuiſſent:id quod ipſa re-
rum conditio,& verba articuli Teſtamenti docent. Vnde habebitur inuentarij cau
ſa tanquam expreſsè prohibita,per elegantem iuris doctrinam,qua dicitur, caſum
omiſſum haberi pro expreſſo,quem Teſtator vel diſpoſitor,ſi de eo cogitaſſet,pro- 27.
uidiſſet.l.mulier.§.braſidas.ff.ad Trebell. glo. l. tale pactum, in fi. ff.de pact. Si-
gnor.conſil.51.col.7.Claud.de Seiſello in d.l. mulier. cum infinitis concord. per
eum adductis.

Vel dicat mihi quiſpiam ,cùm teſtatores totam, perfectam, & plenam admi-
niſtrationem, poſſeſsionem & geſtionem ſibi ipſis, vter ſuperſtes eſſet, prouide-
rint.Nónne omnia, quæ ad iſtam plenitudinem adminiſtrationis conferre & ac-
commodari poterant,prouidere voluiſſe præſumuntur. Profectò crediderim hoc
neminem negaturum,l.pro herede.§.Papinianus.ff.de acquir.hæred.& fac.d.l.fi.
C.d.inſti.& ſubſti.Voluntatem enim noſtram ſequitur totum, ſine qua voluntas
noſtra infringeretur.Signo.conſil.107.conſil.191.& alijs conſilijs. Ad quod fa-
cit,quod per manus traditur,neminem eſſe, qui eam ſit viam electurus, per quam 28.
iudicia ſua vel ſubuertantur vel eneruentur,aut impediantur.l.3.ff. de Teſtamen-
to mil.& facit tex. in l. Carbonianum. §. duæ. in fi. ff. de Carbo. edi. cum ſi. Re-
ctè ergò euincitur, teſtatores inuentarij confectionem per verba generalia pro-
hibuiſſe cenſeri, ne plena, tota, & perfecta adminiſtratio bonorum nullo ob-
ſtricta rationis reddendæ ſeu inuentarij grauamine attenuaretur. Sunt enim
verba Teſtatoris ita interpretanda, vt veriſimile ſit eum voluiſſe. Socy. con-
ſil. 9. & 4.

Prætereà aduertendum eſt,ſi domina Felicitas ante maritum ſuum obijſſet,
non eſt dubium,quin aduerſarij eum ſuper inuentario,vel vlla alia impetitione nō
moleſtaſſent,ſicuti etiam moleſtare non potuiſſent:cùm & iure exigente,& ex Te-
ſtamēto legitimus adminiſtrator fuiſſet. vt in l.cùm oportet.l.fi.C.de bo. quæ lib.
Quæ ſi in patre fuiſſent recepta, cur non etiam in matre ſuperſtite reciperentur?
Non enim ad imparia iudicari debent vir & vxor, maximè in caſu noſtro volun-
te teſtantium hoc prouidente.Et facit ad eam paritatem l. non tantùm ſbi.Iaſ.ff.
de re iud.eſt ergò & mater ex lege Teſtamenti perfecta & legitima adminiſtratrix.
& ſicut mater, ſi vidua perſtiterit,in lucris nuptialibus iure communi pleniſsimā
habet adminiſtrationem,vt ſuprà latè declarauimus, ita & in præſentia in omni-
bus bonis, plenitudinis perfectione vtetur, cùm Teſtamentum non ſolùm lucra
nuptialia,ſeu dotalia bona,ſed in vniuerſum omnia bona complectatur, & Teſta-

29. menti authoritas, niſi obuiet iuri, omnibus prædominatur. d. Signoro conſil. 127.
Publicus enim fauor eam corroborat, l. Gallus. §. quod ſi quis. ff. de lib. & poſt-
hu. Addimus elegantia dicta Fran. Curt. in conſil. 11. col. 2. in prin. qui dicit:
30. Si ſtatutum aliquid diſponat in vxore, etiam intelligi diſponere in marito,
maritum enim & vxorem eſſe correlatiua, quorum alterum infertur ex altero,
etiam in ſtatutis correctorijs. alleg. l. fi. in prin. & ibi Bart. & alios. C. de in-
dict. vid. toll. Bart. in l. fi. ad fi. ff. de accepti. l. 2. C. de cupreſſ. li. 11. Bart. in l. 1. ff.
quod met. cauſ. cum mul. ſimil. Nunc habemus, quòd diſpoſitio legis & ſtatuti &
31. Teſtatoris paribus incedunt gradibus, vt dicit Fran. Curt. conſil. 44. col. 5. ad
præſen. qui allegat vulg. §. diſponat, in authen. de nupt. ſecundum Nicolaum de
Matharel. Bald. l. pe. C. de verb. ſig. Bart. in l. ſi quando. §. 1. ff. de leg. 1. & alibi
ſæpè. Ro. in l. 1. C. quan. non peten. par. & eundem in conſil. 65. Alex. in conſil.
186. in 2. parte. Proinde ſicut in ſtatutis, ita & in Teſtamentis coniuges ad paria
iudicantur, maximè cùm Teſtamentum vtroſq; ſimul connectit, vt in propoſito. Et
hęc ratio contradictionem non patitur.

Ex prædictis ſatis diffuſè tractatis, puto ex veritate patere, quòd domina Felicitas nec ſit vſu fructuaria, nec ad Inuentaria facienda cogi debeat.

Supereſt, vt obiectionibus in contrarium factis reſpondeamus. Quod tamen eo facilius, quia reſolutiones magna ex parte ex ſuperioribus dictis apparere poſſunt.

Dum itaq; ab initio prætenditur, vxorem, cui relinquitur vſusfructus omnium bonorum, & conſtituitur domina & maſſaria &c. inſtitutis liberis habere alimenta, alioqui vſufructum &c. Nihil ad nos, quia in caſu noſtro Teſtator vxori ſuæ vſufructum non reliquit, nec eam ita ſimpliciter & nudè dominam conſtituit: ſed ipſi ambo Teſtatores ſibi ipſi mutuò prouiderunt, quòd vter eorum eſſet ſuperſtes, plenam, totam, & perfectam poſſeſsionem, adminiſtrationem &c. retineret, qua verborum prægnantia quilibet ex eis, qui ſuperuiueret, in proprijs & defuncti bonis exercitium plenæ adminiſtrationis, iure quaſi proprietatis habuit, vt ſuprà latè probatum eſt. Et quamuis iſta quaſi proprietas ad vitam tantùm duraret ſuperſtitis, & ſit aliquantiſper modificata, hoc tamen non nocet. Quia dicit Bald. in l. fœminæ. poſt. prin. C. de ſecun. nup. quòd de iure communi dominium modificatum & reſtrictum in matre vidua toleretur. Quare omnia iura, omnia doctorum conſilia, quæ de hac materia loquuntur, extra cauſam ſunt, & nihil ad nos pertinent, cùm domina Felicitas nec ſit vſufructuaria, nec ad ſolam maſſaritiam (vt Italico verbo vtar) conſtituta, ſed verbis prægnantibus geminatis & repetitis, plenam, totam, & perfectam adminiſtrationem tanquam in proprijs habeat. Perpendenda enim ſunt verba Teſtamenti, quæ omnem ambiguitatem ita tollunt vt pudor ſit, quoquo pacto vel contrà niti, vel verba impertinenter ad extranea diſtorquere. Id quod ex ſuperioribus latiſsimè patuit.

Per hoc non obſtat, ſi quis ex aduerſarijs prætenderet, dicta verba quantumcunque prægnantia, non niſi vſufructum vxori, vel iuxta conſuetudinem curiæ Bulgari (quæ tamen à noſtris moribus aliena eſt) alimenta importare. Quia hoc non eſt verum. Id quod intrepidè dico. Et qui talia circumferunt, ſine iure loquuntur. Nam audens dico, noſtrum caſum ita pinguiter & prægnanter ab vtriſq; Te-
ſtatoribus reciprocè prouiſum non tractari ab vllo Doctore in eorum conſilijs,
quæ in hac materia pro parte aduerſa fortaſsè allegari poſſent. Dicta igitur præ-
gnans geminatio & accumulatio verborum pinguium & prægnantium, videlicet,
32. **Gantze vnnd volkommenliche beſitzung / inhabung / verwaltung / adminiſtra-
cion vnnd Regierung inn allen vnd yeden dingen / nichts außgenommen ꝛc.**
tanti momenti eſt, & tanti ponderis, vt præciſam, enixam, exuberantem, & prouidentiſsimam voluntatem teſtantium oſtendat, & omnem dubitationem tollat, vſque adeò, vt omnis caſus, qui excogitari poſsit, includatur. Ita eleganter Philipp. Decius conſil. 37. in prin. & conſil. 113. qui per hoc alleg.

Bar.in l.cùm ſcimus.& ibi Alex.cum concord.C.de agri. & cenſ.li.11.Io: And. in c.porrecta, de confir.vtili vel inutili. Bal. l. nec damnoſa. C. de precib. Imp. offe.in l.fructus.C.de act.emp.Ro.in l.ſi verò.§.de viro.31 ſal.ff.ſol.mat. Hoſti. c.nimis.de exceſſ.præla.Bal.in c.eam de.2.col. de reſcrip.glo.c. requiſiſti.de teſta.& volunt.docto.Alex.& alij in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.oblig.verba prægnantia tantæ operationis eſſe, vt per ea fideicommiſſum in diuiſione remitti intelligatur. & eleganter Bal.in d. authent. ſed cùm Teſtator.C. ad l. Falcid.vbi dicit,ea verba Teſtatoris tota & integra legata ſolui, eſſe tam prægnantia, ac ſi Teſtator expreſsè Falcidiã prohibuiſſet:finem profectò nõ facerem,ſi omnia, quæ in doct.ſunt,in hanc rem colligere pergerem. Accedat ad præmiſſa etiã alia verborum accumulatio,& prægnantia in dicto articulo Teſtamenti, dum dicitur: **Gantz kein intrag noch irzung beſchehen.** Et item paulò pòſt: **Gantz nit ſchuldig ſeyen/vnd gantz kein theilung.** Per quæ verba Teſtatores cauerũt, vt prorſus nulla eis ingereretur moleſtia,aut controuerſia,prorſuſq; & totaliter,ſeu penitus, & omninò non eſſent obnoxij vlli impetitioni. At ea verba, prorſus, penitus, 33. omnino,totaliter,ſunt effuſè vniuerſalia & extenſiua,vt omnia & ſingula excludant,quæ in contrarium excogitari poſſent,vt dicit Philip.Decius d.conſil. 113. qui allegat c.ſtatutum.c.prouiſurus.ibi: nil prorſus exigat.de reſcript.li.6.l.ſi.C. de Macedo.l.rectè dicimus.ff.de verb.ſig.l.ſed ſi ex meis.§.Proculus.ibi glo.ff. de acquir.rer.do.cum ſi.

Quæ cùm ita ſint, ſilcant aduerſarij cum eorũ obiectionibus, quæ in caſu noſtro tam prægnantis prouiſionis locum habere non poſſunt. Vnde ſola iſta reſolutio ſufficere poteſt contra omnia,quæ per aduerſarios fortaſſe in diuerſum ex quibuſcunq; conſilijs allegarentur.

Et prorſus non obſtat,ſi per aduerſarios prætenderetur,quòd domina Felicitas vſumfructũ haberet,in vim legati &c.Hæc enim tam ſunt inania, vt nulla egeant confutatione.Nam in caſu noſtro nullus vſusfructus legatus eſt, vt per multa ſuperius patuit. Deniq; diffinitio legati huic diſpoſitioni nõ cõuenit.l.legatũ.ff.de leg.1.l.legatũ.ff.de leg.2.imò ipſi teſtatores ſibi ipſis mutuò non in vim legati,ſed principalis ꝓuiſionis conſuluerũt, alterq; fidẽ alterius eatenus approbauit (id q̃d honeſtos coniuges decuit) vt alter alteri,qui ſupereſſet,hanc perfectam, & pleniſſimam adminiſtrationem conſtituerit,adeoq; quadam cõtinuatione, morte vnius in alterum ea adminiſtrationis plenitudo deuoluta eſt. Ipſiq; coniuges prouidere Teſtamento voluerunt in omnibus eorũ bonis,id quod lex prouidit in cõiugibus, quoad lucra nuptialia ſtatum vidualem tenentibus. Quod ipſum etiam ſuprà latè explicuimus. Addimus,quòd ſi vxor ex verbis Teſtamenti tantummodo eſſet vſufructuaria,ſequeretur,ſi ipſa præmortua fuiſſet,maritus in omnibus bonis etiam eſſet tantùm vſusfructuarius.Sicuti Fran. Curt.in d.conſil. 11.col.3.pulchrè deducit per elegantem doctrinã Bal. in authen.hoc locum. C. ſi ſecun.mul.nup. At hoc in marito eſſet abſurdum dicere, quod nec aduerſarij dicere auderẽt. Taceant igitur cum huiuſmodi nugis,etiam in perſona vxoris.

Per prædicta fruſtra diſputatur, An domina Felicitas ad præſtandam cautionem teneatur,cùm ea cautio ab vſufructuarijs præſtanda ſit.d.l.1.C.de vſufr. At dominam Felicitatem non eſſe vſufructuariam, iam vſque ad faſtidium tractauimus.Et ſic non obſtat,ſi prætenditur,cautionẽ remitti nõ potuiſſe,per d.l.1.C.de 34. vſufru.etiamſi Teſtator iuſsiſſet vxorem non moleſtari,vt ibidem Bald.&c.Quia de iſta cautione fructuaria, vt iam dixi, nihil ad propoſitum:verùm vt hoc argumentum contra aduerſarium retorqueamus,conſtat ex iſta cautionis remiſsione, quòd prouiſio,quam coniuges ſibi mutuò fecerunt, ad vſumfructum non tendebat.Cùm enim cautio fructuaria remitti non potuit.d.l.1.præſumuntur Teſtatores,qui cautionem remiſerunt, de alia, quàm de vſufructuaria intellexiſſe. Non 35. enim debet voluntas Teſtatoris, quæ valida eſſe poteſt, in eum finem intelligi, vt fit inualida.l, quoties. ff. de reb.dub.cum vulg. & ita in ſimili arguit Socy. conſil.210.ad fi.

Hinc ſuccedit, quòd ſi in caſu noſtro vlli alij cautioni, quæ non eſſet fructua-
ria, locus foret, poſtquam tamen alter coniunx alteri tantoperè confidebat, remitti
36. potuiſſet exempla Tutoris Teſtamentarij, cui lex ideò cautionẽ remittit, qa Teſta-
tor de eo cõfidit. l. in dubiũ. C. de tut. qui ſatiſd. cog. l. tutores. l. ſi. §. pe. C. de admi.
tut. Quinimò ꝗuis legitimus tutor cauere, vel ſatisdare tenetur: tamen ſi eius per-
ſona eſt fida & honeſta, remittitur ei cautio. Bald. in l. legitimos. in prin. 2. no1. ff.
de legit. tut. Quantò plus in caſu noſtro quæcunqꝫ cautio non fructuaria remitti
potuit, ſicut in caſu noſtro Teſtatores cautionem remittentes, de non fructuaria
intellexiſſe præſumuntur, atqꝫ ita valido & euidenti argumento de vſufructu non
ſenſiſſe intelliguntur. Videat nunc bonus & æquus Iudex, quàm omninò à via iu-
ris errent, vel aduerſarij, vel quicunqꝫ eorum erroneum ſouent propoſitum.

Quod autem pro parte aduerſa prætẽdi poſsit, quòd liberis inſtitutis domina
Felicitas tantùm alimenta teneret &c. Suprà ſatis confutatum eſt, tum quia cõſue-
tudine Bulgari non vtimur: tum etiam quia liberi in caſu noſtro non ſunt purè, ſed
ſub conditione mortis parentum inſtituti, ſicut in lingua vernacula latius explica-
37. tur. Conſtat enim quòd in mortem alterius confertur, ſub conditione conferri di-
citur. l. 1. in fine, ff. de condi. & demon. Tum maximè, quia in propoſito vxor non
eſt relicta fructuaria, vt ſuprà ſæpè patuit.

Quod ſi aduerſarij allegarent, ſe eſſe hæredes ab inteſtato, & poſſe omiſſa cau
ſa Teſtamenti ab inteſtato ſaltem patri ſuccedere, l. illud. ff. de acquir. hæred. non
obſtat, quia cùm hìc ſint plures hæredes, & aliqui ex eis, nempè filius, & ſoror alte-
ra, quæ eſt vxor Conradi R. velint cum Teſtamento manere, non poſſunt aduerſa-
38. rij ab eo diſcedere, quia abſurdum eſſet, ſi partim ex Teſtamento, partim ab inte-
ſtato ſuccederetur. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. & l. quamdiu. ff. de acquir. hæred.
l. quàmdiu. ff. de reg. iur. Bar. in l. in plurium. in ſummario ibi. ff. de acquir. hæred.

Et ſi putarent aduerſarij, ſe eſſe maiorem partem: nihil eſt. Quia in huiuſmodi
negotijs maior pars non attenditur. Bar. in l. maiorem. ff. de pact. Et ſi etiam atten-
deretur, tamen ea pars meritò præponderat, quæ vult adhærere Teſtamento, pro
39. quo publicus fauor militat. Publicè enim intereſt, vt Teſtamenta effectum ſortian-
tur. Iaſ. in l. ſi à primo. nu. 25. de lib. & poſthu. Fac. l. vel negare. ff. quemad. teſta.
40. aperian. Et in dubio pro Teſtamento iudicatur. Iaſ. l. cùm quidam. nu. 8. ff. de lib.
& poſthu. in l. Gallus. §. & quid. nu. 8. §. quid ſi is. nu. 14. eo. ti.

Taceo quanta impietas ſit in aduerſarijs, honeſtam matronam, viduam inte-
gerrimam, ſine omni iuſta cauſa eatenus fatigare, teſtamentiqꝫ tenorẽ contra aper-
tiſsima ipſius verba, contraqꝫ voluntatem teſtantium euidentiſsimam, pro ſua li-
bidine velle detorquere, contra fas & iuſtum. Meritò igitur illi pijſsimi liberi præ-
ponderabunt, qui Teſtamento viuere, matriſqꝫ tàm perfectam & liberam admini-
ſtrationem non ſolùm non attentare, ſed & tueri, & defendere volunt. l. ſemper in
dubijs. ff. de reg. iur. l. cùm in Teſtamento. ff. de reb. du. cum ſimil.

Quòd autem pro parte aduerſa prætenditur, Inuentaria dominæ Felicitati
non eſſe remiſſa, licet rationis reddendæ onus remiſſum ſit &c. ſuprà ſatis confuta-
tum eſt, vbi multis rationibus docui, dominam Felicitatem ad Inuentaria non te-
neri. Et quòd ipſi teſtatores remittendo ſibi ipſis onus reddendæ rationis, cum a-
lijs generalibus & prægnantibus prouiſionibus, etiam Inuentarij molem excluſe-
rint: quæ omnia, quia ſuprà ſatis patuêre, hìc tranſeo.

Porrò ex aduerſo prætendi poteſt, quamuis in Teſtamento cautum ſit, quòd
41. ſub pœna ibidem expreſſa aduerſarij ſuperſtitem ex coniugibus contra Teſtamen
ti tenorem moleſtare, aut impetere non debeant: per ea tñ verba tantummodo mo-
leſtiam facti, non iuris eſſe prohibitam. arg. glo. c. pro eo illorum. de prębend. Bal.
d. l. 1. C. de vſufru. & idem in l. 1. C. de his, quæ pene. no. cum ſi. Sed in caſu
noſtro non obſtat, quia quamuis prædicta vera eſſe poſsint in ſimplici prohibi-
tione, tamen non procedunt, ſi in Teſtamento ſub verborum vehementia & vni-
uerſalitate moleſtiã fieri prohibeaẽ, vt ſi in Teſtamẽto cautũ ſit, quòd nullo modo
mulieri moleſtia inferatur, vel ꝙ oĩs moleſtia, q̃ fieret, vel fieri poſſet, eſſet excluſa:

Ita Feli.c.cauſam.col. 15. de reſcrip. qui alleg. Abb. conſil. 43. incipit: Quidam dominus Anthonius. Et eodem iure vtimur, ſi ſit prouiſum, vt nullo modo moleſtia inferatur, vt per Feli. d.c.cauſam, quo qui alleg. Alex. conſil. 11. & auten. de fideiuſſ. in prin. Bal.d.l.1.C.de his, quæ pene.nom.Bar.in l. Lucius. §. tres hæredes.ff.ad Trebell. Nunc in propoſito per verba magnæ importantiæ, & pregnantia, imò & effuſe vniuerſalia moleſtia inferri prohibetur. Sic enim ſonant verba: **Ob vnſere kinder vnd Erben Süne oder Töchtern ꝛc. wider alles oben vnnd jetz gemelt/ vnſer bayder anſehen/ ordnung ꝛc. mit worten oder wercken ſich dem widerwertig erzaigen: Solches inn oder außerhalb Rechten/ anfechten/ das dermaſſen/ wie geordnet iſt/ nit volſtrecken laſſen/ auch darin etwas verhinderung: in was geſtalt ſich das fügte/ thůn wurden ꝛc.** In propoſito ergò cùm Teſtatores prouiderint, & ꝓhibuerint, ne eis, vel ſuperſtiti eorũ moleſtia inferret, nec in iure, nec extra ius, ſatis prouidiſſe intelligunt, vt nullo modo inferat, vt ſic ex enumeratione ſufficienti ſpecierum, genus comprehendatur. Curt.conſil.49.col.48. ad fi. Accedentibus etiã alijs verbis, videlicet: **In was geſtalt ſich das fügete ꝛc.** Quod idem eſt, ac ſi dictum fuiſſet, quocunq; modo, vel quicquid excogitari poſsit. Qua
42. clauſula multum vniuerſalis eſt, & comprehendit, quicquid poteſt comprehendere. l. cùm pœna.ff.de arbi.glo.Cle.1.de for.compe.Ioan.And.in addi. ad Spec. in tit.de Teſta.§.inprimis.verſ.quid ſi duobus. & Alex.in d. §. duo fratres. facit authen.quibuſcunq;. C.de ſacroſan.eccle.c.qa plerіq;. de off.ordi.li. 6. Eo accedente, quod circa prin. Teſtamenti in articulo ſuprà illato cauet, quòd ſuperſtiti coniugi non debeat omninò & penitus vlla moueri controuerſia, quæ verba quam vim habeant, ſatis ſuprà declarauimus. Quæ cùm ita ſint, non licebat aduerſarijs, moleſtiam quocunq; modo inferre dominę Felicitati contra Teſtamenti tenorem. Quod cùm non ſeruarint, meritò in pœnam in Teſtamento expreſſam inciderunt. De quo tamen alibi in alio conſilio latius.

Super ſtatuto, quòd ex aduerſo (vt dicitur) allegatum eſt, ideò ſum breuior, quia verba eius ſtatuti ſunt obſcura, & non intelligibilia, quapropter ad nullius propoſitum allegari poſſunt. Imò tale ſtatutum habetur propter obſcuritatem pro nihilo. vt Feli. latè in proœmio.ff.poſt prin. & fa.l.quo tutela. §.quæ in Teſtamento.de reg. iur. quod ſi etiam pro affectione alicuius diuinando ſenſus eliceretur: nam in obſcuris quilibet pro affectione interpretari ſolet. l. capienda. §. 1. ff. de reg.iur. Nihil tamen in caſu noſtro efficeret, in quo ſolenne Teſtamentum eſt factum, quod & legi & ſtatuto præfertur. Quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l.fin.C.de pact.conuen.Cy.l.2. C. de iur.emphi. facit, quod Teſtamentum lex eſt. in authen.de nupt.§.diſponat. Eiuſq; authoritas à principe emergit, & eſt iuris publici.l.ſi quando.C.de inoff.Teſta. & dicit Albe.in l. non omnium.ff.de legib. Omne Teſtamentum eſſe rationabile, ſicut lex, niſi contrà probaretur. Fac. Abb.conſil.51.poſt prin.prima parte. Addo Fran.Curt. conſil. 44. col. 5. qui dicit, diſpoſitionem Teſtatoris, legis, & ſtatuti æquipollere, alleg. Bald. l. pen.verſ.quæro quid.C.de verb.ſig. & idem Curt. Conſil. 51. col. 4. ad fi. qui alleg. Bald. in tit. de pace conſtan. verſ. nos Romanorum.

The margin numbers 43 and 44 are printed beside the lines beginning "ctum, quod & legi" and "5. qui dicit" respectively.

Obijcitur vltimò, quòd vſus vel conſuetudo ſit ciuitatis A. quòd viduæ inuentaria facere cogantur, &c. Quæ obiectio nihil habet momenti. Negatur enim is vſus, vel conſuetudo, quæ nec dum probata eſt, nec in eo caſu, in quo noſter eſt, probari facilè poterit, vt in facto didici. Imò creditur, contrarium poſſe probari. Et dato, quòd is vſus aliquando eſſet obſeruatus, tamen non in caſu eius teſtamenti, in quo vir & vxor teſtati ſunt, & tam prægnãtibus clauſulis ſibi de ſingulis prouiderunt. Et conſtat quòd cùm conſuetudo ad diſsimilia non extendatur. l. de quibus ibi glo. & Docto.ff.de ll. multò minimè vſum ſimplicem, ſi quis probaretur, ad diſsimilia porrigi.

Tandem ſuprà pro parte aduerſariorum obiectum eſt, quòd ideò inuentaria fieri debeant, vt adueniente caſu, hæredes ſcire poſsint, quid ad ſe pertineat, an aliquid ſit diminutum, alienatúmue & vt certior habeatur rerum extantium pro-

batio &c. Sed non obſtat, quia iſta procedere poſſent, ſi vxor eſſet alienorum bo-
norum vſufructuaria facta. Et eo caſu Alex. loquitur & Philip. Cor. vel ſi tutor aut
alius adminiſtrator aliena curaret negotia. Sed eo caſu, quo à lege vel Teſtamento
datur parentibus legitima, tota, plena, & perfecta adminiſtratio, cum clauſulis am-
pliſsimis, ſuper bonis & hæreditate, quæ nec dum eſt deuoluta, certè hoc loco, quo
adminiſtratio quaſi proprietatis patri vel matri conceſſa eſt, dicta obiectio tam nõ
habet locum, vt etiam liberis prohibeatur, ne moueant parentibus quæſtionem,
45. ne ſcrutentur ſubſtantiam bonorum, & ne ſint in perquirendis bonis curioſi. Eru-
beſcendum enim eſſe, quòd filij caſtigatores parentum conſtituantur, dicit Socy. d.
conſil. 34. in 6. dub. qui alleg. authen. de nup. §. ſi verò expectet. col. 4. Denique cùm
hæredes non ſint niſi iuris ſucceſſores, quamuis ex conſequentia res hæreditariæ
eis obueniant. l. hęreditas. ff. de reg. iur. & eſt Tex. in l. nihil. ibi glo. not. ff. de verb.
ſig. quæ vult, quòd res hæreditariæ nõ ſint hæreditas, ſed ipſa ſucceſsio. Fac. l. quę-
dam. §. nihil. cum verſ. ſeq. & ibi glo. ff. de eden. Cùm igitur ea ſola conſiderentur,
46. quæ principaliter fiunt, non autem quę in conſequentiam, vt l. ſi quis nec cauſam.
Et ibi Iaſ. latè. ff. ſi cert. peta. rectè euincitur, hæredi non eſſe ius vllum inquirendi,
aut inuentandi res hæreditarias, viuente Teſtatore, ſed debet eo iure ſucceſsionis
contentus eſſe, quod ſperat, quo adueniente, res hæreditarias perſequi non veta-
bitur. Proinde vanus eſt timor, formidare, ne quid intereat, aut minuatur in huiuſ-
modi bonis, in quibus hæredi nullum in præſentia ius eſt, & vbi perſona teſtatrix
viuit, cui pleniſsima eſt adminiſtratio, & rerum diſpenſatio. Quid enim ſi cœlum
47. ruat, dicebat Syrus apud Terentium. Vnde vani timoris nulla eſt æſtimatio. l. va-
ni. ff. quod met. cau. Si interim præteriero ſingularem honeſtatem dominæ Felici-
tatis, quæ in cura domeſtica eſt peruigil, & omni vacat illicitæ conuerſationis ſu-
ſpicione, vt certè non ſit modica impietas & diffamatio, publicè conqueri, quòd ho
neſtiſsima mulier aliqua bona, vel dolo vel fraude interuertat aut minuat. Cùm e-
nim in dubio quilibet probè & honeſtè conuerſari credatur. Bal. in l. ſi à bonæ fi-
48. dei. de rei vẽdi. l. meritò. ff. pro ſoc. l. ſi defunctus. C. arbit. tut. & mala ſuſpicari nõ
cõuenit. Phil. Decius conſil. 175. in fi. Fac. l. hæ cauſæ. ff. de ſuſpect. tut. Bar. l. 1. ff.
de effract. & præſertim in matrę vidua nõ poteſt malus præſumi animus ad filios,
49. vt dicit Fran. Curt. conſil. 46. col. 6. Facit quæ ſcribit Socy. cõſil. 9. col. 5. in fi. Vn-
de ratio maternæ affectionis, fraudis ſuſpicionem de facili amouet, vt dicit Signo.
conſil. 63. qui alleg. l. 1. §. 1. §. non ſolum. ff. de rit. nupt. l. pe §. ſi verũ. C. de adopt.
Itaque non obſtant, quæ ſuperius obiecta ſunt, quia Alex. & doct. loquuntur de ſim-
plicibus adminiſtratoribus, vt ſunt tutores & tutrices, & ſimiles, qui in alienis bo-
nis citra plenitudinem adminiſtrationis verſantur.

Prædictis ſic ſe habentibus, concludo dominam Felicitatem ad Inuentaria fa-
cienda nullo iure teneri.

SVMMARIA.

Cautio vſufructuarij à teſtatore remitti non poteſt, rationes. 1

Cautio eſt de ſubſtantia vſusfructus in rebus mobilibus conſtituti. 2

Vſusfructuarius cautione non præſtita fructus ſuos non facit. 3

Particularis inſtitutio habet vim prælegati. 4

Cautio legatorum nomine à teſtatore remitti poteſt. 5. 19

Deſcriptio, vt ſciatur quæ res ſint in hæreditate, ad finem ne diſsipentur, poteſt ſemper peti ab eo cuius intereſt, licet ſequeſtratio prohibita ſit. (6

Non cenſetur moleſtari, à quo petitur id, ad quod quis tenetur, vel quandocunque agitur per viam iuris. 7

Dictio, plenum, inducit ius proprietatis, quia ille dicetur pleno iure poſsidere, qui poſsidet vt dominus. 8

Petens poſſeſs. pleno iure in ſe transferri, videtur intentare etiam petitorium. 9

Poſſeſsionem interdum etiam proprietatem ſignificare. 10

Reſpectu prælegatorum à morte hæredis relictorum, hæres interim proprietarius in ijs cenſetur. (11

Regimen habere, eſt ius in re habere. 12

Iudices ordinarij dicuntur adminiſtratores. 13

Hæres contrafaciens voluntati teſtatoris, etiam minus legitimæ, non eſt tutus in foro conſcientiæ. 14

Remiſſio cautionis prohibitæ fieri à teſtatore poteſt fieri per viam contractus etiam in teſtamento. 15

Conuentio valet cuius tamen euentus poſt mortem alterius confertur. 16

In teſtamento etiam poſſumus contrahere. 17

Conſuetudo de loco ad locum non porrigitur, quia eſt ſtricti iuris. 18

Deſcriptio bonorum ſapit naturam executionis primi decreti, & habet ſpeciem iniuriæ. 20. 25

Teſtator mandans debita ſolui de bonis ſuis, videtur remittere onus conficiendi inuentarij. 21

Poteſt quis ex facto patris, vel tutoris, vel procuratoris ſui in pœnam teſtamentariam incidere. 22

Pater, niſi volens, non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij. 23

Remedium ordinarium facit ceſſare extra ordinarium, aliâs in paribus eſt electio intentantis. 24

Pater poſtquam filius ſeptimum annum egreſſus eſt communem actionem ſolus non intendit. 26

Vno executore nolente exequi, ius exequendi ad alios coexecutores deuoluitur. 27

CONSILIVM III.

eiuſdem materiæ.

DEI Opt. Max. numine implorato &c. Præſens facti ſpecies
magnas prima fronte cõplecti difficultates videtur, quia aduerſus clariſsimã hanc
viduam induci quàmplurima in iure noſtro poſſunt, quibus ad inuentarium con-
ficiendum videretur obligari. Primùm, quia vſufructuarius ad cautionem præ- 1.
ſtandam tenetur, quam etiam Teſtator ipſe remittere non poteſt. l. 1. C. de vſu-
fruct. l. ſcire. C. vt in poſſ. leg. nom. Cuius rei duplex eſt ratio, tum quia huiuſmo-
di cautionis remiſsio fructuarium induceret ad delinquendum, tum quia inuenta
eſt in fauorem hæredis, & ideò à teſtatore remitti non poteſt. arg. l. quod de bo-
nis. §. 1. ad leg. Falcid. et ita cõmuniter receptum eſt in dictis iuribus. & per Bart.
in l. nemo poteſt. in 3. opp. ff. de leg. 1. & in l. damni. §. Sabini de dam. inf. Quod
fortius procedit, quando in vſufructu adſunt etiam bona mobilia, quo caſu cau- 2.
tio eſt de ſubſtantia ipſius vſusfructus. & ideò nullo modo remitti poteſt. l. 2. l.
hoc ſenatus. ff. de vſufru. ear. rer. & tenetur mulier cauere de reſtituenda æſti-
matione earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel deteruntur, habito reſpectu ad
valorem temporis traditionis. §. conſtituitur. vbi glo. in verb. veſtimenta, in-
ſtit. de vſufru. not. in l. ſi vſufructus mihi. §. ſi veſtis. ff. eo. ti. per Ant. de Butr.
& Petr. de Anch. in c. fina. extrà, de pigno. & ſi vſufructuarius non præſtet cau- 3.
tionem, non facit fructus ſuos, ſed tenetur ad eorum reſtitutionem ipſi hæredi. l.
vſufructu. vbi Bart. & doct. C. de vſufruct.

Secundò, quia ſi teneremus, hanc mulierem non eſſe vſufructuariam, videre-
tur dicendum, quòd deberet tantummodo conſequi alimenta in hæreditate mari-
ti, iuxta conſuetudinem Bulgari, de qua in authen. hoc locum. C. ſi ſecund. nupſ.
mul. vbi ſi maritus exiſtentibus filijs legitimis relinquat vxorem ſuam dominam
maſſariam, vſufructuariam hæreditatis ſuæ, Non tamen poteſt aliud conſequi,
quàm alimenta & præeminentiã, quam habebat viuente marito, & ideò tali caſu
non teneretur ſatiſdare. Et quamuis Teſtator liberauiſſet eam à cautione, non ta-
men illud argueret ei verè relictum vſufructum, ſed potius quendam vſumfru-
ctum reſtrictum ad alimenta tantùm, vt per multas rationes probat Franciſc. de
Aret. in conſil. 40. incip. præſupponitur in facto.

Tertiò, quia cùm iſti hæredes vocati ſint in caſum mortis ipſius mulieris, &
inſtituti ſint particulariter: talis particularis inſtitutio habet vim prælegati. l. quid 4.
ergò. 2. ff. de leg. 1. l. ex facto. ff. de hæred. inſti. Vnde tanquam legatarij, quibus ſub

 conditione

conditione vel in diem reſtituendum ſit legatum, poſſunt interim cautionem pete-
re.l.hæc ſtipulatio. ff. vt leg. nom. cau. pe. Guid pap. quæſt. 351. Et ideò poteſt
etiam compelli ad conficiendum inuentarium, vt ibi cōcludit præfatus Doctor.
& Vit. in tract. clauſularum.in tit. nil nouari inuentarij confectione pendente,
5. col. antepen. & ſatis ſentit hoc dominus Alex. conſil. 58. in 3. vol. Et quamuis
hæc cautio poſsit per Teſtatorem remitti. l. pen. C. vt in poſſ. leg. & per doct. in
d. l. nemo poteſt, in 5. quæſt. Bart. tamen iſtud procederet, ſi expreſsè appareret
de mente teſtatoris, qui quamuis prohibeat cautionem, non tamen prohibet in-
uentarij confectionem, & iſta videntur diuerſa.l. fin. ff. de bon. auct. iud. poſſ.&
quod per illum text.not.Guid. de Suz.& Alber.de Roſ.ibi dum dicunt: ꝙ ſi mu-
lier poſt mortem mariti dicat, ſe vigore iurium dotalium velle remanere in poſſeſ-
ſione bonorū mariti, poterit cogi à priuignis, ad quos cauſa ſucceſsionis pertinet,
6. conficere inuentarium. Ad idem regula generalis, ꝙ deſcriptio, vt ſciatur, quæ res
ſint in hæreditate ad finem ne diſsipentur, poteſt ſemper peti ab eo, cuius intereſt.
Et ideò quamuis prohibita ſit ſequeſtratio, non tamen prohibetur huiuſmodi de-
ſcriptio. l. 1. §.penultima. ff. de ventr. in poſſ.mit.Bart.in l.poſt contractū.in pe-
nul. quæſt. ff. de donat. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cog. Nec hîc dicatur,
ꝙ ceſſat omnis ſuſpicio propter qualitatem mulieris: quia reſpondeo, quod ſpecia-
le eſt in patre vſufructuario, vt non teneatur ad vllam ſatiſdationem propter ius
patriæ poteſtatis, & reuerentiam, quæ illi debetur: ſecus eſt in matre. l. fi. §. ſin au-
tem æs alienum. vbi glo. in verb. reuerentia. C. de bon. quæ lib.

Et ſi concludamus, teneri dictam mulierem ad cauendum vel conficiendum
inuentarium, de iure poterunt hæredes eam compellere, non obſtantibus verbis
legati, quæ talem caſum non videntur cōprehendere, quia qui petit cautionem de
7. vtendo fruendo, vel confici inuentarium, non dicitur vſufructuariā impedire vel
moleſtare, ex quo talis petitio venit ex natura actus. arg. l. quæro. §. inter loca-
torem. ff. loc. & l. venditores. de verb. oblig. per quæ iura hoc in terminis tenet
Bald. in d.l. 1. in vlt. col. C. de vſufruct. Paul.de Caſt. in l. Lucius. §. tres hære-
des. ff. de Trebell. fortius dixit Alex. in d. l. quod de bonis. §. 1. ff. ad leg. Fal-
cid. Quod etiamſi hæres mortuo teſtatore promiſiſſet dictæ vſufructuariæ, non
moleſtare eam aliquo modo in vſufructu ſub pœna: poſteà petendo dictam cau-
tionem non incideret in pœnam, quia intelligeretur de moleſtia, quæ malo ani-
mo, & malo modo inferretur, non quæ per viam iuris, allegat notata per glo. in
l. ſi ſeruum. §. prætor. in glo. in ver. quod malo. ff. de acquir. hæred. ſequitur
Picus in Replica. l. Titia. §. Titia. quæſt. 54. ff. de leg. 2.

Sed his tamen non obſtantibus, contrarium ſecundum ea quæ præponun-
tur, videtur de iure eſſe concludendum, & difficultas omnis conſiſtit circa verba
teſtamenti: An mulier iſta ſit vſufructuaria. Quibus verbis diligenter perpenſis,
videtur mihi concludendum non eſſe vſufructuariam, ſed proprietariam potius,
idq́; pluribus rationibus.

Primò quia Teſtator ei relinquit plenam & omnimodam poſſeſsionem, quæ
8. dictio plenam, refertur etiam ad ius proprietatis, quia ille videtur pleno iure poſ-
ſidere, qui poſsidet, vt dominus, l. 1. C. de reuo. don. facit l. raptores. §. ſin autem.
& quod ibi notat Bald. C. de epiſ. & cler. Et ideò ſi quis in libello petierit poſ-
9. ſeſsionem pleno iure ad ſe transferri, videtur intentaſſe non ſolùm poſſeſſorium,
ſed etiam petitorium. c. querelam. vbi Inno. not. ex. de elect. c. cùm & plantare. §.
nihilominus, de priuil. cum multis ſimilibus, quæ accumulat dominus Iaſ. in l.
ſi ita ſtipulatus fuero. ſi Titius. §. Titius. ff. de verb. oblig. maximè accedente ge-
minatione illius dictionis, omnimodam, quæ eſt dictio præciſa, & omnia com-
prehendit. l. omnimodo. C. de inoff. teſta. glo. in l. ſi cum exceptione. §. quate-
nus. ff. de eo, quod met. cau. & eſt glo. notab. in Cle. 1. in ver. omnimodam. quā
Abbas & alij ſequuntur, de foro cōpetenti. §. & maximè. Quia ſi diceremus eam
eſſe vſufructuariam, non haberet plenam poſſeſsionem, quia poſſeſsio ciuilis eſſet
apud hæredes. l. certè. §. is qui rogauit. ff. de prec. Imò & vera naturalis videtur eſſe

apud

apud hæredes.l. acquiritur.§.fi. ff.de acquir.rer.dom. *Licet interpretatione legis*
vſufructuarius dicat naturaliter poſsidere.l.naturaliter.in prin.ff.de acquir.poſſ.
Cõſirmatur ex dictione poſſeſsionẽ,quæ etiã ꝓprietatẽ ſignificat.l.filij.§.fi.ff.ad 10.
municip.l.interdum.ff.de verb. ſigni.cũ ſimilibus.Et ideò dicũt doct.quòd ſi quis
legat Titio poſſeſsionem bonorum ſuorũ, quòd intelligitur legaſſe proprietatem,
non ſolùm bonorum immobilium, ſed etiam mobilium, quando communis vſus
loquendi non repugnaret, quoad mobilia,ſecundum Pet.Cyn. & Bal. in l.fin.C.
de compenſ. Bar. in l. vxorem. §. legauerat.in fi. de leg. 3. Alex. Iaſ. & alios, in
l. 1. in prin. in glo. 1. de acquir. poſſ. per Guilielmum de Cun. in l. licet. C. eo.
tit. Quod maximè eſt dicendum in iſto caſu, in quo apparet, proprietatem ipſam
alteri non eſſe relictam. Quia Teſtator expreſsè relinquit res iſtas hærædibus non
niſi poſt mortem ipſius mulieris,& ſic videntur hæredes habere prælegatũ harum
rerum in diem mortis mulieris, & nõ ante. Vnde interim mulier ipſa dicitur pro-
prietaria. Et clauſula omni meliori modo &c. quæ eſt in teſtamento,facit vt teſta-
mentum ſuſtineatur,tanq̃ hæredes purè ſint inſtituti,demptis prælegatis rerũ par-
ticularium, quæ deinde præſtabuntur mortua vxore, vt per multas rationes in ſi-
mili conſuluit Alex. conſ. 112. in 3. vol.quas hic referre,eſſet ſuperuacuum,cùm
apud eum legi poſsint. Sequitur ergò, vt reſpectu horum prælegatorum mulier 11.
interim ſit proprietaria,& ceſſat illa dubitatio doctorum,de qua in l.filius à patre.
ff. de lib. & poſthu. & per Iaſ. in l. extraneum. C. de hæred. inſti. qui dubitant
de vxore vſufructuaria,quando nemo eſt inſtitutus hæres, niſi poſt eius mortem.
Noſtra autem quæſtio eſt in muliere proprietaria. facit deciſ. Bald.in l. id quod
pauperibus.in 14. quæſt. C. de epiſ. & cler.vbi poſt Martinum Sillian.in fortio-
ri caſu loquitur de vxore inſtituta in vſufructu, ſi poſt eius mortem ſit alius inſti-
tutus, quia in vita nõ habet cohæredẽ,ipſa hæres vniuerſalis efficitur, vt refert &
ſequitur Decius in conſ. 278. in ſecund. col. vbi limitat, non procedere,quando
inſtitutio illorum non eſſet expreſsè collata poſt mortem vxoris. Quæ limitatio
in caſu noſtro nõ ꝓcedit,in quo Teſtator expreſsè vocat iſtos hȩredes ſolummodo
poſt mortem ipſius vxoris. Vnde manifeſtè apparet, ipſam eſſe proprietariam.
Quod ſuadetur etiã ex alijs verbis teſtamẽti, quibus permittitur illi regimẽ, quod
vis in re ſignificat. l. 1. ibi regimentis reipub. &c. de off. præf. præt. Et etiã ex di- 12.
ctione adminiſtrationẽ,quæ verificatur etiã in his, qui proprio iure adminiſtrant. 13.
Vnde iudices ordinarij dicuntur adminiſtratores,auth. ad hæc.C.de ind.cùm ad-
miniſtrent iure proprio.l. 1.§.fi.ff.de off. eius cui. facit quod habetur in Clem. 1.
de reſcrip. Confirmatur etiã per illa verba vtilitatibus,fructibus,ꝓuentibus,quæ
includunt quodcunq̧ emolumentum,etiam titulo proprio proueniens,vt in ſimi-
li dicit Paul. de Caſt. conſil.63. incipien: Quòd dicti redditus.in 1.vol. Raph.
Cum. conſ. 162. viſa copia. & iſta opinio eſt maximè tenenda,quia cõformat vo-
luntati Teſtatoris, quȩ potiſsimum debet attendi.l.pater Seuerinam.ff.de condi.
& demonſt. & hæres contrafaciens voluntati teſtatoris etiã minus legitimæ, non 14.
eſt tutus in foro conſcientiæ, quo ad Deum,vt dicit Angelus in l. quidam. §. illo
procul per illum tex.C.de neceſſ.ſer.Corn. conſ. 119. col. antepen.in 2.vol.

His ſic præſuppoſitis, apparet manifeſta ſolutio ad omnia, quæ in contrariũ
adducuntur. Et inprimis non obſtat textus in d. l. 1. C.de vſufruct. quia reſpon-
deo duobus modis: altero ꝙ loquitur in vſufructuario. Iſta autem mulier eſt pro-
prietaria,vt ſuprà eſt concluſũ. Altero dico,ꝙ etiamſi eſſet fructuaria,cùm teſtator
in hoc caſu remiſerit illi cautionẽ, per viam cõtractus valet remiſsio. Quia prohi- 15.
bitio dictæ legis non habet locum in remiſsione facta per viam contractus cum
ipſo teſtatore, cùm teſtator poſsit de bonis ſuis diſponere ad ſui libitũ.& ita tenet
Guiliel.de Cun.& Raph.Cum.Sali. in d.l. 1. & illa opinio non habet contradi-
centem. Quòd autem remiſsio ſit facta per viam contractus, apparet ex eo. quia
vterq̧ ſimul eſt teſtatus,et illã clauſulam remiſsionis mulier in teſtamento ipſo ex-
preſsè acceptauit,marito ipſo volente et cõſentiente, vnde oritur obligatio ex pa-
cto cõuento inter ipſos. l. 1. ff. de pact. Et valet cõuentio,cuius euentus cõferatur 16.
etiam

16. etiam poſt mortem. l. 1. C. vt act. ad hæred. & cont. hæred. not. in l. centeſimis. ff.
de verb. oblig. Nec minus dicitur aliqua conuentio eſſe contractus, quia facta ſit
17. in teſtamento, cùm etiam in teſtamento poſsimus contrahere. l. fi. C. de fideicom.
declarat Bart. in l. nemo poteſt. in prima opp. ff. de leg. 1. & in l. cùm quis decedens.
§. Codicillis. de leg. 3. & per Bal. c. ex literis. de conſuet. doct. in l. hæredes
palàm. §. fi. per illum tex. ff. de teſta.

Secundò non obſtat, quòd iſta mulier videatur eſſe alimentaria tantùm, quia
reſpondeo, quòd dicta conſuetudo Bulgari eſt facti, non iuris: & ideò deberet
18. probari, vt habetur in c. fin, extrà, de conſuet. Imò conſuetudo eſt ſtricti iuris, vn-
de probatio eius de certo loco nihil infert de alio. l. 2. §. ſi quis hoc interdicto. §.
de itin. actuq; pri. vbi Bar. not. Et non eſt veriſimile, talem conſuetudinem eſſe
in Germania: ſed quod plus eſt, etiamſi eſſet, nihil faceret. Quia verba teſtamen-
ti non poſſunt aliquo modo pati hanc interpretationem, vt hæc mulier ſit alimen-
taria tantùm. Quia hoc modo non haberet neq; omnimodam poſſeſsionem, neq;
prouiſionem, vtilitatem fructus &c. Vnde nullo pacto poteſt aſſumi hęc interpre-
tatio, & ideò à verbis non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Tertiò non obſtat, quòd etiamſi ſit proprietaria, videtur quòd poſsit com-
19. pelli ad ſatiſdationem, iuxta titulum ff. vt leg. no. cau. &c. Quia reſpondeo, quòd
talis cautio proueniens ex illo edicto, poteſt per teſtatorem remitti, vt eſt caſus in
d. l. pen. C. vt in poſſ. leg. & per doct. in d. l. nemo poteſt. Quòd autem ſit re-
miſſa, probatur ex verbis teſtamenti, quibus iubentur iſti aduerſantes impedi-
mentũ aliquod, ſeu contradictionem non præſtare, neque petere rationem, calcu-
lum, cautionem, ſecuritatem, prouiſionem &c. Quæ verba ſatis comprehendunt
confectionem inuentarij: quia reciproca ſunt, aut correlatiua, pręſtare cautionem,
& conficere inuentarium, cùm alterum ſit præambulum alterius. l. 1. §. rectè. ff.
vſufruct. quemad. cau. vt dicit Alex. in d. conſ. 58. in 3. vol. & And. Sicu. conſ.
64. in 2. vol. vbi conſulit in caſu longè fortiori, in fauorem mulieris facit. Quia
prohibita moleſtia & inquietatione ſatis dicitur prohiberi hęc deſcriptio, quoni-
am inquirere facultates eſt ipſam inquietare. l. 2. C. de alim. pup. præſt. l. 2. verſ.
ſed vbi quarta. C. quan. & quibus quar. pars. Quia eius intereſt, bona non ma-
nifeſtari. facit l. mercatores. in 1. reſponſo. C. de commer. Imò iſtud ſapit quan-
dam iniuriam. l. ſi iniuriæ. ff. de iniur. & quod not. Abbas, conſ. 4. in fi. verſ. item
20. poteſt. in 2. Talis enim deſcriptio ſapit naturam executionis & primi decreti. d. l.
fi. ff. de bon. auct. iud. poſſ. l. de pollicitationibus. in fi. vbi glo. ff. de poll. & ideò
non poteſt citra iniuriam fieri. facit l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. Confirmatur
hæc concluſio per illud, quod notabiliter voluit Bal. in l. 1. C. de his, quæ pœ.
21. no. in lect. antiq. vbi dicit: Quòd ſi Teſtator mandat, debita ſua ſolui de bonis
ſuis. Quod videtur remiſiſſe onus conficiendi inuentarij: ſequitur And. Sicu. d.
conſil. 64. penul. col.

Ex his conſequens eſt, vt locus ſit pœnæ appoſitæ per Teſtatorem ipſis con-
tra facientibus eius voluntati, quia petierunt Inuentarium contra prohibitionem
teſtatoris, & dictam mulierem moleſtauerunt. Vnde commiſſa eſt pœna, quia
potuit teſtator eos tali onere aggrauare. l. 1. C. de eis, quæ pœnæ no. Nec obſtant
deciſiones in contrarium allegatæ in d. l. quod de bonis. §. 1. & in d. §. tres hære-
des, quia loquuntur in caſu, quo remiſsio inuentarij non valeret. Non autem pro-
cedunt in caſu noſtro, in quo ſuprà concluſum eſt, valuiſſe remiſſionem à teſtato-
re factam. Vnde contraueniens incidit in pœnam.

Nec obſtat, ſi diceretur, quòd quantum ſit reſpectu filiorum Leonhardi pu-
pillorum, quod non videtur locum eſſe pœnæ, ex quo ipſi non contrauenerunt,
ſed pater. Quia reſpondeo quòd tali, caſu videtur ex facto ipſius patris eos in
22. pœnam incidere. Ex quo hęc pœna amiſsionis hæreditatis nõ poteſt æquè cadere
in patre, ſicut in pupillo, cùm ſoli pupillo delata ſit hæreditas, vt eſt caſus in l. pol-
la. C. de his. quib. vt indig. declarat Bar. in l. ſi dolo. ff. ſi quis om. cau. teſt. ſicut
videmus etiam in eccleſia, quæ ex facto prælati tali caſu incideret in pœnam. l. iu-

bemus

bemus nullam. C. de ſacroſan. eccle. vbi Cy. Bal. Saly. & alij. Et idem videmus in domino, qui etiam ipſe tali caſu ex facto procuratoris ſui plecteretur. l. 1. §. ſi procurator vbi mod. ff. ſi quis ius di. non obtemp. licet ipſi pupillo ſuccurreretur, vt præſtetur indemnis in bonis ipſius tutoris, ex cuius facto in pœnam incidit.

Nec obſtat ſi diceretur, quòd imò competere debeat etiam prouiſio ipſi pupillo, ne incidat in pœnam, argumento glo. in d. l. polla. quæ vult tali caſu duo remedia alternatiuè pupillis competere: alterum quia poſſunt excipere, ne incidant in pœnam: alterum quia ſi ſoluunt pœnam, poſſunt agere contra tutorem, vt ſeruentur indemnes. Quia reſpondeo, quòd illud poteſt procedere, vt primum remedium detur in fauorem tutoris, qui ex neceſsitate gerit officium, ſecus in fa- 23.
uorem patris, qui non niſi volens eſt legitimus adminiſtrator. l. ſi. §. ſin autem parte recuſante. C. de bon. quæ lib. & ita ſentit Sali. ibi: qui aſsignat hanc rationē illi gloſſæ. Quia vbi auxilium ordinarium & extraordinarium competit contra 24.
diuerſos, quorum alter gerit officium neceſſarium, vt eſt tutor, tunc electio eſt minoris, quod eorum intentare velit, vt l. etiam. & l. ſi. C. ſi tut. vel cur. interu. ſecus ſi officium eſt voluntarium. Quia primò intentandum eſt ordinarium. l. cum mandato. ff. de min. & ideò in caſu noſtro non poſſet pupillus reſtitui in integrū, aduerſus pœnam, niſi caſu, quo pater ipſe adminiſtrator non eſſet ſoluendo. Et licet hæc opinio videatur prima fronte rigoroſa, tamen in puncto iuris videtur verior. Et ceſſaret rigor, quando ex conſuetudine regionis & qualitate perſonarū talis petitio conficiendi inuentarij reputaretur contumelioſa honeſtæ & graui mulieri tanquam tacitæ, eam incuſaret de perfidia. Et ideò dicit textus in d. l. ſi 25.
iniuriæ. ff. de iniurijs. ꝙ huiuſmodi deſcriptio & inuentarium quandoqꝫ inducit iniuriam. & ita eum textum notant doctores. Illud etiam eſt annotandum, ꝙ dictus Leonhardus huiuſmodi petitionem facere non potuit pro filijs ſuis, niſi caſu, 26.
quo filij ſui adhuc non exceſsiſſent ſeptimum annum: quia illa ætate exacta ſolus non agit. d. l. ſi. §. vbi autem. iuncta glo. in §. 1. in ver. ſin autem in ſecunda. C. de bon. quæ lib.

Et ſupra dicta omnia procedunt iuxta ea, quæ mihi in facto ſunt propoſita, conſiderata petitione inuentarij conficiendi huic mulieri facta. Nam ſi illi non inuentarij confectionem, ſed legitimam ſuam petijſſent, tunc fuiſſet alius articulus diſcutiendus. Sed poſtquam inuentarium petierunt, non poteſt aliud de iure reſponderi, niſi via quam intentaſti, ea tibi pateat. l. ſi mulier. §. ſi. ff. quod metus cau. Quo verò ad vltimum quæſitum, cùm vnus ex iſtis executoribus teſtamentarijs interpellatus à muliere, noluerit ei aſsiſtere, & teſtatoris voluntatem exe- 27.
qui, non eſt dubium, ius ad alios coëxecutores deuolui, vt eſt caſus in c. ſi. ex. de teſta. lib. 6. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

SVMMARIA.

Conſuetudinem curiæ Bulgari, de qua auth. hoc locum C. ſi ſecun. nupſe. mul. in Germania non ſeruari, ſed potius contrarium. 1.2.7

Conſuetudo eſt localis, & non extenditur ad alium locum, quàm in quo viget. 3.5

Non præſumitur quòd teſtator vxorem velit habere vſumfructum, & filios ea viuente mendicare. 5

Ceſſante ratione ceſſat lex vel ſtatutum. 6

Inducta conſuetudine vel iure poſitiuo contrario iure tolluntur. 8.9

Verba, prout videbitur aut placuerit, important arbitrium boni viri, niſi adijciatur liberè, aut æquipollens dictio. 10

Verbum liberè, idem importat quod ſine contradictione. 11

Qui poteſt ſuam liberam voluntatem facere, poteſt iniquum æquo præferre. 12

Argumentum à communi opinione vulgi in iure receptum eſſe. 13

Cui non competit definitio, nec definitum, & econtrà. 14.12

Quando verba legis non conueniunt, nec etiam diſpoſitio conuenit. 15

Argumentum ab etymologia non procedere affirmatiuè, nec etiam negatiuè ſemper. 16

Verba

Verba, pleno iure, important proprietatem & totale ius, & an ſola dictio, plenum, idem etiam importet. 17.18.19

Poſſeſsionis appellatione quandoq; venit plenum dominium. 20

Plena adminiſtratio idem eſt quod libera adminiſt. (21.23.24.25.

Nunquam cenſetur concedi libera adminiſtratio, niſi exprimatur. 22

Paria ſunt habere ſpeciale mandatum vel cum libera &c. 26

Procurator in rem ſuam, directè vendicans agit directo domino, ſed vtilem actionem proprio nomine intentat. 27

Voluntas teſtatoris clara tollit omnes coniecturas, & interpretationes. 28.60

In teſtamentis plenior, & extenſiua potius, quàm reſtrictiua interpretatio fieri debet, & quidem pro eo in cuius fauorẽ verba prolata ſunt. 29.30

Verbum, penitus, nullam limitationem vel modificationem admittit. 31

Procurator apponens manus ad connexa mandati nõ dicitur excedere fines, idem in delegato, arbitro, teſte. 32

Connexitatis cauſa venit in iudicium quod aliter nõ veniret. 33

Connexa ſunt quæ eodem tempore & ſimultaneè fiunt. 34.36

Omiſſum dici non poteſt, quod connexum eſt. 35

Neceſſarium antecedens ad aliquã rem eſt per conſequens connexum. 37

Vſusfructuarius non poteſt quoquo modo alienare. 38

Volens vnũ videtur omnia velle, ſine quibus ſuum velle non poſſet operari. 39

In connexis argumentari licet de vno ad aliud, vt de loco ad tempus. 40

Interpretatio benignior præferenda eſt in dubijs, ſecus in claris. 41.44

Paritas affectionis facit ceſſare priuilegium. 42

Viduæ comparantur pupillis, & miſerabilibus perſonis, ſed tamen maior filiorum, quàm earum fauor eſt. 43

Interpretatio ducta ex veriſimilitudine præfertur ductæ ex benignitate. 45

Æquum arbitrium eſt, quod eſt æquum in ſe & in alium. 46

Quando aliquid pariter ſe habet ad lucrum & damnum, tunc non cenſetur quis ex euentu lucrari vel lædi, nec eo nomine etiam minor reſtitueretur. 47

Dominium non amittitur ſolo conſenſu. 48

Determinatio in vno determinat pariter alia determinabilia quæ cohærent. 49.51

Ad vnitatem formæ correſpondet vnitas ſubſtantiæ. 50

Diſpoſitiones reciprocæ valent, quæ ſimpliciter factæ non valerent. 52

Idem in donatione inter virum & vxorem reciproca. 53

Coniuges ſe inuicem teſtamento poſſunt hæredes facere ſimpliciter, multò magis reciprocè. 54

Ex permiſsione vtendi rebus relictis vt ſuis, videtur tranſlatum eſſe dominium, & plena poteſtas alienandi. 55

Voluntas teſtatoris non admittit diuiſionem. 56

Interpretatio in dubio fienda eſt, vt actus magis valeat quàm pereat. 57

Vſusfructus quandoq; ſignificat vſumf. cauſalem, et ſic proprietatem. 59

Prægnantia verba debent prorſus aliquid operari. (61

Vſufructuarij non eſt diſponere ad libitum, ſed vti frui arbitrio boni viri. 62

Vſusfructus alienatione amittitur. 63

Inſtituens hæredem, aut legans, alienare dicitur, non minus quàm donans aut dotans. 64

Vſusfructus alteri ab vſufructuario legari non poteſt. 65

Modus & forma tradita declarant mentem diſponentis, & ex eis augetur effectus. 66.71

Legato vſufructu cum modo non alienet, videtur legata ipſa proprietas. 67.69.73.74.75

Prohibitio quandoq; ampliat diſpoſitionem. 68

Permiſſum in vno in alijs videtur prohibitum. 70

Legato vſufructu cum hoc, vt poſt mortem reſtituat proprietatem alteri, videtur legata ipſa proprietas. 72

Moleſtia inferri prohibita intelligitur de facto, non de iure, niſi alia prægnantia verba accedant. 76. (81

Iurans non moleſtare, nec de facto nec de iure moleſtare debet. 77

Per verba, nõ moleſtandi, conſequitur vſusfructuarius, vt poſsit vſumf. capere propria authoritate, non de manu hæredis. 78

Teſtator vetans vim fieri intelligitur dare licentiam ingrediendi propria authoritate. 79

Petens id quod venit ex natura actus celebrati moleſtare non cenſetur. 80

Verba prægnantia enixam & latiſsimam voluntatem arguunt. 82

Teſtator apponit legem rei ſuæ quam vult. 83

Contractus poſſe etiam fieri in teſtamento. 84.85. (86

Cautio vſusfructuaria inter viuos remitti poteſt. 87

Hæredes poſſunt remittere vſufructuario cautionẽ, quamuis teſtator non poſsit. 88

Vſusfructuarius non tenetur cauere antequam hæres ab eo exigat, & nihilominus fructus lucratur. 89.91.92.105.127

Statutum diſponens quod appellans debeat cauere cũ fideiuſſore de expenſis intelligitur, ſi cautio fuerit petita. 90

Vſusfructuarius, ad quem proprietas reditura eſt, vel ſperatur, non tenetur ad cautionem. 93

Donans alteri bona ſua reſeruato ſibi vſufructu, de eo non tenetur cauere. 94.100

Vbi nulla cadit ſuſpicio ceſſat cautio. 95.98

Fiſcus

Fiſcus ideò non tauet, quia ſemper præſumitur eſſe locuples. 96

Voluntas eadem durare præſumitur. 97

Pater vſusfructuarius ſicut nõ tenetur reddere administrationis rationem, ita nec cauere. 98

Donanti eadem reuerentia exhibetur quæ patri, & ſicut pater ita nec donans tenetur, vltra quàm facere poteſt. 99

Imò donans deducit æs alienum, pater aut patronus non item. 101

Beneficium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. 102

Delegatio ſeu commiſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur vltra caſus expreſſos. 103

Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi. 104

Teſtatorem poſſe remittere cautionem in rebus quæ vſu conſumuntur. 106.109

Teſtator hodiè poteſt remittere, ea quæ in fauorem hæredis introducta ſunt, vt Falcidiam. 107

Ex pluribus rationibus ſublata vna aliæ nihilominus ſubſiſtunt. 108

Cautio Mutiana tantùm inuenta eſt, vt actio naſcatur, & agi poſſit quæ aliâs nunquã nata eſſet, vt ſit in conditionibus negatiuè conceptis. 110

Cautio Mutiana in vltimis voluntatibus tantùm, nõ in contractibus locum habet. 111

Cautionis Mutianæ remiſſio, vt quæ non inuitet ad delinquendum hodiè per teſtatorem fieri poteſt. (112.113

Qui dicit nullum omnia excludit. 114

Cautio modalis quæ, & ad quid inuenta ſit. 115

Cautionis legatorum in diem vel ſub conditione relictorum effectus. 116

Cautio habet etiam locum in contractibus, ſi ſuperuenit noua cauſa ſuſpicionis. 117:123

Cautio modalis, & cautio legatorum nomine, à teſtatore remitti poſſunt etiam dilapidatori, ſed poſſet ſuccedere ſequeſtratio vel interdictio bonorum. 118.119.126

Hypotheca, quam habent legatarij in bonis defuncti, etiam remitti poteſt. 120

Teſtator poteſt facere ne dominium tranſeat in legatarium ſine poſſeſſione. 121

Vbi eſt caſus legis nulla relinquitur dubitatio. 122

Cauſam ſuſpicionis non allegari ſolùm, ſed probari neceſſe eſt, & tum iudex cauſa cognita ad cautionem præſtandam compellet. 124.125

Vſusfructuarius non tenetur ad aliquam redditionem rationis. 127

Vſusfructuarius poteſt fructus capere propria autoritate. 128

Legitima filiorum debet eſſe ſine omni onere aut grauamine. 129.163.164

Dos ſuccedit loco legitimæ. 130.164

Vxor nuncupata domina bonorum cenſetur hæres inſtituta, quia & hæres dicitur dominus. 131: (167

Teſtator poteſt remittere redditionem rationis. 132

Conſuetudine induci poteſt ne reddantur ab vſufructuario aut ſimili rationes. 133.134

Conſuetudine omne ius poſitiuũ mutari poteſt. 135

Conſuetudo præſumitur rationabilis ex curſu temporis. 136

Qui non tenetur reddere rationem, nec etiam tenetur inuentarium conficere. 137

Ad inuentarium faciendum neminem teneri, niſi de quo expreſſè lege cautum eſt. 138.139

Filius adeundo hæreditatem ſine inuentario non perdit ius detrahendi legitimam natura debitam. 140

Hæres non tenetur ad inuentarium, niſi quoad beneficium, ne teneatur vltra vires hæreditarias, attinet. 141

Teſtator poteſt hæredi inuentarium remittere ſaltem in præiudicium legatariorum, quibus potuit etiam nihil prorſus legare, nedum limitare legatum. 142.143

Diſpoſitio legis in patre habet etiam locum in matre vel vxore. 144

Non refert quod ex æquipollentibus fiat. 145

Quando lex æquiparat duo ſimpliciter, intelligitur in omnibus æquiparare, niſi in quibus reperitur expreſsè contrarium. 146

Diſpoſitio legis & teſtatoris æquiparantur. 147

Diſpoſitio iudicis & teſtatoris æquiparantur, & arguitur de vna ad aliam. 148

Inuentarium, & rationalia, & deſcriptio bonorum æquiparantur. 145.149.162

Inuentarium eſt caput rationis reddendæ. 150

Diſpoſitio teſtatoris dubia non eſt contra matrem interpretanda. 151

De materno affectu iudicatur ſicut de paterno, quãdiu non tranſit ad ſecunda vota. 152

Iura fauent æqualitati. 153

Honeſta fama excludit ſuſpicionem fraudis. 154

Cùm plures participant circa eundem actum pariter cuilibet eſt fauendum. 155

Cautio vſusfructuaria non teſtatoris ſed hæredis cauſa inuenta eſt, & ne detur occaſio delinquendi. 156

Secreata patrimonij nõ debent pandi, nec ad hoc aliquis cogendus. 157

Publicanus non debet viatorum fardellos diſſoluere aut detegere. 158

Vſusfructuarius ad vitam dicitur interim dominus proprietatis. 159

Deſcriptionem non fieri in ſuppellectilibus, aut cleinodijs & ſimilibus. 160

Deſcriptio fit tantùm ad probandum, non ad incorporandum. 161

Exceptio, tibi non competit actio, impedit litis ingreſſum. 165

Sic etiam exceptio, petis quod intus habes. 166

Qualitas allegata probari debet. 168.169

Qualitas, quæ eſt cauſa, quòd quis admittatur vel non, debet probari. 170

Obreptionis vitium minus eſt quàm ſubreptionis. (171

Omiſſio vel expreſſio eius, ſine quo princeps conceſſurus non erat reddit reſcriptum nullum. 172

Impetrans reſcriptum contra diſpoſitionem teſtatoris, etiamſi eo non vtatur incidit in pœnas teſtamentarias. 173
Si actor impetrato reſcripto nolit vti, nec reus illud allegare aut eo inuito actore vti poteſt. 174
Per ſolam citationem cenſetur quis conueniri. 175
Controuerſiam mouere dicitur quis etiam reſiſtendo aut excipiendo. 176.177.178
Moleſtari cenſetur quis etiam cùm conuenitur in iudicio. 179
Per diffamationem verbalem cenſetur etiam moleſtia alicui inferri. 180
Diffamans aliquem, contendendo ſuam poſſeßionem detineri, cenſetur alterum in poſſeßione ſua turbare. 181
Impetitio refertur ad iudicium, moleſtatio ad moleſtiam extraiudicialem. 182
Moleſtare non dicitur, qui agit ſecundum naturam contractus petens quod ex natura eius venit. 183
Dolo non facit qui vtitur facultate à teſtatore, vel lege ſibi conceſſa. 184
Cauſa nedum iuſta, ſed & iniuſta, & colorata, excuſat à dolo. 185.187
Dolus non committitur ſine voluntate aut animo iniuriandi. 186
Cauſa etiam temeraria, fatua, & beſtialis excuſat à dolo. 188.189
Ignorantia iuris excuſat à dolo. 190
Diuerſitas opinionũ nedum à dolo, ſed & à lata culpa excuſat. 191
Pœna ſiue legalis ſiue à teſtatore impoſita poteſt purgari ante ſententiam. 192
Ratio coniunctionis excludit dolum. 193
Expenſæ compenſantur ſi non fuit iniuſta cauſa litigandi. 194
Æqualitatis ratio facit, vt mulier nupta perdat domicilium ſuum, et efficiatur de domicilio mariti. 195.196
Mulier quatadiu perſiſtit in viduitate, retinet priuilegia quæ habet à marito. 197
Mulier, donec ſtat in viduitate, dicitur eſſe in ſeruitio mariti. 198
De affectu parentum in liberos. 199.200
Parentum affectus inducit violentam præſumptionem. 201
Non veriſimile habet falſitatis imaginem. 202
Præſumitur quis id egiſſe, quod officio ſuo incumbit. 203
Identitas rationis potius attenditur quàm virtus ſexus. 204

CONSILIVM IIII.

eiuſdem materiæ.

ETſi abundè & ſubtiliter præſenti cõſultationi neceſſaria explicauerint ſuprà ſcripti viri præſtantiſsimi, adeò, quòd omnis ad illam additio fruſtratoria penitus ſit cenſenda, & tanta plenitudo alia non videatur adiectione indigere, vt habetur in l. 1. ff. de dot. prǽleg. & 96. diſt in c. c. 1. quod etiã ſi attentarem, nihil aliud agerem, quàm ſi ſolis radios & ſplendorem ſuperuacuis impendijs certarem iuuare, contra c. ſi omnia. 6. q. 1. Et ſic ác propterea ſola ſubſcriptio ſuffeciſſet, & ita inſtitueram omnino facere, ac ſimplici verbo eorum dicta & iuridicè conſulta atque deciſa affirmare.

Verùm, vt morem geram multùm inſtanter poſtulantibus, & aliqua ex parte faciam ſatis, nève temerè, illotiſq;, vt ita dixerim, manibus, ac inconſultè videar ad rem ipſam acceſsiſſe, paucula quædam in medium afferam. Viſis igitur actis & actitatis, teſtamento coniugum & alijs, in proceſſu cauſæ deductis, inſuper & duobus elegantiſsimis conſilijs eximiorum & clariſsimorum virorum domini Andreæ Alciati, ac Vdalrici Zaſij, iuriſconſultorum, digniſsimorumq; ordinariorum inclitæ vniuerſitatis Friburgenſis, fratrum mihi honorandorum, dico, Quòd licet tantùm vnica ſit quæſtio principalis, videlicet, an ipſa Felicitas vidua & matrona honeſtiſsima teneatur, & de iure poſsit cogi ad inuentarium cõficiendum, vel ſaltem ad deſcriptionem bonorum faciendam:

Tamen quia illa, vt patet ex narratione facti contingentiæ: item, & permaximè ex deductis in proceſſu, & contentis in prænominatorum doctorum ſubtilibus conſultationibus, eſt admodum prægnans, & quidem continens in ſe plures quæſtiones, ſeu notabiles difficultates, ſparſim, & ſine ordine hinc inde introductas. Idcircò placuit ſingulas in ſpecie, ſubſtantialiter tamen,

& quantò

& quantò breuius potero, ſcribendo diſcutere, ac pro clariori intelligentia omniũ
elicitorum dubiorum, poſt terga optimorum meſſorum colligendo ſpicas, trede-
cim claras concluſiones, quas arbitror iuridicas & veriſsimas infraſcriptas, face-
re, & quatenus iura permittunt, multis modis firmare atque defendere.

Sit ergo, in nomine indiuiduæ Trinitatis, glorioſiſsimæq; virginis Mariæ, prima Concluſio, quòd dicta Felicitas vidua & cõ-
teſtatrix, de qua in themate, non ſit, neq; dici poſsit alimentaria, etiam inſtitutis fi-
lijs fauore eorum. Iſta concluſio licet oppugnetur per communem theoricam,
quæ habet iuxta conſuetudinem curiæ Bulgari, de qua in authen. hoc locum. C. ſi
ſecun. nupſe. muli. dum glo. vult & ſequuntur alij, ꝙ quando maritus, exiſtenti- 1.
bus filijs legitimis, relinquit vxorem dominam Maſſariam & vſufructuariam hæ-
reditatis ſuæ, non conſequitur aliud, quàm alimenta & præeminentiam, quam
habebat viuente marito, vti ſecundum illam concludunt omnes communiter do-
ctores poſt Barth. in l. Titia, §. Titia cùm nuberet. ff. de lega. 2. & in d. authen.
hoc locum. vt etiam illud tetigit dominus Alciatus in ſecunda obiectione ſuæ cõ-
ſultationis: & poſt Franciſ. de Aret. per illum allegatum in conſilio 40. incip:
Præſupponitur in facto: clariſſimus vir dominus Paulus de monte Pico, in repe-
titione dictæ l. Titia, §. Titia cùm nuberet, vbi in 12. col. per to. multas quottas
& doctorum conſilia, ſecundum eam concludentia, accumulauit, quæ ſtudendo
breuitati nolui tranſplantare, ibi, ſi opus, videnda: & vltra ibi allegata, id voluit
Benedictus de Benedictis in conſ. 154. per to. & conſ. 72. in tertio dubio, Io. de
Ana. & Bologninus conſil. 37. circa finem, & alij alibi, ac in diuerſis locis, ma-
ximè Canoniſtæ in c. ſi pater, de teſta. in 6. cum concordantibus, ibidem traditis,
quæ quibuſdam videntur valde vrgere.

Tamen illa omnia, & quæcunq; talia in propoſito noſtro, ac in Germania, in 2.
qua talis conſuetudo neq; eſt, neque viget, nullo modo obſtare habent, neq; etiam
ſibi vendicant locum, vt perpulchrè deduxit dominus Alciatus in ſua cõſultatio-
ne, in verſi. ſecundò non obſtat, quòd iſta mulier &c. & antea hoc voluit in ter-
minis propriè noſtris, & Germaniæ partibus præfatus dominus Pau. de mõte Pi-
co, in præallegato loco, & quidem propriè his verbis: Quare iudicio meo vacuũ
eſſet dubitare aut recalcitrare cõrra tantos iuris Deos, qui & legendo & conſulen-
do atteſtantur, iſtam eſſe communem opinionem, & ita de conſuetudine ſeruari:
licet Aretius in conſi. &c.

Et poſtmodum ibi: Sed caue tu prouecte, quòd doct. & antiqui & moderni
dicunt, iſtam conſuetudinem habere locum in tota Italia, quid eſſet extra Italiam,
puta (dicit ipſe) vltra montes, doctores ſecundum eum non dicunt, ſubijciens, ꝙ
debeant ſcire Vltramontani, ſi caſus contingeret extra Italiam, niſi talis conſue-
tudo probaretur, haberet mulier vſufructum, etiam ſtantibus liberis: quia dicit 3.
ipſe, conſuetudo localis eſt, & vbi eſt conſuetudo, cõtra ius non extenditur, etiã
ſi eſſet cõſuetudo ciuitatis Romanæ. Ita ſecundum eum in terminis decidit Salice.
in dicta authen. hoc locum, in 3. col. mihi, & aliâs eſt in 2. col. verſi. ſed fortè vi-
ſum, & etiam in verſi. nec refert, & quòd illud dederit materiam multis doctori-
bus, maximè Vltramontanis inueſtigandi quid de iure ſit, & quæ ſequuntur, &
eſt etiam de mente Alciati primi conſulentis.

Et idem Pau. de monte Pico in d. §. Titia, in 17. quæſtione, ibi tu conſidera,
quòd de iure non videtur procedere iſta interpretatio, quia in contrarium caſum
habemus clarum in l. vxori meæ, ff. de vſufructu legat. Vbi ſi legetur vſufructus
bonorum vxori, habet vſufructum etiam liberis inſtitutis: & ita ſecundum eun-
dem tenent omnes. Ibidem etiam reſpondet ad §. prohibemus, qui in ratione ſui
videbatur in contrarium facere, quia non ſit præſumendum, quòd teſtator velit 4.
vxorem habere vſufructum, & filios ea viuente mendicare de trien. & ſe. ibi alle-
gatum. Et quòd circumſcripta conſuetudine de iure ſit dicendum, vti ſuprà pro-

 ximè

5. ximè dictum eſt, habet in ſe bonam rationem, quia probatio eius, ſcilicet conſuetudinis, nihil infert de vno loco ad alium, vt ſatis probatur in d. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, & per ea quæ volunt moderni in l. cunctos populos, C. de ſum. tri. & ſi. catho. in verſi. ſecundò ex hoc membro, ibi: intellige tamen ſanè.

Præterea, eſto, quòd etiam conſuetudo illa fuiſſet & eſſet generalis, & quidem ne dum in Italia, ſed etiam in Gallia & Germania, cuius contrarium, vt inferius apparebit, eſt veriſsimum: tamen non offenderet in aliquo dictam concluſionem, attenta illius conſuetudinis & opinionis ratione, ne ſcilicet filij egeant vel vendicent, quoniam iſta ratio in propoſito non militat, ſed ceſſare videtur, cùm omnes filiæ ampliſsimis dotibus prouiſæ ſint in caſu noſtro notoriè. Vnde ſuc-
6. cedit regula, quæ habet, quòd ceſſante ratione legis, ſtatuti, vel conſuetudinis, ceſſat ipſa lex, ſtatutum, vel conſuetudo. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. l. cùm tale, §. falſam, ff. de condi. & demon. c. cùm ceſſante, de appell. cum ſimilibus ibidem allegatis. et per dominum Iaſonem in l. ſtipulatio iſta habere, §. alteri, in 3. col. verſi. tertiò nota, ff. de ver. obli. ergo &c.

7. Quinimò intrepidè audeo dicere, ſi rectè rem conſideremus, & verum fateri voluerimus, in Germania de directo contrariam vigere conſuetudinem, & quidem notoriam. Siue enim conſtituatur vſusfructus per viam contractus, dotalicijſq; inſtrumentis, ſiue lege vel teſtamento, etiam ſtantibus liberis, vſufructuarius ne dum alimenta, ſed totum conſequitur vſufructum. Et quia generalis, ideò non eget probatione: ſecundum Bal. in l. 3. in 1. col. verſi. attende hic. C. de ſerui. fugi. Vnde dato, quòd etiam in Germania, & quidem in celebri ciuitate A. olim vel aliquando, ſuprà relata conſuetudo curiæ Bulgari viguiſſet: tamen per contrariam conſuetudinem hodie eſſet ſublata. Ea enim, quæ conſue-
8. tudine vel iure poſitiuo ſunt introducta, poſſunt contraria conſuetudine, vel iure contrario tolli. c. 1. de conſti. in 6. & §. ſed naturalia, inſti. de iu. nat. gen. & ci. & per tritā regulā, Quia nihil eſt tam naturale, quàm vnumquodq; tolli eo modo quo inductum eſt, vt in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in l. prout, ff. de ſolu. cum concor. ibi traditis.

Derogat etiam vna conſuetudo alteri, l. nemo, §. temporales, cum glo. ff. de reg. iu. Bene facit regula, Omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem etiā diſſoluitur. c. 1. de reg. iur. & 27. q. 2. c. omnis res. Latè per doct. maximè moderniores, in l. more, ff. de acqui. hære. poſt Ange. & Rapha. et per domi-
9. num Iaſonem in repe. l. & alios alibi. Rumpitur etiam conſuetudo per alios contrarios actus, & tollitur per poſteriorem. & per Bart. in l. ſed ſi lege, §. de eo. in fi. ff. de peti. hære. & in d. l. nemo, §. temporales: vbi etiam alij. Et ita relinquitur iſta prima cōcluſio ſatis bene defenſata ab impugnationibus ſuis. Et quia parùm ad rem noſtram, ideò non inſiſtendum vlterius, vt dicunt etiam alij conſulentes, maximè dominus Zaſius, & quidem veriſsimè.

Et in propoſito tantò minus illa conſuetudo Bulgari & eius curiæ poteſt habere locum, ex quo in iſto teſtamento tam pinguia & ampliſsima verba inſerta ſunt, propter quæ, etiamſi proprietas non videretur relicta, tamen ſaltem inducerent vſufructum. Ex quibus verbis apparet, quòd teſtator voluit ipſam dominam Felicitatem viduam poſſe percipere fructus bonorum hæreditatis, & non habere neceſſe, eos capere de manu hæredum, Quo caſu etiamſi verba non eſſent tam ampla, vel potentia, quòd denotarent proprietatem, importarent ſaltem relictum vſufructum. l. cùm ita. & l. fundi Trebatiani, cum ibi plenè notatis, per glo. & Bart. ff. de vſufruc. lega. & l. ſi quis ita. & ibi hoc notant glo. & doct. ff. de vſufruc. & quòd fructus per ſe ipſa percipere poſsit, & conſequenter conuertere in commodum & vtilitatem ſuam, patet ex ampliſsimis verbis, quibus vſus eſt teſtator in dato relicto, quod quidem denotat actum ſeu effectum, concernentem beneficium & commodum iſtius, ad quem tale verbum refertur: vt probat tex.

battex. 11, q. 2, & c. eccleſiaſticis. & ibi hoc notat Archidiaconus, in verbo, gaudere.

Vnde Bal. in l. ſi habitatio, ff. de vſu & habi. format quæſtionem de illo, cui relictæ ſunt poſſeſsiones in gaudimentum, & dicit, quòd illa verba oſtendunt, teſtatorem voluiſſe adijcere in fauorem legatarij, ideò per illa verba ſubſequentia, ſcilicet in gaudimentum, non reſtringuntur præcedentia, in quibus dictum fuit, relinquo tibi poſſeſsiones, per not. per Iaco. de Are. in l. 4. in princ. per illum tex. ff. de alimen. & ciba. lega. & in l. donationes, §. ſpecies, ff. de dona. Ex quibus apparet, dici non poſſe, quòd teſtator voluerit ipſam nudam alimentariam relinquere, ibi. Sic nec hîc, ſeu in propoſito noſtro, permaximè, cùm & alimentaria debeat alimenta recipere de manibus hæredum, vt habetur in dictis locis, & inferius allegandis, & non poſsit neque debeat capere propria authoritate.

Pro hoc etiam facit, quia teſtator voluit, quòd dicta domina Felicitas, circa prædictos fructus, & bona haberet illa ſub libera ſua ſeruitute, & ſic, quòd poſsit ea percipere & habere ſecundum ſuam liberam facultatem vel voluntatem. Quod ſic probo: Nam licet teſtator dixerit, quòd ipſa poſsit percipere, tenere, diſponere, gubernare, regere, & diſpenſare, ſecundum quòd ſibi melius videbitur & placuerit, & verba, videbitur & placuerit, regulariter importent arbitrium boni viri, 10. l. fidei commiſſa, §. quaquam, de lega. 3. l. Thais, §. ſorore, ff. de fidei commiſſa. liber. & l. Lucius, iuncta l. fideicommiſſaria libertas, eo. ti. tamen fallit, quando cum doctis verbis eſſet adiecta dictio, liber vel æquipollens, vt ſi dico, prout tibi liberè videbitur, vel ſi dico, do tibi liberum arbitrium.

Nam licet verbum, arbitrium, per ſe denotet arbitrium boni viri, tamen per dictam adiectionem importabit liberam voluntatem. §. quanquam. & declarat ita notabiliter Bart. in l. alio, circa 3. col. ff. de ali. & ciba. lega. & in l. ſi ſic. in princip. ff. de lega. 1. vbi inducit tex. in d. l. fideicommiſſaria libertas, & l. 1. ff. de teſta. mili. Sed ita eſt, quòd illa verba nedum reperiuntur in terminis noſtris teſtamento inſerta, & iterata, & multiplicata; ſed etiam illa verba, ſine contradictione hæredum, ac alterius perſonæ, quæ idem important, ac ſi dixiſſet, liberè, vt in c. cùm epiſcopus, in verbo, liberè, de officio ordinarij, lib. 6. & ita exponit ibi Archi. in ſi. & in c. in verbo, liberè, de ſupple. negli. præla. & ibi not. Archi.

Qui intelligit, quòd verbum liberè importet idem, quod dicere, ſine contradictione. Et idem probatur in c. vbi periculum, §. ſine, de elec. in 6. & in c. irrefragabili, in princ. de offi. ord. & in c. 1. de reg. in 6. facit, quod not. glo. ſi. in c. 1. de homici. li. 6. & in Cle. dudum, in verbo liberè: & habetur per Bart. & alios in l. centurio, ff. de vulga. & pupilla. dum tractat de ſubſtitutione compendioſe facta à pagano, per verba communia. Ergo ſi teſtator voluit dictam Felicitatem ſub ſua libera poteſtate habere, regere, gubernare, diſponere de dictis fructibus & bonis, non poteſt dici, quòd ſit alimentaria, nec ei contradici per dictos hæredes, ſi vult fructus & alia iuxta tenorem teſtamenti pro ſe retinere, vel velle ſuum facere: quia ille, qui poteſt ſecundum ſuam liberam voluntatem facere, poteſt iniquū æquo perferre. l. cùm quidam, la. 2. de lega. 2. in prin. et refert & ſequitur Alex. de Imo. in conſil. 214. incipiente: Ponderatis verbis, in 2. col. in 6. volu. de quibus inferius latius videbimus in 3. concluſione, & etiam in ſecunda ſtatim. Regulantur enim iſta ſecundum additamenta verborum, & erunt alimēta, vſusfructus, vel proprietas ipſa, vt ibidem dicetur. 11. 12.

Secunda Concluſio.

EST, quòd attentis verbis teſtamentorum, & mente teſtantium, ipſa præfata Felicitas vidua, ac honeſta matrona, donec & quouſque ſtatum ſuum vi-

dualem non mutauerit, neque ad ſecunda vota conuolauerit, non ſit, neque dici poterit nuda vſufructuaria, imò etiam talis, ſine impropriatione ſaltem verborum iudicari non valeat neque debeat. Quam quidem concluſionem ſentiunt, & confirmare videntur ambo ſupranominati conſulentes in eorum conſilijs, & eſt (vt arbitror) veriſsima & indubitata penes me, vt infrà patebit, ſententia vel opinio.

Quamuis enim aliqui contra illam inſurgant, & nitantur ipſam infringere, ac dictam Felicitatem vſufructuariam facere, vnico (eorum opinione inconuincibili) fundamento arguere, nempè à diffinitione, quod argumentum licitum eſt, & de iure fieri poteſt. l. filium eſſe diffinimus, ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. l. 1. §. verbis, & §. fi. ff. de act. & oblig. l. 1. ff. de ver. oblig. ac in l. 1. & l. bona fides, poſt medium, in verſi. & probo hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore petitione &c. ff. de poſiti.

Sed in propoſito diffinitio vſufructus, quę eſt ius alienis rebus vtendi & fruendi, ſalua rerum ſubſtantia: ea etenim ſublata, tollitur ipſum ius vſufructus. l. 1. & 2. ff. de vſufruct. & inſt. eo. ti. ac Bartho. Cæpol. in tract. de ſerui. mixt. c. 4. benè conuenit huic Felicitati vſufructuariæ. Ergo erit et eſt dicenda vſufructuaria, per vulgatam regulam, quæ habet: Quòd cui competit diffinitio, eidem etiam competat diffinitum neceſſe eſt: nec enim poteſt ſeparari ab vllo diffinito, ſecundum Bal. in c. ex parte. M. in penul. col. extrà, de appel. & ſequuntur moderni in l. 3. in 9. col. ff. de lega. 1. cùm iſta debeat vti frui alienis rebus, ſalua rerum ſubſtantia, ſit abſq; dubio vſufructuaria.

Vel, & ſecundò, arguunt à ui nominis, ſeu etiam ab etymologia vocabuli, quòd ſimiliter arbitrantur in caſu noſtro procedere & valere. l. 1. ff. de ſi. inſtr. l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pet. vbi etiam Bart. & alij doct. Bar. & Alex. in l. 1. ff. de fur. et in l. 1. ff. de acqui. poſſ. & in pleriſque alijs locis. Nam & aſſumendo talem argumentationem, ipſa Felicitas, quæ vtitur, & hactenus vſa fuit fructibus rerum ac bonorum mariti ſui præmortui, ar. l. vnica, ibi: quanquam vſufructus ex fruendo conſiſtat, id eſt, facto aliquo eius, qui fruitur, & vtitur, ff. quando dies vſus lega. ce.

13. Poſſet & tertiò argui contra concluſionem à communi opinione vulgi, quod ſimiliter in iure noſtro eſt receptum. Debemus enim verba intelligere, vt vulgus opinatur. l. librorum, §. quod tamen Caſsius, ibi. nam & in uſu plerique libros cartas appellant. ff. de lega. 3. l. apud Iulianum, §. ſcio, ff. de legat. 1. ibi. vulgo fatebatur vtique minorem eum legaſſe, &c. glo. et Bal. in l. ubi adhuc, in 7. col. magna, in uerſi. quærit hic gloſſa. C. de iur. doti. poſt Bar. in l. ſi conſtante, in princ. in 5. col. uerſi. tertiò quæro, ff. ſolu. ma. cum concor. ibi traditis. Sed uulgus facit eam uſufructuariam, nec aliter opinatur. ergo &c.

Verùm his omnibus, et alijs quibuſcunque non obſtantibus, ego unà cum conſulentibus reſideo adhuc hodie in eadem concluſione, ſuprà relata, iuribus, rationibus, et autoritatibus per eos allegatis, retorquendo primum obiectum in ipſos aduerſarios, impetitoreſq;. Nam ut patet ex clariſsimis uerbis teſtamenti, ipſa vidua non eſt nuda uſufructuaria, ſed proprietaria, uel quaſi, nec utitur rebus alienis, ſed proprijs, nec quidem ſalua rerum ſubſtãtia utitur illis, ſed in multis liberè diſponit, ut perpulchrè declarant præfati conſulentes in eorum conſultationibus in diuerſis locis, et oſtenditur adhuc in tertia et ſequenti concluſione, ubi id melius cadit, et reſolui poteſt.

Iſto ſic præſuppoſito, tunc certè ſuccedit alia non ignota regula iuris, mirum in modum comprobans præmiſſam ſecundam concluſionem noſtram, quæ habet, quod cui non competit neque conuenit diffinitio, nec quidem diffinitum
14. competere poteſt. l. omnis diffinitio, ff. de re. iur. l. quamuis, ff. de au. et argen. lega. Significat enim eſſentiam rei. l. 1. §. dolum, ff. de dolo. Moder. in l. nemo, in 5. col. uerſ. in gloſſa prima. ff. de lega. 1. et debet conuerti cum ſuo diffinito. Ita arguit Iuriſconſultus in d. l. 1. §. dolum. et ibi Bar. glo. in l. nihil

aliud,

aliud,& in l.ſi.ff.de ver.ſig.& glo.in rubr. C.de ſum.tri.& ſi.catho. Cùm ergo in propoſito noſtro diffinitio vſusfructus nullo modo conueniat ipſi viduæ, habenti multò pluris, vti in ſequentibus deducetur & apparebit, non poteſt neq; debet appellari vſufructuaria ſimpliciter conſtituta: ſed potiùs proprietaria.

Benè facit, quod in ſimili dicitur, quòd vbi vel quando non conueniunt legis verba, nec eius diſpoſitio cõuenire poteſt. l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſa. l. 4. §. totiens. & ibi hoc notant omnes, ff. de damn. infec. Sed in propoſito verba diffinitionis vſusfructus non conueniunt diſpoſitioni teſtamentariæ, hoc caſu factæ, nec econtrà verba Teſtamenti conueniunt diſpoſitioni vel diffinitioni vſusfructus. Ergo nec diſpoſitio, in locis ſaltem relatis per priores dominos conſulentes: vti etiam ſtatim in tertia concluſione latiùs & apertiùs dicetur & comprobabitur. 15.

Nec obſtat, quòd ſecundo loco obiectum fuit de etymologia vocabuli: quia non benè argumentatur de ea, quantum eſt ad rem noſtram, ad verba teſtamenti, vt patet intuenti eius verba, ſuprà per alios relata. Et permaximè non procedit talis argumentatio affirmatiuè, vt volunt omnes. Albe. Bar. Ange. & alij moderniores in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. ac in l. 1. in princ. ff. de acqui. poſ. nec procedit: nec etiam ſemper negatiuè, ſecundum Sali. & Rapha. Fulgo. in d. §. appellata: & Comenſem ac Moder. in præalle. l. 1. nec quando diffinitio repugnaret, vt eſt in propoſito noſtro ſecundum doct. in dict. locis. 16.

Ad tertiam obiectionem reſpondendo poſſumus dicere & negare, q; ſcilicet vulgus ita opinet, vt petitores ſeu partes aduerſæ allegãt, nec eſt, vt fieri debuit illud probatum: argumento eorum, quæ habentur in l. actor, & quæ volunt ibi doct. C. de proba. debet enim allegans probare id quod allegat. & Bal. in tract. ſchiſmatis 1. col. in verſi. & ideo, dum vult, quòd allegans debuit probare quicquid dicit, per authoritates vel rationes: quoniam allegare, & allegatum non probare, nihil eſt agere, ſecundum Specu. in ti. de interroga. quæ fiunt ante li. conteſt. §. 1. verſi. ſciendum. Maximè autem illud verum in propoſito noſtro, in quo ſunt tam pinguia, prægnantia, multipliciaq; & repetita verba, quæ hanc vulgi opinionem nullo modo patiuntur, vt ſtatim ſubijcietur: & remanet ipſa ſecunda concluſio indubitata, firma, & defenſata. Deſcendamus modò ad tertiam concluſionem, in qua (vt inquit poëta) & opus, & labor erit.

Tertia Concluſio.

QVòd Felicitas vidua, ſeu relicta Ioannis P. attentis verbis Teſtamenti, & mente teſtantium, ne dum ſuarum propriarum rerum, ſed etiam bonorum defuncti Ioannis P. quondam Teſtatoris et mariti prænominati, domina et proprietaria vel quaſi exiſtat, ſicq; de iure et dicenda et habenda ſit, ſaltem ad dies uitæ ſuæ. Quæ quidem concluſio, licet etiam uarijs modis à quibuſdam tentetur, redarguatur, et ſatis debiliter impugnetur, tamen quia per præfatos celeberrimos uiros ſuſtentata, defenſata, ſubtiliterq; ac egregiè et multipliciter roborata: ideo eam tanquam et iuri et rationi conſonam, ac indubitatam, penes me affirmo et approbo, eorum permaximè conſideratis fundamentis, quæ et urgere, et ſtringendo concludere uidentur, motus.

Et inprimis placet illud, quod aſſeruit dominus Andre. Alci. de dictione plenam, per iura et authoritates, per eum et dominum Iaſo. in d. l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. ſi Titius, ff. de uer. oblig. in 4. col. uerſi. Item ille dicitur, allegata uel allegatas, præcipuè per text. in d. l. raptores, in uerſi. proprietatem et plenam poſſeſsionem, coniuncta ſua glo. in uerſi. ſcilicet plenam, ſecundum primum intellectum verum et communem, uel etiam ſecundum qui ſimiliter eſt ſubſtantialis, 17.

vt per Sali.ibi, & etiam ante eum Odoffre. paulò ante finem, ibid. & videtur mihi
eſſe caſus in c.cùm veniſſent, de inſti.ibi. Nos igitur interlocuti ſumus, Archidia-
conum eſſe in plena & libera eiuſdem Archidiaconatus poſſeſsione tuendum, do-
nec legitimè probatũ fuerit ex aduerſo. &c. coniuncto c. volumus. 16. q. 4. cum ſi-
mi. ibi traditis, & permaximè ex quo verbis conuenit iſta argumentatio, & mens
in contrarium non apparet. l. talem, §. ſi. ff. de hæred. inſti. ſecundum Bal. in l.
precibus, in 10. col. in verſi. modò reſtat probare antecedens C. de impu. & ali.
ſubſti.

Nec obſtaret, ſi quiſpiam curioſus rerum indagator diceret, Amice, tu ducis
nos in amphibologiam, & reddis rem obſcuriorem, ac magis dubiam, quoniam o-
mnia illa allegata iura loquuntur & procedunt, quando adijcitur vel iunctum eſt
18. verbum, iure, & ſic dicatur pleno iure: quoniam tunc non mirum, ſi venit proprie-
tas & vſusfructus, & ſic totale ius in re, vt dicit Bal. & ſequitur Are. & moder. in
d. §. ſi Titius, & in illis terminis loquitur etiam Bal. in d. l. mater, & in conſ. 213.
incip: thema integrale præſupponendum eſt, circa finem 4. volu. Plenum enim di-
citur ſecundum eum, cui nihil poteſt addi, & à quo nihil poteſt minui. Vnde, quã-
do facultas conceditur, pleno iure intelligitur, id eſt, integrè, & ſine diminutione,
vt in c. apoſtolicæ, de præben. li. 6. & 86. diſt. c. bene quidem, & l. Iulianus, ff. de
rei vendi. l. ſi. §. ſimili quoq;. C. de bo. quæ libe. cum concordantibus, per Bal. ibi
proximè allegatis.

Similiter etiam & quando ſunt alia verba ſimilia, vel æquipollentia, ſeu idẽ
denotantia, vt puta, quando diceretur, plena proprietas: nam iterum non mirum,
19. quòd tunc intelligatur de proprietate & vſufructu. Ita dicit Bal. in l. fœminæ, §. il-
lud, per illum tex. C. de ſecun. nup. circa finem, ibi, pleno proprietatis iure obtine-
at, & quæ ibi ſequuntur. Dicitur etenim plena proprietas, quãdò quis habet pro-
prietatem & vſumfructum, ſecundum Bal. ibi. Sic etiam quando diceretur plenum
dominium: nam & tunc illud bene procederet & intelligeretur, & proprietate &
vſufructu, qui eſt pars eius. l. 4. ff. de vſufruc. & in l. Meuius, §. fundo, ff. de lega. 2.
coniuncta ſua glo. & in l. mater. & ibi Bal. C. ad Tertul. Sed quando huiuſmo-
di vel ſimilia verba non ſunt appoſita, non loquuntur illa iura, nec hoc vide-
tur procedere, vt eſt in noſtris terminis, quia neutrum horum in teſtamento repe-
ritur poſitum.

Sed his non obſtantibus, arbitror ſuprà formatam concluſionem fore veriſsi-
mam & indubitabilem, ex illorum clariſsimorum virorũ deductis, & inferiùs ſta-
tim deducendis fundamentis: permaximè autem cùm & de facili ad ꝓximè in cõ-
trariũ deducta poſſumus reſpondere. Inprimis, quia licet verum ſit, quòd aliqua ꝓ-
dicta iura vtantur illis prædictis verbis, tamen non ſemper: & negari non poteſt,
quin etiam pleraq; vtantur alijs coniunctionibus, vt verbi gratia, plenam poſſeſ-
ſionem: vt facit tex. in d. c. cùm veniſſent, & d. l. raptores, §. ſin autem. C. de epiſ. &
cle. In quibus ſcilicet verbis ſaltem ciuilis & naturalis poſſeſsio complectitur, ſe-
cundum omnes, ibi, quæ non conueniunt vſufructuario ſed proprietario, qui ha-
bet vtramq; poſſeſsionem. Ideò ipſa Felicitas cenſenda erit proprietaria, vt per ex-
preſſum decidit Bal. in l. matrem, ff. ad Tertull. ſæpe alleg.

Pro quibus etiam, & ſecundò, bene quadrant, quæ dixêre domini conſulen-
tes de geminatione & multiplicatione quorundam verborum aliorum, omnimo-
dam, totam, integram & perfectam ſcilicet poſſeſsionem, iuribus per eos allegatis.
Et pro tanto magis, ex quo ſubſequitur in teſtamento adminiſtratio, regimen, &
gubernatio. Per quæ verba, adiunctis ſupradictis, proximè relatis adiectionibus,
abſq; dubio proprietas deſignatur. Et videmus etiam quandoq; poſſeſsionis ap-
20. pellatione intelligi & venire plenum dominium, vt in c. quoniam frequenter. §.
quod ſi, vt lite nõ conteſ. & voluit dñs Abb. in c. cũ ad monaſteriũ, in 1. notab. de
ſtat. mona. & in c. qui cum fure. Vbi etiam Abbas ſuper verbo poſſeſſore poſt glo.
ibi, ext. de fur. & tex. in l. interdum, de verb. ſig. ff. cum ſimilibus ibi datis.

Comprobatur etiam concluſio ipſa, & tertiò ex alio: quia referendo verbum
plenum

plenum ad adminiſtrationem, certè nil aliud erit dicere, quàm liberam adminiſtra-
rionem. Sic etenim fit interpretatio horum verborum per Bar. in l. inter bonorum,
ff. de adminiſtr. tuto. vbi per expreſſum dicit per iſtum tex. quòd plena adminiſtra-
tio libera dicatur, & è contrà. & l. creditor, §. Lucius, ff. man. ibi: Reſpondeo, 21.
eum de quo quæritur, plenè quidem, ſed quatenus res ex fide agenda eſſet, man-
daſſe. & in l. procurator cui libera, ff. de procur. & ibi doct. poſt Bart. ibi. ac in l. ſi
procurator. C. eo. ti. vbi etiam dominus Iaſon, & cęteri moderni in tertio nota. per
illum tex. coniuncta ſua glo. expreſsè volentes, quòd per iſta verba, concedo ple-
nam poteſtatem, intelligitur concedi libera adminiſtratio. Faciunt etiam plera-
que alia ad id tendentia, per dominos conſulentes allegata, breuitatis gratia non
repetita.

Et propterea tex. in l. quam Tuberonis, §. alia, ff. de pecul. dicit, & quartò,
quòd nunquàm homo videatur concedere liberam, niſi exprimatur. quem tex. di- 22.
cit eſſe meliorem ad hoc, qui ſit in iure ciuili. Bal. in c. contingit, de tranſac. qui ta-
men debet intelligi niſi apponatur æquiualens liberæ, vt ſunt verba, plenam ad-
miniſtrationem: idem enim eſt, quod concedere liberam, vt dicunt omnes; in d. l.
ſi procurator, ſcilicet adminiſtrationem. ibi etiam decidunt, idem eſſe, quando di- 23.
ſpoſitio vel commiſsio eſſet facta, vt faceret quicquid velit, vel pro voluntate agat.
Ita Bal. in l. fi. poſt princip. C. quod cum eo, verſi. ſed quid ſi literæ. Idem quando
dicitur, quicquid videtur domino vel filijs expedire. per illud quod tenet Bal. in ti.
de pace conſtan. in 34. col. in verſi. nomina, ad finem, ibi, nunquid ille, qui habet
poteſtatem faciendi quicquid viderit expedire. Allegat d. l. creditor. §. Lucius, ff.
man. quòd dicatur habere arbitrium voluntatis, & no. in c. 2. de iura. calum, li. 6.
in nouella.

Sic etiam, & quintò, per verba, facias ſicut in re tua: dum tamen non donet,
vel dilapidet: vt dixit Bal. in l. 1. in fi. C. de bo. mater. & per illud, quod voluit 24.
Bar. in l. in prouinciali, §. ſi ego, circa medium, ff. de no. op. nun. & alij, maximè
moderni in præall. l. ſi procurator, & iterum, idem ſi ſit dictum, quòd habeat tota- 25.
lem poteſtatem, ſecundum Ange. in l. illud, §. ſi talis, ff. de mino. Cuius lectura a-
pud paucos in illo ti. reperitur ſecundum modernos: aliqui tamen illam habent: &
quod ibi in fine voluit Bal. dum dicit eſſe paria, habere ſpeciale mandatum, vel li- 26.
beram. Allegat l. procurator, cui libera, ff. de procur. & notatur per glo. ibi in ad-
ditionibus ſuis. Et pro tanto magis, quoniam nonnunquam pro omnino ponatur,
vt in l. iubemus, §. primo. C. de teſta. & è conuerſo. l. antiquitas, §. cùm autem, C.
eo. & iterum magis, ex quo in propoſito huiuſmodi verba vel ſimilia coaceruātur.
Benè facit glo. inſti. de ſocie. in prin. & Bar. in l. ſi quis vnus, §. pactas, in 2. col. in
verſi. & not. Accurſ. quem allegat Zaſius poſt principium.

Modò etiam, & ſextò, ex alio: Ipſa domina vidua eſt domina directa, vel vti-
lis ſaltem, ſeu proprietaria, vel quaſi, quoniam vt patet ex prædictis, illa habet li-
beram adminiſtrationem, & eſt procuratrix in rem ſuam per proximè dicta. Pote- 27.
rit igitur vendicare de directo, ſed tunc nomine directi domini, & procuratorio no
mine principalis, concludendo ad dandum ſibi, & pro ſua vtilitate: ſed quando in-
tentat vtiles, agit nomine ſuo ꝓprio. l. ſi quis in rem, & ibi glo. & Bar. in prin. ff. de
procur. Bar. in l. planè, ff. famil. herciſc. & in l. qui ſtipendia, C. de procu. Bal. in l.
fi. C. quando fiſcus vel priuata. Nec poteſt reuocari. l. illud, C. de dona. Bal. in l. 3.
q. 1. c. man. niſi de conſenſu vtriuſq;, ſecundum Bar. in l. ſi procurator, in 2. col. in
verſi. ſed dices, ff. de condi. ob cau. Quare & nullo modo Felicitas ipſa matrona
noſtra poteſt dici vſufructuaria, ſed proprietaria, vel quaſi, per iam dicta potius.

Benè etiam, & ſeptimò, videtur in ſimili facere illud, quòd non minus ferè ꝙ
eleganter dixit & declarauit inſignis vir dominus Marianus genitor præcepto-
ris mei dignisſimi in conſil. 34. in verſi. circa ſextam q. per dominos conſulentes
allegato: & præcipuè, cùm valida ſit argumentatio de lege & eius verbis ad verba
teſtatoris. l. ſi quis ita legauerit, & ibi Bar. ff. de lega. 1. & in l. qui filiū, §. Sabinus,
& ibidem Bar. in fi. ff. ad Trebel. Eſt enim voluntas teſtatoris lex. §. diſponat, in 28.
aut. de

aut.de nup. colla. 4. vnde quando voluntas teſtatoris eſt clara & expreſſa, non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cùm quis ita, ff. de ver. oblig. Item, quando voluntas teſtatoris eſt clara, interpretatio verborum nuſquam tantùm valet, & melior ſenſu exiſtat: vt dixit text. in l. 3. in fi. C. de libe. præte. & quando illam habemus, non eſt vlteriùs quærendum, vt dixit Ange. in conſ. per conſulentes allegato.

Quinimò, & octauò, ſi fieret in propoſito, vel fienda eſſet hoc caſu interpretatio aliqua, certè illa per prius & potiùs, extenſiuè quàm reſtrictiuè fieri deberet.
29. Ita per expreſſum dixit ipſe Bal. in l. plenum, §. ſed ſi prætoris, ff. de vſu & habi. Per illum tex. & quia in teſtamentis plenior debet fieri interpretatio. l. in teſtamẽtis, de reg. iu. Specu. in ti. de inſtru. edit. §. 14. verſi. quid ſi ſunt plures. & in ti. de teſta. §. 1. verſi. quid ergo, in antepe. col. & voluit Bal. in l. precibus, in 16. col. verſi. ad idem quod in Teſtamentis, C. de impu. & alijs ſubſti. & per Canoniſtas in c. cùm dilectus, de dona. & Legiſtas omnes in l. 1. & 2. ff. de conſti. prin. & quidem
30. in dubijs pro eo, in cuius fauorem verba ſunt prolata. l. ſi ita ſcriptum, ff. de manu teſta. Sed in noſtro propoſito iſta verba, vt patet ex eorum inſpectione & multiplicatione, fuêre & ſunt prolata in fauorem ipſorum teſtantium. Ergo fieri debet interpretatio pro matre conteſtatrice, & vidua ipſa, in iudicium tracta vel conuenta.

Nonò, vltra iſta omnia ſupradicta, & per conſulentes allegata, ac generalitatem verborum, ac etiam id, quod dixit Bal. in addi. Spe. in ti. de emp. & vendi. in verſi. ſine aliqua exceptione, relatum per Alex. de Imo. in d. conſ. 133. in 2. col. in 5. volu. & per dominos ipſos conſulentes, videntur benefacere verba, quæ habentur in teſtamento, ibi, Vnſer kainem darinn gantz kain intrag noch irrung beſchehen/ꝛc. id eſt, penitùs nullum impedimentum vel controuerſiam fieri, eſt etenim
31. verbum, penitùs, præciſum, nullam limitationem vel modificationem recipiens. l. ambiguitatẽ, C. de vſufruct. l. fi. C. de edict. diui Adr. tol. & l. 2. C. de ſum. tri. & fi. catho. l. fi. ff. de ſerui. ruſti. prædi. c. ſuper eo, de hære. li. 6. ibi, ſine penitùs vlla audientia relinquẽdi, &c. maximè autem quando additur verbum, nullum, vel ſimile. Idem enim eſt, quod ex toto prorſus vel omnino, c. 1. de neg. præla. li. 6. & ibi Arch. & alij.

Decimò. Hæc ſuadet etiam contextualitas, & verborum & bonorum vtriuſque coniugis, vt latiſsimè habetur per ipſos conſulentes, præſertim Zaſium in ſuo conſilio. Præterea certum eſt, quòd domina Felicitas &c. id optimè comprobantes, quoniam ipſa in bonis ſuis proprijs vſufructuaria dici non poſsit, quia res ſua nemini ſeruiat. vulgata l. vti frui, ff. ſi vſufruct. peta. qui propriè loquitur in in vſu fructu. formali, ibi. Dominus autem fundi non poteſt, quia habet proprietatem vtendi fruendi, ius ſeparatum non habet; nec enim poteſt ei fundus ſuus ſeruire. Et ad propoſitum noſtrũ eſt melior tex. de mundo in l. cùm in fundo, in princ. ibi, maritus tamen vſumfructum non habet, ſed ſuo fundo quaſi dominus vtitur, conſecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non ſeparatam ab vſufructu. ff. de iu. dot. Ita dicamus & in terminis noſtris, vt & ipſa propter mariti diſpoſitionẽ, & rerum ſeu bonorum connexitatem, conſecuta ſit plenam proprietatem, ne incidamus in illud inconueniens, de quo per conſulentes.

Pro quibus, & vndecimò, adduco vltra allegata Bal. in d. l. precibus, in 5. vel 6. col. verſ. opponitur ergò ſeptimò, ibi; Item bona vnita ſeparares, quod ſecundũ eum eſt impoſsibile. C. de impube. & alijs ſubſti. allegat d. l. ſed ſi plures, §. filio. ff. de vulg. & pupil. & idem Bal. in l. quid ergo. §. penul. in verbo connexum, ff. de contra. iudi. tute. per illum tex. quem ipſe, vt referunt moderni in d. §. filio, ſemper habebat in ore. Idem Bal. in l. cùm neceſsitatẽ, C. de fideicom. in fi. & in c. 1. de capita. qui curiam vendi. in conſuet. feudor. Benè facit glo. in c. quia in tantum, de præben. vbi diſpenſatio, quanuis ſit odioſa, & ideo reſtringenda c. 1. in fi. de fili. presby. in 6. glo. in c. ordinari, de offi. ord. li. 6. extenditur ad cõnexa, & quòd poſt
32. illam ibi Abb. & alij. Hinc eſt etiã, quòd procurator, apponens manus ad connexa

mandati,

mandati, non dicitur excedere fines mandati, vt dicunt moderni Canoniſtæ in c. translato. in 3. col. in verſi. adde notab. conſi. Pau. de Caſt. & idem eſſe in delegato, vt voluit glo. 1. in c. licet ergo. 7. q. 1. & in arbitro. Idem ſecundum Innoc. in c. cùm dilectus, de arbi. & idem in teſte dixit eſſe Bal. in l. peremptorias, circa finem verſi. quæro actor. C. ſen. reſcin. non poſſe, & referunt moderni vbi ſuprà.

Et quòd ratione connexitatis multa in iure permittantur, quæ aliâs non permitterētur, dixit, & duodecimò, glo. per expreſsiſsime, 11. q. 3. c. nolite, in ver. triticum, ibi. Item ratione connexionis, allegando multa iura ibi videnda. et per Spe. in ti. de ſen. excom. §. 2. verſi. ſed ponè, dominus Card. in Cle. ſi. in 1. oppo. ibi. ex qua glo. not. de æta. & quali. Vnde videmus, quòd & connexitatis cauſa venit in iudicium illud, quod aliâs non veniret. l. eum actum. & ibi Bar. in 2. no. ff. de neg. geſt. & per moder. in l. ſi tibi. C. de carbo. edic. trahit enim vnum connexorum ad ſe alterum. d. c. trãslato. & ibi doct. ar. Card. in Cle. 1. in 20. q. de ſupplen. ne: prela. & Archid. 17. q. 4. c. ſi quis lo. 3. verſi. & nota quòd dicit illa rubrica & dominus Card. vbi proximè. 33.

Quòd autem, & decimo tertiò, iſta in propoſito noſtro fuerint & ſint connexa, patet: quia ſub eadem ſpõſione vel diſpoſitione, coæuancam duxēre originem. Sed quando hoc eſt, in vnam naturam ſpecies diuerſæ annectuntur, ſaltem quando eſt eadem origo in cauſa efficienti. Licet ergo vt aliqua ſint connexa, non ſufficiat, quòd eodē tempore ſint facta: tamen quando ſimul ſunt etiam facta, vt eſt in propoſito noſtro. Ergo erunt connexa. Et quod diſponitur in vno illorum, cenſetur diſpoſitum & in altero. d. c. translato. Nec poteſt dici omiſſum, quod eſt connexum expreſsè & inſeparabiliter. l. prædijs, §. balneas. ff. de lega. 3. vbi bonus tex. & in l. quæ religioſis, ff. de rei vendi. ſecundum Bal. in d. c. translato, in verſi. quid ergo ſi dubitetur: ſubijciens quid fortius in ſi. ibi. quod in vno connexorum reformatur, in alio intelligatur reformari, ſiue ſit connexum per dependentiam, ſiue per vnitatem rationis. l. ſi. C. de iudi. vidui. tol. vbi videtur caſus & in l. 1. in prin. C. de lati. liber. tol. quem refert & ſequitur dominus Feli. in eo c. ſed translato, C. de cõſti. in 3. col. in verſi. nota ſecundum Bal. 34. 35.

Vbi etiam dominus Antho. de But. & decimo quartò, multùm egregiè in 3. no. dicens, quòd ſpecies diuerſæ propter ſimilitudinem originis in vnam naturam annectuntur. Et hoc, quando eadem eſt origo in cauſa efficienti, in formali diſpoſitione, in temporum concurſu. Pro quo etiam ſecundum eum facit c. quanto, extr. de iudi. & repetitur ibidem per dominum Andre. Barb. in verſi. nota quòd ſpecies. ſubijciendo, ſic allegari illum tex. in d. c. translato, quòd connexorum idem ſit iudiciū, & vna ratio & ꝓpoſitio. Allegat l. ſi ita, §. regula, ff. de libe. & poſthu. & q̃ ibi habentur per glo. & doc. citat etiam Io. de Imo. in ſuo conſ. 137. incip. præfatus ſimus debitor, aliâs et ſecundum ordinē meorū eſt conſil. 139. incip. vt dictum eſt. Allegat Bar. in d. l. eum actum, vbi textus vtitur hoc verbo, ſi quid connexum: & dicit benè facere glo. cum tex. in l. etiā, §. 1. ff. de mino. et l. per hanc, C. de tem. appel. et tex. in c. cùm ſingula, de præben. lib. 6. ac id relinq arbitrio iudicis: per glo. in c. ſi ciuitas, de ſen. exco. li. 6. in verbo, cõtinētibus, et quod ibi Io. Calde. & Phil. Lanfran. et alij in finalibus verbis volunt. 36.

Decimo quintò, remanendo in materia connexitatis & dependentiæ, adduco pulchram doctrinam illius magni iuriſconſulti, & equitis aurati domini Fran. de Are. de accolitis in conſilio ſuo 27. aliâs & ſecundum ordinem meorum eſt 29. incipit: circa primum dubium. 13. col. in verſic. his breuiter præmiſsis, vbi vult, ꝙ neceſſariū antecedens ad aliquā rem ſit per conſequēs connexū, & cohærēs illi: quia illud dicat connexū & coherēs vni adminiſtrationi, ſine quo ipſa adminiſtratio bene perfici non poteſt, vel non cõmodè, ſiue illud antecedat adminiſtrationem, ſiue ſequatur. Primum probatur in l. ſi tutor poſt pubertatem, ff. de iure. et ratio. diſtra. Secundum in l. ita autem, §. ſi tutor, ff. de admi. tuto. Tertium verò in l. 3. §. 37.

in l. 3. §. iudicio cõtrario, ff. de contra. iudi. tute. & in l. 1. §. non autem, ff. de exerci.
Sed quando lex dicit, ſecundum eum, & quando fideiuſſor obligatur pro certa ad-
miniſtratione alterius, ſimiliter cenſetur eſſe obligatus pro omni actu connexo ad
illam adminiſtrationẽ. vt eſt tex. ſingularis: & ibi hoc tenet clarè Ia. de Are. & Bar.
in l. Lucius, §. Paulus reſpondet, ff. de admini. tuto. coniuncta ſua glo. in ver. tutelę
iudicio, ibi, niſi eſſet connexitas.

Ergo, & decimo ſextò, idem dicendum in propoſito noſtro. Si ipſa Felicitas
vidua debet habere plenam, perfectam, liberam, ac omnimodam adminiſtrationẽ
omnium bonorum, tam ſuorum, quàm ipſius defuncti mariti, ſcilicet Ioannis ſe-
nioris P. Item, debet poſſe alienare quatuor milia aureorum: item, & dotare filias
indotatas, & quædam alia, de quibus in Teſtamento, facere, inferiùs & ſuo loco
tangenda, non cõpetentia neq; permiſſa vſufructuario: certè neceſſariò erit cõclu-
dendũ, ipſam fore ꝓprietariã, ſeu habere ꝓprietatẽ nedum ſuorũ bonorũ, ſed etiã
eorũ, ꝗ quondam fuere mariti eius, vt connexũ & neceſſarium antecedens ad iſta,
38. ſine q̃ talia fieri nullo modo poſſent. Nõ em̃ poteſt vſufructuarius quoquo modo
alienare proprietatem, nec in dotem dare, vel ſimilia, teſtamento expreſſa, facere.
l. intereſt. C. de vſufruc. Per quem text. ita firmant glo. in verbo, ſeruabitur: & poſt
39. eam Bar. in l. ſi fundus, §. 1. in verſi. quæro qui ſunt iſti. ff. de pigno. Volens e-
nim vnum, videtur omnia velle, ſine quibus ſuum velle nõ poſſet operari. l. pro
hærede, §. 1. ff. de acq. hære. Benè facit regula l. cui iuriſdictio, ff. de iuriſ. om. iudi.
quæ habet: quòd cui conceditur aliquid, intelliguntur conceſſa omnia, ſine quibus
illud explicari non poteſt. l. 3. in fi. ff. de penu. lega. c. præterea. & c. ſuſpicionis, de
offi. delega. cum ſimi. & Roma. conſi. 94. incip: viſis his quæ narrantur in præ-
miſſa conſultatione in fine.

Decimo ſeptimò, comprobatur dicta concluſio, quia non eſt nouum, ſi in his,
habentibus vnitatem & connexitatem ad inuicem, fiat extenſio de vno etiam loco
ad alium. Ar. eorum, quæ habentur in l. ſi finita, §. ex hoc, ff. de dam. inſec. & l. cum
eiuſdem, ff. de ædi. edict. & l. ſi interdum, ff. de aqua plu. ar. Per quæ iura id vide-
tur voluiſſe dominus Signorola de Homodeis in cõſil. ſuo 89. in fi. & meo iudicio
optimè probant. Si hoc in locis, ergo idem & in rebus, & quidem multo magis &
40. à fortiore. Satis enim validè arguitur de vno ad aliud, de loco ad tempus & ad res,
ac è contra. vt per Bar. & doct. in l. vnum. in 2. no. ff. ſi cer. pet. & Nico. de Neap. in
l. ſcire, §. conſequens. in 2. col. in verſi. item quia argumentum, ff. de excu. tuto. &
Bar. in l. qui plures, la. 2. ff. de vulg. & pupil. & in l. fi. ff. de triti. condic. & quidem
etiamſi diſpoſitio eſſet pœnalis connexitas, haberet hanc operationem: vt habetur
in dictis locis, & per dominum Abb. in d. c. translato. 2. col. verſi. his præmiſsis
nota primò. Allegat text. in l. 1. ff. ad Tertul. & tex. cum glo. in c. poſtquam, in fi.
de elec. li. 6. & in c. 1. de poſtu. præla. in glo. pe. & adducitur tex. melior de iure, ſe-
cundum Bal. ibi, in c. 1. §. porro. in ti. quæ fuit pri. cau. benef. amit.

Nec in eo repugnat, decimò octauò, ſi quiſpiam inſurgeret atq; diceret, pona-
tur, ſalua veritate, quòd ſit vnitas vel connexitas bonorum vtriuſq;. Item, & quòd
tunc trahantur ad inuicem, & ſic de vno, quemadmodum de reliquo de iure ſit iu-
dicandum. Tamen non video, neq; apparet aliqua ratio, cur bona ipſius viduæ ſua
propria magis trahant bona præmortui mariti ad ſuorum naturam, ſcilicet, vt ef-
ficiatur proprietaria, etiam illorum bonorũ defuncti, quàm è contrà, quòd quali-
tas bonorum mariti trahat ad ſe bona mulieris, vel viduæ, & ſic ipſa efficiatur
vſufructuaria omnium bonorum, proprietate remanente quidem apud hæredes
inſtitutos. Ar. l. à Titio, ff. de ver. obli. ibi, Cur nõ idem in dote promiſſa ratio red-
di non poteſt? & adhuc melius in l. 3. §. 2. ibi, Nam & diuus Marcus decreuit idem
in poſthumo, quod & in filio ſeruandum, nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de
libe. & poſthu. Qui enim ſpeciale aliquid eſſe vult dicere, eius & permaximè ſpe-
cialitatis rationem aſsignare debet, vt ibi. & facit glo. in l. filium, C. famil. herc. &
pleraque alia, quæ ſtudendo breuitati omiſi. Quod quia in propoſito fieri non
poteſt, Ergo, &c.

Iſtud

Iſtud ſuaderi videtur, & decimo nonò, etiam ex eo, quia talis interpretatio eſt 41.
benignior, quæ cæteris eſt præferenda. l. benignius, & ibi notata. ff. de legi. & per-
maximè, cùm etiam tendat in fauorem filiorum. Sequendum autem, imô & præfe-
rendum eſt, quod fauorabilius inuenitur. Et eſt l. 1. C. ſi mancipium ita ſue. alie. &
in l. ſeruus, in fi. ff. de ſer. expor. Et quia hoc etiā conſulitur deſcendentibus, & po-
ſteritati amborum ipſorum teſtantium, ar. l. cùm auus, ff. de condi. & demon. & l.
cùm acutiſsimi, in fi. ibi, ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones proprijs antefer-
re, C. de fideicom. & adhuc melius in l. generaliter, §. cùm aũt, C. de inſti. & ſubſti.
Quæ iura procedũt, etiamſi quis eſſet grauatus reſtituere alij filio teſtatoris, quan-
uis ibi videatur paritas fauoris, & ſic par affectio videbatur facere ceſſare priuile- 42.
gium illorum iurium. l. non ſolùm, §. de vno. ff. de ritu nup. Tamen & iſto caſu talis
fauor non ceſſat. Ita Bal. in d. l. cùm acutiſsimi, in 1. col. circa finem. & ibid. Sali. &
Io. de Imo. & Ludo. Roma. in l. ſi cui, ff. de donat. cau. mor. & eſt glo. & tex. in d. l.
cùm auus, & ibi Rapha. quem ibi etiam allegat Ludo. Roma. in conſilio ſuo 378.
incip: in propoſita conſultatione videtur prima fronte dicendum dominum Ludo-
uicum, in verſi. his tamen non obſtantibus, aliâs eſt conſilium 370.

Fortificari etiam, & viceſimò, videntur iſta ad propoſitum noſtrum: nam &
illa iura extenduntur, vt non procedant ſolùm in patre inſtituente filium, & gra-
uante fideicommiſſo, ſed etiam habent locum in matre. Ita firmat glo. 2. in d. l. ge-
neraliter, §. cùm autem, in verſi. ſubſtituit, vbi etiam Odoffre. & Cy. in 1. q. & An-
ge. & Fulgo. ibi Bar. & Io. de Imo. & Raph. in d. l. cùm auus, et ſecundum Moder-
nos benè facit tex. in ſæpe allegata l. generaliter, §. cùm autem, dum dicit, quòd illa
deciſio habeat locum etiam quando inſtituti ſunt filij naturales tantùm. Ergò ap-
paret, quôd non curatur de patria poteſtate. Ad idem facit etiam textus in d. l. cùm
acutiſsimi, in verb. ſi quis. Nam illa dictio, ſi quis, ita comprehendit fœminam, ſi-
cut maſculum: vt declarat Barth. in l. 1. cum concor. ff. de ver. ſig. Vnde licet vi- 43.
duæ virum non habentes, ſint ſicut pupilli & infirmi, miſerabiles perſonæ, & gau-
deant priuilegijs & fauoribus multis, vt in l. 1. C. quando Impera. inter pupil. &
vidu. & ibi Bar. tamen non tantis, vt abſorbeant filiorum fauorem, qui præpon-
derat & præualet, per ſuperiùs dicta, & inferiùs dicenda, ſuo loco & tempore eti-
am diſcutienda.

Sed tamen his & alijs quibuſcunq; non obſtantibus, reſideo in concluſione,
&c. cum cõſulentibus ſto firmiter, cùm, quia prædictis de facili poteſt reſponderi,
tùm etiam, quia rem noſtram non attingunt, tùm etiam, & tertiò, vel neruo carent.
Nam, & viceſimoprimò, etſi verum ſit, quòd benignior interpretatio ſit ſumenda 44.
& præualeat, illud tamen intelligitur in dubijs, non quando res eſt clara, vel ſen-
ſus clarus. Primum probatur in l. continuus, §. cùm ita, ff. de ver oblig. ibi, in eo
quidem tempore atq; facto, quod finitum eſt, nullus eſt coniecturæ locus, cum ſi-
mil. ibi traditis. Secundum verò probatur in l. ſi quis, & ibi Bar. C. de libe. præte.
in verbis: cùm enim manifeſtiſsimus eſt ſenſus Teſtatoris, verborum interpreta-
tio nuſquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat. & l. 3. §. condictio, ff. de adi. le-
ga. 38. diſtinc. c. ſedulò. Sed in ꝓpoſito & terminis noſtris manifeſtiſsimus eſt ſen-
ſus teſtatoris, & quidem multiplicitate, & repetitione tantorum pinguium verbo-
rum teſtamento inſertorum & accumulatorum, vt patet ex dictis ſuprà & infrà ſta-
tim copiosè dicendis. Ergo non cadit, neq; habet locum aliquem interpretatio.

Prætereà, & viceſimo ſecundò, datò, quòd interpretatio in propoſito eſſet fi-
enda, tamen illa quæ fit, & ſumitur ex veriſimilitudine, præferenda eſt & præfert
interpretationi in minorem vel benigniorem fiendæ: ſecundum Alex. de Imo. in 45.
l. inter ſtipulantem, §. 1. de ver. oblig. in 5. vel 6. col. in verſi. Item adde, ibi. & iſta
talis interpretatio videtur priùs facienda, quàm interpretatio quæ fit in minorem
& benigniorem partem, per not. glo. in c. in noſtra: & dominum Abba. ibid. de te-
ſtibus, in 1. col. in verſi. 2. ad veriſimiliora allegat in ar. c. quia veriſimile, de præ-
ſump. & c. ſup hoc, de renun. & c. ſolicitè, de reſti. ſpo. & poſtmodũ in 3. col. verſi.
ſecundò nota, priùs recurrendum ad veriſimiliora, &c. Et ibi ſatis innuitur in tex.

vbi etiam moderniores in 2.col. Sed in propoſito noſtro ex voluntate teſtatorum,
& veriſimilitate arguendo, vel ſumendo interpretationem, ipſa vidua erit & eſt
proprietaria, quia non eſt veriſimile, quòd teſtator ipſe contra illam, & quidem
46. matrem ac vxorem voluerit vel ſtatuerit id, quod contra ſe ſtatui nollet. Nam iſtud
eſt æquum arbitrium, quod eſt æquum in ſe & in alium, vt in l. 1. ff. de ſolu. ibi. æ-
quiſsimum enim viſum eſt, creditorem ita agere rem debitoris, vt ſuam ageret. Per-
mittitur ergo creditori conſtituere, in quo ſolutum velit, dummodo ſic conſtituat,
vt in re ſua conſtitueret. Sed non eſt veriſimile, neq; credibile, quòd Ioannes P. vo-
luerit in bonis vtriuſq; vſufructuarius fieri ſuperuiuens. Ergo & idem dicendum
modò in vxore & vidua relicta, nec quòd fuerit de mente vnius vel alterius ſe ſua
proprietate in rebus ſaltem proprijs priuare. Ergò, &c.

47. Pro quo, & viceſimo tertiò, optimè facit text. & quod ibi per illum dicunt
doct. in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. Nam quando aliquid habet ſe ad lucrū
& damnum, licet caſualiter contingat damnum, non per hoc dicitur lædi, etſi ſit
minor, per hoc non debeat reſtitui, tanquam læſus. Qui textus reputatus eſt ſingu-
laris à Bal. in l. cùm Archimedoram, C. vt in poſſeſ. lega. Sed habet conſonum, &
concordant l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſt. & ibi moderniores, & quædam l. ſi
ea. C. de vſu. quæ id benè probant. Modò ad propoſitum noſtrum. Licet per con-
tingentiam facti & diſpoſitione diuina euenerit, quòd Ioannes P. præmortuus
fuerit, & caſum ex parte ſua præſtiterit, tamen potuit & contrarium eueniſſe, &
damnum, quod ipſe vel ſui hæredes modò patiuntur, poſsibile fuiſſe, in lucrum
ceſsiſſe, vel commodum maximum, ideo nec ipſe, nec ſui hæredes, de hoc ca-
ſu conqueri habent, per iam dicta iura & relatam doctrinam doctorum, & quæ in-
feriùs dicentur.

Vel alio modo, & viceſimo quartò, poteſt reſponderi, quòd quando fieret ta-
lis interpretatio, de qua in obiecto, tunc ipſa vidua priuaretur proprietate rerum
ſuarum propriarum, vt patet ad ſenſum, nec poſſet de eis diſponere pro libito vo-
lūtatis, nec teſtari, quod, vt vtar verbis Bal. in ſimilibus terminis, in l precibus, in
5. vel 6. col. in 7. oppo. C. de impu. & ali. ſubſti. abſurdo abſurdius foret: ideo eui-
tandum. Clem. 2, de magiſtris. & c. in geneſi. de elec. & eſt validum argumentum
in iure noſtro ab abſurdo, vt dixit Bal. in l. conuenticulam, in 2. col. in verſi. item
eſt argumentum ab abſurdo, & probatur in l. cùm patremfamilias, C. de condi. in-
ſer. cum concor. Item eſſet vel fieret contra reg. quæ habetur in l. in re mandata, C.
48. man. & c verum, de condi. apposi. Nec perditur dominium ſeu proprietas ſolo
conſenſu, ſecundum Bar. in l. inter officium, ff. de rei vendi. poſt Iaco. Bu. & pro-
batur in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acqui. poſ. vbi ſunt verba quaſi iuriſconſul-
ti. Ne ergo offendantur, imò & confundantur tot regulæ iuris, ncūe ſequantꝰ ſuprà
memoratæ abſurditates, & inferiùs referendæ, etiamſi alia nō forēt, & ꝓut interꝑ-
tatio aliqua fiēda eſſet, eligereꝰ iſta, & ipſa vidua ꝓprietaria remaneret ꝑ iam dicta.

49. Confirmātur iſta etiā, viceſimo quintò ex eo: Nam quoties vna determina-
tio ſequiꝰ plura determinabilia, quæ poteſt pariter determinare, determinat ea pa-
riter. Ita Bal. in d. l. precibus, in 8. col. verſi. ſecundo dico. Allegat legē ꝗuis, & l.
hæreditatem, eo. ti. ſcilicet de impube. & alijs ſubſti. & determinat ea vniuocè non
50. æquiuocè. Ergo idem hic, ſeu in propoſito noſtro dicendum. Et, vt ipſe Bal. vbi
proximè ſubiunxit confirmando & alia ratione, quia ad vnitatem formæ corre-
ſpondet vnitas ſubſtantiæ. l. cùm quæſtio, C. de lega. & ibidem Bal. & alij. & vide-
51. mus & habemus ſimile: quòd quando duo vocabula veniunt ad determinationem
eiuſdem verbi, debēt intelligi, vt vniformiter operentur. Tex. eſt quem Bar. ibi ad
hoc notat, & dicit ſe neſcire. alibi in l. ſi. C. de ſen. & interlo. om. iudi. Refert, & ſe-
quūtur moder. Papien. in l. nam hoc iure, in 6. col. in verſi. adde ad iſtam regulam,
ff. de vulg. & pupil. ſubſti. De quibus alij: & per doctores in locis, maximè per do-
minos conſulentes allegatis, quæ non duxi repetenda.

Quod et maximè, ac viceſimo ſextò, procedit et eſt verum in propoſito no-
52. ſtro, in quo diſpoſitiones ſunt reciprocę inter iſtos coniuges. Ergo et multò magis
debent

debent cenſeri validæ: quia non dicuntur inducere grauamen aliquod, nec onus,
cùm ſint reciprocæ ac viciſsitudinariæ, & ſic etiã non dicuntur inducere votũ ca-
ptandæ mortis. l. 1. & l. ſi. C. de pact. & ſuprà allegata l. de fideicõmiſſo. Sicuti eti-
am aliâs ſæpè videmus, ꝙ diſpoſitio, quæ ſimpliciter facta, non valeret, ſi fiat reci-
procè, bene valet, & tenet. l. quod autem, §. ſi vir & vxor, ff. de dona. inter vi. &
vxo. vbi caſus in l. ſi pater. & ibi Cy. Bal. Sali. & Pau. de Caſt. qui illum ibi ad hoc
notãt. C. de inoff. teſta. in vltimis verbis, dum dicit, calumnioſam inofficioſi actio-
nem aduerſus iuſtum iudicium teſtatoris inſtituere non debetis, quàm ex huius fi-
dei commiſſaria reſtitutione, tam matris quàm fratris eius portio ad eam poterat
peruenire: volentes vno ore, quòd ſi coniuges faciant ſibi inuicem reciprocam do-
nationem, ſi contingat alterum præmori, non dicatur donatio prohibita, ſi dicatur 53.
quòd ſit donatio inter viuos & non poſsit reuocari, ſecundum l. vbi ita donatur,
ff. de donat. cau. mor. & quòd ſtatim erit valida, & non indigeat confirmatione per
mortem, & etiam non interueniente traditione poſt mortem, poterint bona peti,
ſecundum eos ibidem, & maximè Pau. de Caſt. poſt alios.

Modò ad rem & propoſitum noſtrum, & viceſimo ſeptimò, iſti coniuges po-
tuiſſent quiſꝗ per ſe, & ſimpliciter feciſſe teſtamentum, & alter alterum inſtituiſſe,
vel proprietariam reliquiſſe ad vitam, & quidem validè, cùm à iure non ſint pro-
hibiti. Ar. eorũ, quæ habentur in l. ſi quæramus, ff. de teſta. cum ſimilibus. Quini- 54.
mò etiam ſe inuicem bonis verbis, ac blando ſermone non minus poſſunt induce-
re. Caſus eſt rotundus in l. ſi. quæ loquitur in viro, ff. ſi quis ali. teſta. prohi. & in
l. ſi. C. eo. ti. & perpulchrè hoc in terminis voluit Rapha. Raymundus ſeu Cunani
conſ. ſuo. 89. ibi. nec iure cautum reperio, quòd vxor non poſsit inſtitui, quoniam
etiam aliquando ab inteſtato vocatur, vt l. 1. C. vnde vir & vxor, & quædam alia,
de quibus ibi per eum. Iniquum enim fuiſſet, vt maritus vxorem inſtituere nõ po-
tuiſſet, quæ eſt ſocia diuinæ & humanæ domus: vt l. aduerſus, C. de cri. expi. hære.
& etiam viuente marito dicitur quodammodo domina rerum mariti: vt l. 1. ff. re-
rum amota. Si hoc in quolibet eorum per ſe & ſimpliciter, quanto magis id potuê-
re reciprocè facere, & quidem validiſsimè per proximè dicta, relata per dominum
Iaſo. de May. Mediola. in quodam ſuo conſil. incip: circa primum conſultationis
articulum, in 6. col. in verſi. accedat etiam ad prędictorum confirmationem. ibi ad-
uertendum, quòd iſtæ conuentiones ſunt reciprocæ: vbi pulchrè loquitur, inſerto
inter conſilia Alberti Bruni, & quidem octauum in ordine, quæ omnia videntur
inferre ipſam viduam fore proprietariam, non ſimplicem vel nudam vſufru-
ctuariam.

Et quòd ipſa Felicitas vidua ſit domina & proprietaria, poteſt viceſimo octa-
uò comprobari ex eo, quòd præfati coniuges permiſere ſibi inuicem, quòd alter
poſt mortem vnius eorum poſsit vti rebus relictis vt ſuis, cum verborum ampliſſi-
catione. Quod quãdo ſit, abſꝗ dubio cenſeť dominiũ ipſum translatũ, & proprie- 55.
tas. Ita Angè. Are. in ti. de reſti. in prin. col. 8. ſuper verbo, quodammodo, dum di-
cit, nota bene iſtum textum, ad quæſtionem de eo, qui promiſit alicui vti re ſua,
quemadmodum perfectè dominus eſſet. Nam per hoc videtur in eum tranſtuliſſe
dominium, & ei conceſsiſſe plenam poteſtatem alienandi & vendendi, & facere
quicquid de eadem voluerit, ſaltem in propoſito, ſecundum datum modum. & ſa-
tis etiam corroboratur ex non diuidenda voluntate Teſtatoris, ar. l. eum qui. §. ꝑ
parte, ff. de his quæ vt indig. in ſi. ibi. nõ enim ratione iuris, vel poſſeſsionis varie-
tate inducere diuiſionẽ voluntatis. Quo genere arguendi vtitur etiam Pal. in d. l. ſi
precibus, in 8. vol. 19. col. in verſi. Tertiò dico quòd hoc probatur, allegando d. l. 56.
eum qui, quam etiam allegauit ad deciſionem notabilis quęſtionis in l. eam quam,
in 4. vel 5. col. in verſi. extra quæro, quid ſi teſtamentum non valet. C. de fidei-
com. & in l. cùm virum, in 2. col. verſi. quæro nunquid prælegata, vbi dixit illum
tex. notabilem. C. eo. ti. Eſſet enim diuidere voluntatem Teſtatoris, ſi in vnius bo-
nis ſuperſtes haberet proprietatẽ, in alterius vſumfructum vel alimenta tantùm,
contra verborum & mentium ſeriem.

Et prętereà, ac quidem triceſimò, etiamſi res non admodum eſſet clara, ſed dubia, adeoq; neceſſariò deberet fieri interpretatio, adhuc non repugnaret, quia in
57. dubio illa eſt ſemper fienda, vt actus magis valeat quàm pereat. l. quotiens, in fi. ff. de re dubi. c. abbate, de verb. ſig. No. in c. inter dilectos, de fide inſtr. in verſi. quo magis. Floria. in l. tradendis, ff. communia prædi. cum ſimilibus. Si enim fieret interpretatio, quòd Felicitas vidua eſſet nuda & formalis vſufructuaria, ſequeretur, quòd diſpoſitio ipſa, & relictus vſusfructus eſſet inutilis. Ante enim aditam hære-
58. ditatem cedit dies vſusfructus legati. l. 1. §. excepto etiam vſufructu, C. de cad. tol. Et hæreditas non poteſt per alium adiri viuente vxore. Ergo tale eſt. Quare ſi vſufructus eſſet vxori poſt mortem ſuam, quòd legatum non valeret. l. Titio cùm morietur, ff. de vſufruc. Vnde ne voluntas teſtatoris ſit inutilis, videtur dicendum, quòd Felicitas vxor, modò vidua, intelligatur hæres vel proprietaria in vita ſua.
59. Nec obſtat quòd apponitur verbum, vſufructuariam, quia intelligitur vſusfructus quandoque pro proprietate, & ponitur pro vſufructu cauſali. l. Proculus, ff. de vſufruc. l. donatio in concubinam, §. ſpecies, ff. de dona. præcipuè ex quo aliqua prægnãtia verba, proprietatem deſignantia, in propoſito noſtro appoſita ſint, & concurrant, vt etiam dixêre alij ſuprà relati.

Fortificantur iſta, & triceſimo primò, per dictum & autoritatem Bal. in auct.
60. niſi rogati. C. ad Trebell. quòd quando Teſtator ſeipſum gloſſat, & mentem ſuam declarat, nunquã itur ad interpretationem. & glo. legis. Sed tunc eius voluntas pro lege omnibus modis eſt ſeruanda, nec eſt curandum de hoc: quia in caſu claro omnis interpretatio dicitur calumnioſa, glo. not. & ibi doct. in l. quicquid aſtringẽdæ. ff. de verb. oblig. Et bene facit, quia non ſufficit, quòd Teſtator velit, niſi etiam diſponat. l. quidam cùm filium. & ibi no. Bal. ff. de hære. inſti. Et ita voluit declarando iſtum paſſum Alex. de Imo. in d. l. 3. C. de libe. præte. vbi ponit illas limitationes. Sic in propoſito quidem noſtro, ex quo verba Teſtatoris ſunt aperta & clara, quòd nedum debeat eſſe fructuaria, ſed etiam plenam poſſeſsionem, gubernationem, adminiſtrationem, & regimen in omnibus, &c. Ex tot verbis circa iſtud in teſtamento repetitis, reiteratis & geminatis, certè non poſſumus voluntatem Teſtatoris reſtringere ad vſumfructum tantùm, potuiſſet, etiamſi id voluiſſet, vnico
61. verbo exprimere & ſe expedire, vſufructuariam relinquere. Nec opus fuiſſet tot prægnantibus verbis, quæ niſi deſignarent proprietatem, nil operarentur penitus contra regulam c. ſi Papa, de priui. li. 6. & l. ſi quando, ff. de lega. 1. cum concordantijs ibidem traditis.

Triceſimo ſecundò, corroborãtur iſta etiam ex alijs verbis, teſtamento inſertis, dum datur poteſtas ipſi Felicitati plena, & quòd poſsit liberè diſponere de vtriuſque bonis pro voluntate vſque ad ſummam quatuor millium aureorum. Item legare & donare, ac cum eis pro deſiderio ſuo & libito agere abſque contradictione: item dotare filias certo modo & forma. Quæ quidem verba clariſsimè denotant proprietatem, & non vſumfructum, quia vſufructuarius non poteſt di-
62. ſponere & facere de re ad libitum ſuũ, ſed debet uti & frui arbitrio boni uiri, ſalua rerũ ſubſtantia, ut inſtit. de uſufruc. in princ. Et tradit Azo in ſumma, in ti. de uſufruc. & Bal. in Rub. C. de uſufruc. paulò poſt princ. Et ſi uſufructuarius alienat, a-
63. mittit uſumfructũ: ut habetur inſtit. de uſufruc. §. itẽ finitur. Faciunt not. per Bar. in l. intereſt, C de uſufruc. Et quod traditur in l. arboribus, §. uſufructuarius, ff. de uſufruc. Ita in terminis & ad rem noſtram decidit clariſsimus uir dominus Marianus Socynus, p̃ceptoris mei digniſsimi genitor in conſil. ſuo 10. incip: Quãuis quęſtiones ſupradictæ. in 3. col. in uerſ. 2. probatur.

Quòd autem, & triceſimotertiò, legare & diſponere de rebus in teſtamento,
64. & donare, ac dotare, & ſimilia facere, ſit alienare, eſt de iure admodum clarum. Et probatur primùm in l. ſi quis, §. certum. & ibi Bal. C. de ſecun. nup. ubi inſtituendo hæredem, uel legando, quis dicitur alienare. & in l. peto, §. fratre, ff. de lega. 2. & in l. ſi quis ita promiſerit, §. ea lege, ff. de uer. oblig. Secundum

uerò,

verò, ꝙ donare ſit alienare, habetur etiam in dictis iuribus, & in c. nulli, ext. de re. eccle. alienan. vel non. c. nulli; vbi bonus textus ad propoſitum iſtud. Et voluit Specul. in ti. de loca. §. nunc verò aliqua, verſi. 107. allegat dicta iura. Tertium, quòd dotare, ſeu datio in dotem, etiam ſit alienare, probatur in l. nulla, vbi glo. & Bal. in 2. col. in verſi. quæro quædam puella, C. de iure doti. & idem Bal. in l. voluntas, in vlt. col. verſi. quæro an iſta ſoror, C. de fideicom. & Specu. in ti. de empti. & ven. §. tertio, verſi. quid ergo. ibi. Cùm enim ꝓhibita ſit alienatio, & per conſequens, & in dotem datio. l. fi. C. de re alie. non alien. Quartum verò ſcilicet, & ſimilia, vt eſt permutare, vendere, ſolutionem recipere, & ſic de alijs, de quibus habetur per diſcurſum iuris, quæ omnia alienationem important, vſufructuario nullo modo competentem, ſed proprietario. Ergo ipſa Felicitas proprietaria, & non vſufructuaria formalis cenſenda.

Ad idem, triceſimo quartò, allego vel adduco vnum egregium conſilium domini Raphaëlis de Raymundis, qui in terminis id videtur decidere in conſil. ſuo 120. quaſi per to. ti. ibi. Cæterũ cùm teſtator adiecerit illa verba, ea acceptando legatum, quòd poſsit ordinare. &c. Dicendum videtur, ſecũdum eum, proprietatem quatuor ducatorum impræſtitorum, non ſolum vſufructum relictum eſſe. Nam
cùm contra naturã vſusfructus ſit, vt legari poſsit, quia perſonalis eſt, & cum per- 65.
ſona finitur. Inſti. de vſufruc. §. finitur, & l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff. de ver. oblig. l. vxor. C. de lega. & l. quod in rerum. §. 1. ff. de lega. 1. vblens id, quod proprietati conuenit, & vſufructui repugnat, videtur proprietatem legaſſe. l. Proculus, ff. de vſufruc. Si enim onus appoſitum ſecundum eum, & prohibitio teſtatoris adiecta legato vſusfructus faciunt intelligi legatam proprietatem, cùm tale onus & prohibitio non conueniant vſufructui, ſed proprietati. vt d. l. Proculus. Multò fortiùs facultas ordinandi, non conueniens vſufructui, ſed proprietati, quæ fauo-
rabilior eſt, hoc idem operatur. Nam vt dixit Bal. in d. l. Proculus, modus & for- 66.
ma, traditus à diſponente, declarat mentem diſponentis, & ex ea augetur effectus. & quæ ſequuntur ibi. Modò in terminis noſtris iterum, & multò fortiùs propter prægnantia verba, & accumulationem eorum, vt dixi ſuprà, id erit, vel eſſe debet.

Ad idem, & quidem trigeſimo quintò, benè facit textus in l. donationes, §. ſpecies. ff. de dona. Quem caſum dicit Dy. alibi nõ eſſe: vt no. Cy. in l. ſi mulier, C. de iure dotium, in finalibus verbis. et refert & ſequitur dominus Card. Zabarel. in conſ. ſuo 91. incip: A. vſurarius manifeſtus. 4. col. verſi. ad tertium dico. quod reperi, priuſquam viderem vltimam conſultationem domini Zaſij: in prima enim non erat. Et benè facit ad rem noſtram illud, quod dicit Floria. de ſanc. Petro in d. l. Proculus, dum uult, quòd uſusfructuarius prohibitus alienare efficiatur proprietarius. Et licet ipſum de recenti, & in fonte non uiderim, tamen quia ita relatum per uirum magnum, & quidem per ipſum dominum Ioannem Bertachinum de Firmo, uirum omni ueneratione dignum, in uerſi. uſufructuarius alienat. uerſi. penul. ubi apertè id dixit: cui in hac parte de facili eſt fides dãda, maximè cum inuenerim Bal.
idem firmantem in d. l. Proculus. ibi. & eſt argumentum: quod ſi teſtator legat uxo- 67.
ri uſumfructum fundi, hoc addito, quòd ipſa non poſsit fundum uendere, uel alie-
nare, quòd uideatur ſibi legare proprietatem plenam. Imò ſecundum eum eſt 68.
hoc expreſſum, quòd prohibitio quandoꝗ ampliat, quia debet aliquid operari. Ad id præſtat argumentum l. ſi ſtipulatus, ff. de uſuris, dicens, illud menti tenendum.

Poſſumus & ultra Bal. & trigeſimo ſextò, adducere Rapha. Cumanum in d. l. donationes, §. ſpecies, ff. de dona. ſuper glo. ibi. l. Proculus. ubi ſecundum eum
eſt caſus mirabilis, ſubijciens, nota quòd illud, ſeu illa conditio, quæ uidetur ap- 69.
poſita ad grauamen, operatur augmentum legati. Ita allegat Bar. in l. ex hac. ff. de dona. & ſubijcit: Item nota ſecundum Bal. in illa l. Proculus, quòd ſi teſtator legat uſum fructum alicui, ita ut non alienet, uidetur legaſſe proprietatem, ut latiùs

ibi per eum. Idem etiã videtur voluiſſe in eadẽ l. Proculus, dum vult in ſummario,
quòd onus adiectum legato vſusfructus ſoli proprietati conueniens, legatum pro-
prietatis importet. Vbi etiam remouet duo obiecta, quæ in contrarium fieri poſ-
ſent, vt ibi per eum; ſubijciens ex prędictis, legatarium prohibitum vendere vſum-
fructum, ex hac prohibitione conſequi proprietatem. Caſus ſecundum eum eſt ibi.
Et idẽ concludendum, vbicunque de intentione teſtatoris appareat, voluiſſe per
vſumfructum deſignari dominium, vt l. cùm antiquitas. C. eo. ti. dicens ipſa notã-
da, quia quotidiana ſint, & de pane quærendo.

Hanc eandem ſententiam retulit & ſecutus eſt, & trigeſimo ſeptimò, dominus
Andre. Barba. in conſilio ſuo 20. in 4. volu. in 4. col. in ver. præterea faciat etiam
tex. in l. Proculus. vbi refert & ſequitur ſuprà memorata dicta Bal. inducendo ad
ſuum propoſitum, vt ibi per eum latiùs. Et etiam in alio ſuo conſil. ſcilicet 64. in
vlt. colum. in 2. volu. Vnde licet Romanus (vt verum non inficiar) in d. l. do-
nationes, §. ſpecies, mordeat illud dictum Baldi, tamen cùm (vt patet ex iam di-
ctis) habeamus plures cum eo concordantes, & quidem communem opinionem,
non eſt multùm curandum de ſuis argumentationibus leuibus & ſolitarijs. Sed ſic
eſt, quòd Ioannes P. teſtator & ſenior permiſit in duobus vel tribus caſibus Feli-
citati vxori & viduæ alienationem quatuor millium florenorum, & inſuper dota-
tionem filiarum nondum nuptarum, & quædam alia, de quibus in teſtamento. Er-
go in cæteris ſibi prohibuit per vulgatam regulam, quæ habet: Quod permittitur
70. in vno, in alijs videri prohibitũ. Bal. in tractatu ſciſmatis. 9. col. & dominus Card.
in Cle. 1. §. ſanè, 2. q. de ſo. comp. per glo. & doct. in l. Titia. §. Lucius. ff. de manu-
miſſ. teſta. Facit l. imperatores, ff. de poſtu. ergo, &c.

Superinduco etiam pro conualidatione proximè dictorum, & trigeſimo octa-
uò, authoritatem domini Raphaëlis Fulgo. qui in conſil. ſuo 13. in fi. meminit de-
ciſionis Bal. in d. l. Proculus, ibi. Quinimò ſi actus legandi non ad ipſas res rela-
tus fuiſſet, ſed ad vſumfructum, puta dixiſſet; lego vſumfructum domorum mearũ,
71. propter illam prohibitionem adiectam, quòd non poſsit ipſas domos pignorare,
vel obligare, intelligeretur relicta proprietas. Onus namq;, vel forma, diſpoſitioni
adiecta, augent ex mente diſpoſitionis interpretationem verborum actus diſpoſi-
tiui, vt vſusfructus appellatione intelligatur proprietas; vt ſecundum eum eſt ex-
preſſum, ff. de vſufruc. d. l. Proculus: & ita rectè de quæſtione ſua, vt ibi ad longum
per eum. Sic in terminis noſtris propter onerum impoſitionem, in vna & eadem
oratione factam, videtur omninò ipſa vidua domina & proprietaria, vt d. l. Pro-
culus. Vbi ſecundum eum & Bal. ibi eſt expreſſum, & ambo indubitanter id no-
tant. & illud etiam ſentit Bal. in l. vbi, C. de iur. do. in prima lectura, dum dicit in 2.
col. ſuper verbo alienandi. Ergo apparet, quòd iſta mulier eſt iſtarum rerum domi-
na, & quòd iſta eſt vera dotis repetitio. Nam ſi non eſſet domina, fruſtrà prohi-
beretur ei alienatio. Ergo ſecundum eum præſumitur, dominium eſſe apud eam.
ar. ff. de vſufruc. l. Proculus. & idem Bal. in c. fi. in. fi. de transla. præla. in verſi.
Item nota.

Ad idem, & trigeſimo nonò, cito Ludoui. Roma. in conſ. 203. aliâs, & ſecun-
dum ordinem meorum eſt conſil. 206. incip: licet de communi concluſione, in 2.
aliâs in 1. col. ibi. Ergo licet teſtator per verba eius eos demõſtraret, inſtitutos eſſe
in vſufructu, nihilominus & inſtituti tacitè in poprietate cenſentur: ſubijciens, ad
hoc eſſe tex. optimum in l. ſpecies, ff. de auro & argen. lega. & in l. fi. ff. de vſufruc.
earum rer. quas ſecundum eum benè declarat Bar. in d. l. donationes, § ſpecies, ff.
72. de dona. & in l. 4. ff. de alimen. & ciba. lega. in quibus dicitur, quòd ſi alicui lega-
tus ſit vſusfructus, cum hoc, vt proprietatem reſtituat poſt mortem alteri, cen-
ſetur proprietas legata: dicens & tertiò: quòd in propoſitis terminis ſit ſingularis
deciſio domini Bal. in l. Proculus, ff. de vſufruc. vbi ſecundum eum iſtam ſuam
quæſtionem, & noſtram quidem decidit, dicens: Quod ſi teſtator legat vxori v-
73. ſumfructum fundi, cum hoc, quòd proprietatem eiuſdem alienare non poſsit,

cenſetur

cenſetur & illam proprietatem legaſſe. Cùm igitur illa vidua in propoſito, vt dixi, ſit taliter, etiam poſt mortē de reſtituendo grauata, filijs inſtitutis tunc tēporis, ergo, &c. Et idem Romanus in ſingularibus ſuis, & dominus Andr. Bar. in conſil. 80. in 4. col. in verſi. præterea facit, in 4. volu.

Et quadrageſimo, poſſumus etiam ad idem vocare dominum Alex. de Imo. in l. ſi conſtante, in prin. in 1. col. uerſi. facit quod in ſimili infert Bal. vbi retulit & ſecutus eſt dictum Bal. et nouiſsimè etiam Ioannes Sandaleti in repetitione ſua, in l. 3. car. 42. col. 4. in vltimis verbis de lega. 1. referens multa ex prædictis, vt ibi per eum. Et videtur etiam id ſenſiſſe & voluiſſe inſignis præceptor meus dominus Bartho. Socynus in conſ. ſuo. 131. incip: In præſenti conſultatione de pluribus, in 7. col. in verſi. accedit & alia dubitatio, dum reprehendendo Andream 74.
Barbaci. in quodam ſuo conſilio dicit, aliud eſſe auferendo poteſtatem alienandi. Quo caſu videtur præſupponere, poteſtatem eſſe penes legatarium: quia priuatio præſupponit habitum. l. decem, ff. de ver. oblig. quæ non potuiſſet eſſe, ſi fuiſſet legatus ſolus vſusfructus. Igitur ſecundum eum videtur de intentione teſtatoris fuiſſe legare proprietatem, ſed quando der poteſtatem alienandi, dicendum totum oppoſitum, quia videtur, &c. vt latius ibi per eum. Sed in illo vltimo non firmat pedes, nec opinionem ſuam detegit, eſt enim extra caſum ſuum vel eum, quia clarus, non contingens, quare de illo non curandum.

Sed & permaximè, quia in alio loco videtur illud, quod dixi, tenere. Nam in conſilio ſuo 210. incip: Scilicet ſatis anceps fui, in 1. col. in verſi. 3. ibi: primò, quia data eſt poteſtas alienandi, quæ ſolet domino conuenire, propter quam apparet, dominium eſſe relictum. Allegat in argu. l. Proculus, ff. de vſufruc. cum ibi not. per Bar. & tex. in authen. de reſti. in princ. & ibi Ange. col. 3. Secundo, 75.
quia releuat uxorem à præſtatione & alijs, quæ non poſſet, ſi eſſet vſufructuaria: iuxta not. in l. 1. C. de vſufru. et l. nemo poteſt, ff. de lega. 1. Vnde ad hoc, vt diſpoſitio teſtatoris ſortiatur effectum, cenſendum eſt ſecundū eum ibidem, quòd etiam dominium ad electionem relinquere voluerit, aliâs eius diſpoſitio in præmiſsis fuiſſet inualida ad hoc, ut potius valeat ar. l. quotiens, ff. de re. dubi. dicens, ad hoc optimè facere ſingularem deciſionem domini Benedicti de Plumbino, in l. qui duos, §. 1. ff. de manumiſſ. teſta. vbi voluit per iſta verba: Relinquo vxorem dominam & vſufructuariam omnium bonorum, cenſeatur vxor hæres inſtituta, licet alius ſit vniuerſaliter inſtitutus, quoniam aliâs diſpoſitio eſſet nulla, ut ibi per eum. Ergo &c. Et ſic multifariè multiſq; modis oſtenſum eſt, quòd dictus teſtator uoluerit illam relictam non fuiſſe, nec eſſe nudam uſufructuariam, ſed proprietariam, uel quaſi: & per conſequens, iſtam tertiam ſuprà formatam concluſionem fore ueram, & in iure benè fundatam rationibus, authoritatibus, & iuribus ſuprà relatis & deductis.

Quarta Concluſio.

QVòd ſcilicet ſæpè memorata patrona Felicitas & uidua, uirtute clauſulæ, eo reſpectu teſtamento inſertæ, non debuit, neque debet de iure uel de facto, ab uenientibus ab inteſtato, uel etiam inſtitutis in teſtamento moleſtari, ſub pœnis ibidem expreſsis. Iſta concluſio eſt uериſsima per dominos prædictos conſulentes optimè fulcita, maximè Zaſium, in utraque conſultatione, & quidem ultima, in uerſi. tandem cùm teſtatoris, & multis ſequentibus, quæ non repeto aliter, ſed me remitto ad eorum dicta et allegata.

Nec obſtat, ſi quiſpiam diceret: Nonne prohibitus aliquid moleſtiæ inferre, 76.
poteſt moleſtare de iure? Ita uidetur probare glo. in c. 1. in uerbo, inferatis, de ſta. mo. Vnde uidemus, quòd iſta uerba ſublata difficultate quacunq; poſita in c. ſi beneficia, de præben. in 6. intelligūtur de difficultate facti, nō difficultate iuris,

& quæ probabilem cauſam haberet: quoniam his benè reſpondent domini conſu-
lentes, per ea, quæ voluit dominus Abbas in conſilio ſuo 44. incip: Quidam do-
minus Anthonius. in 3. col. vbi dicit: Quod ſi dicitur de omni moleſtia, quæ fieret
vel fieri poſſet, intelligitur etiam de iure. Ar. l. nepos Proculo, ff. de verb. ſig.
Quando enim verborum plenitudo, vel materia ſubiecta, aliud ſuadent vel
inferunt, tunc eſt ſecus: ideò & Domini de Rota de reſt. ſpol. deciſ. 18. incip: Item
77. ſi agenti, in nouis, aliàs eſt in alio titulo, vt inferius deſignabitur, quod ſi quis iu-
raſſet non moleſtare nec inquietare ſuum ſpoliatorem beneficij, non poteſt mole-
ſtare nec de iure, nec de facto. Sequitur dominus Anto. de Bu. in c. 2. de reſti.
ſpol. in 3. vel 4. col. in uerſi. per hoc determinant domini de Rota in, &c. & ibi-
dem etiam dominus Abb. in fi. vel propè, qui ponit dictã deciſionem de Rota in
numero vel ordine 393. aliàs ſecundum eandem 398. Sed quicquid ſit, apud eos,
qui diuerſimodè habuiſſe videntur, & ego quoq; in alio ordine & quidem meo in-
ueni, ſub numero vel ordine 401. incip: Si agenti. vbi id apertè concludunt, in fi.
Sed in caſu noſtro ſunt multùm prægnantia uerba, ut dixi ſuprà, & declarant con-
ſulentes in hac parte. Ergo &c.
Et præterea dato, quod eſſet uſufructuaria Felicitas, ſalua ueritate, tamen per
huiuſmodi verba, teſtamento inſerta, ꝙ non debeat moleſtari &c. conſequeretur
78. hoc beneficiũ iuris, quòd potuiſſet illum acceptare & capere propria authoritate,
& nõ de manu hæredis. Ita in terminis Petrus de Sunza, in l. eius rei, ff. de rei ven-
di. Hinc etiam eſt, ꝙ dixit Ludo Ro. in repe. authen. ſimiliter, C. ad l. Falcid. quòd
79. quando teſtator in teſtamento dicit, vim fieri veto, intelligitur dediſſe licentiam
ingrediẽdi legatarijs propria autoritate, et quidẽ in 20. ſpeciali, et dicit ita, uelle ſo-
lum Bal. in l. 1. C. comu. de lega. in lectura antiqua per tex. ſingularem ſecundum
vnam lecturam. Iaco. de Are. in l. permiſceri, §. ſpecies, ff. de acqui. poſſ. & retu-
lit & ſecutus eſt Alex. de Imo. in l. nemo poteſt, in 4. col. ff. de lega. 1. ſubijciens
addendo, ꝙ Ange. expreſsè hoc voluerit in l. hoc ſi res, ff. de rei vendic. inducen-
do illum tex. quem reputat meliorem de corpore iuris, quòd per ſimilia verba ui-
deatur quis dare licentiam ingrediendi propria autoritate: & ſequuntur moder-
niores ibidem.
Similiter non haberet obſtare, ſi obijceretur, et tertiò, quòd illud, quod dixi,
80. ſit intelligendum, niſi id, quod peteretur, veniret ex natura actus celebrati: nam
tunc non diceretur moleſtare. l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. vbi pactum
de non expellendo conductorem intelligitur, niſi ceſſauerit à penſione, per quem
tex. dicit Bal. in l. 1. C. de vſufruc. et l. cùm quid, ff. ſi cert. pet. et quidem pro-
pius ad propoſitum noſtrum. Quòd ſi promitto vſufructuario, quòd liberè per-
mittam eum vti frui vſufructu, nullam quæſtionem controuerſiamq; moturus in-
telligitur, dummodo præſtet cautionem, quia veniat ex natura contractus, et ꝙ
agens ſecundum naturam contractus non uideatur uenire contra cõtractum. Ac-
cumulant moderni multa in d. c. cauſam quæ, in 10. col. in uerſi. non obſtante col-
latione. Ibi uide multa per Bal.
Et dominus Andre. Bar. in c. 2. de mutu. peti. in 4. col. ubi adduxit illud,
quod dixit Bal. in commento l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine, in 7. col. ubi di-
cit: maritus priuauit hæreditate hæredem, ſi moleſtauerit uxorem teſtatoris in
81. uſufructu legato. decidit, quòd intelligitur de moleſtia facti, non iuris, et ideò
poterit exigere ab ea cautionem de utendo et fruendo arbitrio boni uiri. Et ad hoc
allegat elegantem glo. in l. ſi ſeruum, §. prætor, in glo. quæ incipit: non mala. ff.
de acqui. hære. Idem uoluit Bal. in l. 1. C. de uſufruc. in 2. col. in uerſi. ſed pone, di-
cens eſſe caſum in l. ſed et ſi poſſeſſori, in §. ſed ſi rerum, ff. de iureiur. Sed hîc, ſeu
in propoſito noſtro aduerſarij nihil aliud petiêre, quàm cautionem, inuentarium,
et deſcriptionem, ac ſimilia uenientia ex natura diſpoſitionis. Ergo &c.
Quoniam et ad illud de facili reſponderi poteſt, et inprimis negari, ꝙ domi-
na Felicitas uidua, ſit uſufructuaria, et diſpoſitio talis, quòd ex natura eius ueniat
id, quod petunt et attentant ipſi hæredes contra illam uiduam, cùm ipſa fuerit et
ſit pro-

ſit proprietaria, vel quaſi, vt in præcedenti concluſione clariſsimè & copioſè deductum & oſtenſum eſt, cuius natura non eſt, vt caueatur, vt bona inuenientur, vel etiam vt deſcribantur, vt in ſequentibus clarius apparebit concluſionibus. Ergo non procedit dicta argumentatio, nec facit ad rem noſtram quoquo modo. Ex quo deficit id, in quo ſe fundant aduerſarij, & eſt, & cenſetur maior defectus quàm medij vel finis, nec eius quod trahitur in conſequentiam, ſecundum Bal. in l. 1. §. 1. C. de cadu. tol.

Et permaximè etiam id verum, ex quo tam ampla, & prægnantia verba huic
diſpoſitioni ſint annexa, ac repetita, enixam & latiſsimam voluntatem teſtantium 82.
deſignantia. l. ſi mulier, in fi. cum glo. C. ad Velleia. tex. cum glo. in c. ſi quis iratus, in q. 3. Dominus Abb. Panor. in conſil. 82. in 4. col. in 1. volu. vbi adducit bona iura. & perpulchrè conſulit Alex. de Imo. in conſ. 101. incip: Viſis inſtrumentis. 10. col. in 1. volu. per tex. valdè ſingularem in l. baptiſta, ff. ad Trebel. & ea quæ not. glo. in Cle. 1. in verbo, quibuſcunque, de iudi. & in l. ſi cum pœna, ff. de arbi. & alij alibi. Stat ergo concluſio firma.

Quinta Concluſio.

QVòd attentis his & alijs eadem Felicitas vidua non teneatur neque ſit obligata ad præſtandam cautionem, vſufructuariæ iniunctã, de vtendo & fruendo rebus, ſalua rerum ſubſtantia. Imò & abſque ea fecerit & faciat fructus ſuos ad dictos dies vitæ ſuæ, non obſtantibus quibuſcunq;.

Iſta concluſio licet poſsit impugnari vario modo, & contrarium eius deduci, quòd ſcilicet ipſa vſufructuaria ad cautionem præſtandam teneatur, nec illam teſtator remittere valeat, etiam volens, iuribus, rationibus, & autoritatibus, per dominos cõſulentes, & permaximè dominum Alciatum in primo obiecto ſuo allegatis, quod ſecundum eum, & quando ſunt mobilia, fortius procedit.

Sed iſtis, & omnibus alijs non obſtantibus, arbitror concluſionem ipſam fore veriſsimam, & in iure etiam fundatam. Et inprimis dico, ideò eam non teneri ad huiuſmodi cautionem, quia non eſt nec dici poteſt eſſe fructuaria, per ea quæ latiſsimè deducta ſunt in 1, 2, & 3. concluſionibus, vbi videndum, nec aliter repeto: quibus ſic ſtantibus erit expedita & clara.

Et ſtandum eſt, ſecundò, voluntati teſtatoris. Potuit enim apponere legem, 83.
quam voluit, rei ſuæ, vt notatur & habetur in l. ſi quis ita paciſcatur, C. de pact. inter empt. & ven. & ibi Bal. Vnde videmus etiam, quòd poteſt remittere hypothecam, vt in l. 2. & ibidem Bar. Bal. et doct. in princ. C. vt in poſſ. lega. ſuper verbo remitti. & idem Bar. in l. nemo poteſt, in 1. col. in fi. ff. de lega. 1. & Bal. in l. 1. 5. col. in verbo, facit ad quæſtionem, C. de his quæ pœnæ no.

Et ita etiam, & tertiò, ad tale obiectum reſpondent doctores præfati conſulentes, et eſt bona reſponſio, et maximè quando remiſsio ipſa cenſeretur eſſe facta,
vt Alciatus dicit, per viam contractus, qui etiam & abſq; omni dubio, in teſta- 84.
mento fieri poſſunt, vt in l. fi. C. de fideicom. & in alijs locis per conſulentes ipſos allegatis. glo. in verbo alienan. & Bar. in l. hæredes, §. fi. ff. de teſta. vbi etiam alij per Bal. in l. ſancimus, in fi. C. de teſta. ſeu eo. ti. Et non habet dubium, quin cõtractus ſic immiſceri poſsint teſtamento, vti etiam videntur voluiſſe moderni in dictis locis, ſaltem, §. fi.

Quibus poteſt addi, & quartò, pro confirmatione eorum, quæ dicta ſunt, textus notabilis, quem ibi ponderat Bal. ad hoc in l. impuberem, §. qui liberti, ff. ad l. Corne. de fal. vbi etiam probatur ſecundum eum, quòd pœna, quæ imponi-
tur, committenti falſitatem in teſtamento, habet locum in committente falſum in 85.
contractu qui admiſcetur teſtamento, & ſit ſimul cum eo. & refert & ſequitur dominus Franciſcus de Are. in d. l. hæredes, §. fi. ff. de teſta. & alij alibi.

Quintò adduco tex. adhuc notabiliorem in l. ſicut, §. venditionis verbo, ff.
quib. mo. pig. vel. hypoth. ſol. & quod notat Bar. declarans illam in l. cùm quis
decedens, in princ. ff. de lega. 3. vbi probatur, ꝙ non ſolùm in teſtamento poteſt
86. fieri contractus à teſtatore, per quem acquiratur alteri, ſed etiam ab altero, per quẽ
acquiratur ſibi teſtatori; vt ſi aliquis conſentit teſtatori, quòd leget rem ſibi ob-
ligatam, quo caſu inducitur remiſsio pignoris, et ſic donatur in fauorem teſtatoris,
vel eius hæredis. Et modò in terminis noſtris pro tanto fortius, ex quo reciprocæ,
et hinc inde eſt facta ſecunda remiſsio.

87. Quòd autem, & ſextò, cautio vſufructuaria inter viuos remitti poſsit, decidit
Guilhel. de Cuino. in l. 1. C. de vſufruc. vt refert Bar. ibidem in 2. col. verſi. ſed
pono. Quia cùm in ſuum fauorem iſta cautio ſit introducta, fauori ſuo renunciari
poteſt. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & etiam Bal. ibi in 2. col. verſi. ſed
pone conſtituo: vbi dicit, hoc omnes tenere. Allegat in ar. l. pater, ff. ad l. Falci.
Et ſi dixerimus, hos coniuges ſibi inuicem ac reciprocè hanc cautionem tali modo
remiſiſſe, non obſtaret aliquo modo ipſum obiectum.

Septimò, quoniam licet teſtator illam cautionem de vtendo arbitrio boni vi-
ri vſufructuario remittere non poſsit, vt in l. 1. & ibi glo. & doct. C. de vſufruct.
& in l. pe. vt in poſſ. legato. & in l. nemo poteſt, in 1. col. ff. de lega. 1. tamen hæ-
88. res vel hæredes eius benè poſſunt eam remittere: vt eſt glo. expreſſa in d. l. 1. &
ibidem Bar. & alij. & dominus Andre. Bar. in conſ. 12. col 10. in verſi. facit ſi-
mile, in 1. volu. & alij alibi. & eſt communis opinio. Sed in propoſito aliqui hæ-
redes acceptando teſtamentũ, hanc cautionem remiſere expreſsè, alij tacitè, non
petentes illam. Ergò etiamſi vidua ipſa fuiſſet vel eſſet vſufructuaria, tamen quia
expreſsè, vel tacite remiſſa per hæredes, ad illam amplius non tenetur.

Octauò, & quidẽ propius ad rem, ad obiecta dici poteſt, ꝙ iterum retento eo-
dem themate, ſcilicet ſalua veritate, ipſam Felicitatem viduam fore vſufructuariã,
& ꝙ tenetur ad præſtationem huius cautionis, ex ordinatione forte aliqua, vel de
89. iure cõmuni; Tamen quia illa ab hæredibus non fuit petita hactenus, ideò nõ fuit
præſtanda hæc cautio, anteꝗ̃ petatur. l. fi. §. 1. ff. quorum lega. ibi ſic accipimus,
ſi paratus ſit ſatiſdare. Non ergò offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti ſatis eſt
moram non facere, ſecundum Richar. de Salice. in quodam ſuo conſil. incip. licet
ſtatutum diſponat quòd, &c.

Ad quod, & nonò, allego Pau. de Caſ. in l. peto, §. fi. ff. de lega. 2. in lectura
90. Paduana, dicens, ꝙ illum textum aliquando allegauerit ad quæſtionem ſtatuti di-
centis, quòd appellans, vel petens reſtitutionem debeat cauere cum fideiuſſore de
reſtituendis expenſis, & aliter proceſſus factus non valeat; quæſitum fuit, ſi cautio
non fuit petita, nec oblata, an proceſſus deſuper factus ſit nullus? ſubijciens, face-
re illum tex. ꝙ non, & ꝙ ſtatutum debeat intelligi, ſi fuerit petita, et non præſtita.

Adducendo, decimò, ad rem noſtram. Nam & vſufructuarius non facit fru-
ctus ſuos, niſi cautionem præſtiterit de vtendo arbitrio boni viri, & tamen ſi ſcien-
91. te et patiente proprietario vſus eſt non præſtita cautione, facit fructus ſuos, vt ſe-
cundum eum plenè notatur in l. vxori, ff. de vſufruc. lega. per Bar. & alios. Sed in
propoſito noſtro non apparet, ꝙ vnquam cautio iſta ab vſufructuaria pręſtanda,
vel alia quæcunꝗ̃ à domina ipſa vidua fuerit quouis modo petita, ſed vel inuenta-
rium, vel deſcriptionem bonorum tantùm fieri, vt patet intuentibus acta et actita-
ta. Præterea in actu & tractatu amicabilis compoſitionis nullibi reperitur, cau-
tionem eſſe petitam, de qua eſt quæſtio principalis. Ergo ipſa vidua nõ potuit nec
debuit harum contemplatione moleſtari, vel inquietari.

92. Vndecimò. Quia etiam vſufructuaria, ne dum quando bona fide adepta eſt
poſſeſsionẽ, vt puta, quia hæres tradidiſſet, non petita cautione, facit fructus ſuos,
vt per Bar. in l. vxori, ff. de vſufruc. lega. & Bal. in l. 1. C. de vſufruc. lega. per l.
ſed et ſi, §. ſcire, ff. de peti. hære. et eſt textus apertus in l. hac edictali, §. ſin autem,
& ibi Bal. et Sali. C. de ſecun. nup. Sed etiam quando adepta eſſet vſufructum,
ſciente, non contradicente, neque expreſsè conſentiente, ſed patiente. Ita Bar. in

d. l. vxori,

d. l. vxori, per tex. in d. l. hac edictali, §. ſiri autem. & tradit in l. ſi homo, ff. de vſu-
cap. et per Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c. ſi. de pig. & dñs Bartho. Socynus,
cõſulendo conſilio ſuo 131. incip: In præſenti cõſultatione, in vlt. col. vbi pulchrè
loquitur.

Duodecimò, poteſt illud etiam ex alio cõprobari. Quia quando quis habet 93.
vſufructum, & ipſe, vel ſui hæredes expectant etiam aduenturã ad ſe proprietatẽ,
vel certum eſt ad eos venire: tunc vſufructuarius nõ tenetur ad aliquam cautionẽ.
Caſus eſt in l. ſi vſufructus, §. planè, ff. vſufructua. quemad. caue. & ratio eſt, vt
dixit Bar. in d. l. vſufruc. quia eſt veriſimile, ꝙ fruetur, vt re propria. Sed ſic eſt, ꝙ
ipſa Felicitas, etiãſi eſſet vſufructuaria, eſt certa, ꝙ ꝓprietas iã actu eſt apud ſe, vel
ad hæredes eius aduentura. Ergo nõ tenetur ſatiſdare, vel cautionẽ vſufructuariæ
iniunctã præſtare, per iam dictam legem: & permaximè; cùm nedum proprietas
bonorum ipſius Ioannis P. ſed etiam ipſiuſmet Felicitatis viduæ, tam ex teſtamẽ-
to, quàm ab inteſtato peruentura ſit.

Decimo tertiò, adduco pro deciſione caſus noſtri in hac parte vnum pulchrũ
conſilium dñi Pe. Philip. de Corneo. 267. incip: In hac conſultatione videtur pri- 94.
ma facie dicendum, quaſi per totum. In quo clarè vult, ꝙ donans bona ſua alteri,
reſeruato ſibi vſufructu, nõ teneatur ſatiſdare vel cauere, ut vſufructuarius multis
modis ac variè id cõprobando, inter cætera, quia talis ſatiſdatio debet præſtari ar-
bitrio boni viri, prout dicit tex. in l. vſufructu. C. de vſufruc. & in l. 1. ff. vſufru-
ctua. quemad. ca. Vnde in caſu, quo iudicium boni viri ſuadet, ꝙ non præſtetur,
tunc nõ videtur præſtanda: vt ibidem latius per eum. Sed domina Felicitas vidua
maximo beneficio affecit filias ſuas inſtituẽdo, reſeruando ſibi vel proprietatem,
vel vſufructum, quodcunq; horum velis, non in perpetuum, ſed ad dies vitæ. Ergo
etiãſi eſſet vſufructuaria, tñ non teneretur cauere, vel ſatisdare, per iã dicta et alia
multa, de quibus ibi per eum. Quod et ęquitas ipſa ſummopere ſuadere videtur.

Et facit, decimo quartò, ſecundum eundem Corneum: quia ubi nulla cadit 95.
ſuſpicio, ibi nõ videtur, ꝙ arctetur quis ad pręſtandum huiuſmodi cautionẽ. Nam
& iſta videtur ratio, quare fiſcus nõ tenetur ſatisdare. l. 1. §. ad fiſcum, vt lega. no- 96.
mi. caue. vbi glo. ſupplet, ꝙ ideò eſt, quia ſemper præſumitur locuples. Sed in do-
nante vel teſtante, qui circa rem donatam vel relictam magis afficitur donatario,
vel cui reliquit, quàm ſibi: ideò videtur ꝙ ceſſet omnis ſuſpicio, cùm ſemper vi-
deantur perſeuerare in eadem voluntate. l. eum qui mutatam, ff. de proba. & in l. 97.
non ad ea, ff. de condi. & demon. Ideò videtur, ꝙ domina Felicitas non ſit arctan-
da, ad ſubeundum onus ſatiſdandi inuita.

Et ibidem etiam arguit de patre, decimo quintò, ꝙ ſi pater aliâs eſſet vſufru-
ctuarius bonorum filij, puta, filius in Caſtrenſi peculio habuiſſet nudam proprie-
tatem, & pater aliâs quæſiſſet vſufructum, non militaret. l. 1. de bonis mater. nec
haberet pater aliud ius, q̃ ſimplex vſufructuarius. Ideò licet ibi hoc diſponatur in
eo caſu, nõ tamen diſponitur generaliter. Et tamen glo. & doct. ſimpliciter dicunt,
ꝙ pater non tenetur ſatiſdare, vel propter paternã reuerentiam, vel quia nõ eſt ſu- 98.
ſpicio, prout iſtæ duæ rationes aſsignantur in l. cùm oportet, §. ne autem, C. de bo-
niſq; libe. non dicit, ꝙ non teneatur ſatiſdare, ſed ꝙ pater non teneatur reddere ad-
miniſtrationis rationem. Et ꝙ filius non poteſt deſyderare hypothecam in bonis
paternis occaſione dicti vſufructus et adminiſtrationis, nec aliquid de præſtatio-
ne ſatiſdationis, & tamen glo. & doct. à ſimili intelligunt etiam in ſatiſdatione, &
in quolibet patre vſufructuario.

Ita etiam & decimo ſextò, non ſit abs re, ſi iudices & doctores à ſimili ratione,
& quidem ſecundum ęum maiori ęquitate trahant etiam ad matrem & donantem.
Cùm et aliâs videamus, ꝙ non minor reuerentia adhibetur erga donantem, quàm
erga patrem, l. ſi extraneus, ff. de iure doti. vt licet maritus teneatur exigere dotem 99.
ſibi promiſſam, aliâs ſi promiſſor efficitur non ſoluẽdo, periculũ eſt mariti. Tamen
ſecus eſt, ſi dos fuit per extraneum, ex cauſa donationis ꝓmiſſa, prout ſi ex neceſsi-
tate fuit ꝓmiſſa per patrem, vt eſt tex. ibi: Item prout pater non poteſt exigi vltra
quàm facere poſsit, ita nec donator, ut ibi: & l. cenſemus, §. fi. ff. de re iudi.

Decimo

Decimo ſeptimò, comprobo illud autoritate dignißimi preceptoris dñi Bar-
tho. Socyni, & per ea quæ notabiliter ſcribit ipſe in l. omnes. ff. de excep. vbi in-
quit, ꝙ licet vſufructuarius teneatur præſtare cautionem de vtendo arbitrio boni
100. viri, l. 1. ff. vſufructua. quemad. caue. hoc nõ habet locum in eo, qui donaſſet eius
bona, reſeruato ſibi vſufructu: quia cùm ex ſua liberalitate conueniatur, cũ eo mi-
tius ſit agendum. Ar. l. ad res donatas, ff. de ædili. edict. Ad hoc inducit textum
notab. in l. filio, ff. vt lega. no. caue. quæ etiam refert & ſequitur dominus Philip-
pus Decius, contubernalis & præceptor meus venerandus in conſilio ſuo 265.
prope fi. qui etiam adduxit decimum conſil. domini Pe. Phi. Cor. quod antea vi-
deram, ſubijciens ante omnes illos hoc voluiſſe Io. de Plat. in §. habent præterea,
in verſi. ſed & ſi quis, de dona. quæ omnia videri poſſunt, quia bene ad rem no-
ſtram videntur facere, & quidem pro ipſa vidua teſtatrice.

Quinimò, & decimo octauò, minus exigitur in donante quàm à patre, nã do-
101. nator exigitur, in quantum facere poteſt, deducto omni ære alieno. Sed pater &
patronus conueniuntur, in quantum facere poſſunt, non deducto ære alieno. l. in-
ter eos, & l. exhæredatum. ff. de re iudi. Potius enim fauendum eſt ei, qui ex libera-
litate ſe aſtrinxit, quàm alteri, vt dicit tex. in d. l. exhæredatum. Ad quod etiam
benè facit l. ad res donatas, ff. de ædili. edict. ibi: ne liberalitatis ſuæ pœnam pa-
tiatur. Satis autẽ largè & abuſiuè loquendo poteſt dici pœna arctari ad præſtan-
dam cautionem huiuſmodi, cùm plerunq; maximè in re grauis ponderis ſit magnũ
onus, & ſaltem reſultaret pœna, ſi non præſtaret ſatiſdationem caſu, quo tenetur.
Nam poſſet interim impediri vſusfructus, vt habetur in d. l. vſufruct. & in d. c. fi.
de pig. & in l. 1. ff. quemad. vſufruc. ca. Si itaq; in hac ſatiſdatione indulgetur pa-
tri, ꝙ non arctetur ſubire hoc onus ſatisdandi, & quòd non obſtante, ꝙ non ſatiſ-
det, liberè fruatur, fortius videtur hoc idem indulgendum donatori, quòd frui
poſsit, non obſtante, quòd non ſatiſdet, nec poſsit cogi ſubire onus ſatiſdationis.

Confirmantur, & decimo nonò, prædicta per tex. in ſimili, in l. filio, ff. vt le-
ga. no. cauea. vbi licet ſit generaliter diſpoſitum, ꝙ hæres teneatur ſatiſdare lega-
tario honorato in diem, vel ſub cõditione, tamen indulgetur patri, qui filiũ eman-
cipauit, & domino, qui ſeruum manumiſit, legatarijs ꝙ non teneantur ſubire onus
ſatiſdandi, & aſsignatur illius ratio, ne beneficium patris, dominiue, ipſis onero-
ſum ſit. Quæ quidem verba moralia pariter militant in donante bona ſua, reſerua-
102. to ſibi vſufructu. Nam ſi teneretur ei ſatisdare, beneficium ſuum eſſet ſibi damno-
ſum, vel oneroſum, & donatarius videretur imputare ipſi donanti, cur dederit ei
facultatem petendi reſtitutionem rerum donatarum, finito vſufructu, prout ibi
patet: & pater & dominus emancipando & manumittendo dederunt legatarijs
facultatem petendi eueniente conditione, iniuncta legato. Quia, vt ſuprà dictum
eſt, donatarius debet eſſe minus oneroſus donanti, quàm manumiſſus manumit-
tẽti. Ideò ex rationibus, deſcriptis in dictis iuribus, videmur aſtringi ad exoneran-
dũ ipſum donantẽ ab onere huiuſmodi ſatiſdandi. Extenduntur enim iura à pari-
tate rationis. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus.

Si iſta, & viceſimò, extenduntur, & habent locum in donante & donatore, ra-
tionibus & fundamentis ſuprà deductis, quantò magis in legante, & hæredem in-
ſtituente: cùm & legare ſit donare, vel quædam donatio in teſtamento facta. l. le-
gatum, ff. de lega. 2. & ſunt verba textus inſti. de lega. §. 1. ibi. Legatum itaq; eſt
donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda. Et æquiparantur lega-
re, & hæredem inſtituere, ſecundum Specu. in ti. de inſtr. edit. §. 12. verſi. ſecun-
dò oppono. & pro tanto adhuc magis in matre teſtatrice, in qua omnes prædictæ
rationes militant, imò duplicatæ reperiuntur: eſt enim teſtatrix & mater. Attento
etiam maximè, quòd hoc caſu ſatiſdatio non eſt neceſſaria, nec quidem æquitati,
iuri, vel rationibus conſona. Et poſſum benè, & cum veritate loqui, vnà cum præ-
dicto Philippo Corneo, licet ſexagenarius, & vltrà ſim, non meminiſſe, me vnq;
vidiſſe vel audiuiſſe, quòd in hoc & ſimili caſu, etiam vſufructuarius ſatiſdare co-
getur.

getur. Ex quo etiam mihi ſatis perſuadeo, hanc partem iuri conſonam. Ar. l. ſi de
interpretatione, ff. de 11. & c. cùm dilectus, de conſue. cum ſimil.

Vigeſimo primò, & vltimò, dico, vnum maximum in hac cauſa, & ad quod
ſummè aduertendum eſt. Quoniã dato, ꝙ ipſa Felicitas vidua etiam foret vſufru-
ctuaria, & quidem obligata ad cautionem, de vtendo & fruendo, ſalua rerum ſub-
ſtantia: tamen iſti deputati vel delegati iudices non haberent iuriſdictionem neq;
poteſtatẽ iudicandi, vel ſe intromittendi aliquo modo de vel ſuper cautione præ-
ſtanda, cùm, quia non petita, tum etiam, quia commiſſio Cæſarea, vel delegatio 103.
ipſa, & illarũ declarationes, de ea penitus nullam mentionem faciunt: ſed tantùm
de inuentario, & deſcriptione bonorum Ioannis P. ſunt enim & abſq; dubio ſtri-
cti iuris. c. de cauſis, extrà, de offi. delega. & ibi omnes, maximè moderniores. Bal.
in l. nõ ſine, C. de boniſq; libe. verſi. ſed pone, in fi. & Pau. de Caſ. cõſil. 23. incip:
Viſo puncto & etiam oppoſitionibus, col. 2. uerſi. & ſpecialiter tex. & ibidem do-
minus Abb. in c. ſi. de verb. ſig. in 3. notabili, ibi: ex quo collige, quòd poteſtas
delegata eſt ſtrictè interpretanda nõ extendenda vltra caſum expreſſum. & in ver-
ſi. in glo. 1. & in c. cùm olim, de offic. deleg. & alij alibi, ac in diuerſis locis.

Vnde dato, ꝙ aliâs valeret cõmiſſio, de quo tamen, vt dicit poëta, ſub iudice
lis eſt, non tamen cõprehenderet cautionem, nec ad illam foret extendenda, per iſta
dicta. Et ſic firmata remanet concluſio quinta, in qua et plerǫque aliæ reſidere
videntur, vt patet ex dicendis inferius. Benè facit regula, ꝙ fines mandati diligen- 104.
ter ſunt cuſtodiendi. l. diligenter, ff. man. & forma eius ſeruanda. c. cùm dilecta,
de reſcrip. notatur in d. c. ſi. de verb. ſig. in verbo, moderationes. Et dominus Car-
di. in Cle. 2. de magiſtra. vbi allegat præall. c. ſi. cætera dicentur in ſequentibus.
Caueant ergo Iudices, ne conceſſam eis poteſtatem tranſgrediantur, & nullitatem
inducant, cum detrimento partium.

Nec prædictis habet obſtare, ſi dicatur, ꝙ ſatiſdatio omiſſa & non præſtita
per dictam viduam etiam vſufructuariam, in mobilibus, de reſtituendo res ſimiles
in qualitate, vel preciũ proprietario, ipſi proprietariæ debet nocere, nec vnquam
vſufructum fuiſſe cõſtitutum, propter defectum talis ſatiſdationis omiſſæ: quoniã
pluribus modis reſponderi poteſt, & quòd in tali vſufructu nõ fuit neceſſaria, nec
de ſubſtantia extitit, vt dicta ſatiſdatio præſtetur, vt videtur caſus expreſſus in l.
hoc ſenatus, §. 1. in verbo, conſtante eius vſufructu, & in verbo, finito vſufructu,
ff. de vſufruc. earum rerum, quæ vſu conſum. per quem tex. glo. in l. 1. ff. de vſu-
fruc. firmat generaliter & indiſtinctè, ſatiſdationem talem non eſſe de ſubſtantia
vſufructus. et hoc in terminis noſtris tenet Cy. in l. 1. C. de vſufruc. et Pe. de Anch.
& Io. de Imo. in c. cùm conſtet, extrà, de pigno.

Quod comprobatur. Nam vſufructuarius quorumcunq; bonorum fructus 105.
lucratur, & quidem, etiam non præſtita dicta ſatiſdatione, ſi talis ſatiſdatio petita
non fuit ab hærede ſciente, vt eſt tex. et ibi omnes doctores in l. hac edictali, §. his
illud, verſ. ſin autem vtraque. C. de ſecun. nup. & firmant Cy. & Bal. poſt Guil-
hel. & Bart. in l. vſufruc. C. de vſufru. et Bart. in l. ſi homo, ff. de vſucap. et in l.
vxori, ff. de vſufruc. lega. et Bal. in l. 1. ff. de vſufruc. et in l. 1. eo. ti. et ibidem Sa-
li. volens, ꝙ etiam ignorante hęrede proprietario, ſi res ſine vitio peruenit ad vſu-
fructuarium, lucrari fructus, etiam non præſtita ſatiſdatione, ſi talis ſatiſdatio pe-
tita non fuit. Arg. l. ſi vſufructuarius meſſem, in fi. ff. quib. modis vſufruc. peta.
et l. ſi fundum. et l. certum, C. de rei vendi. Item patet, quòd non ſit de ſubſtantia:
quia in pluribus caſibus non requiritur talis ſatiſdatio, vt not. glo. in l. 1. ff. de vſu-
fruc. et in d. c. ſi. de pigno.

Quæ omnia in caſu noſtro fortius procedunt, quia teſtator in teſtamento re-
mittit expreſsè dictæ vſufructuariæ onus ſatiſdationis prædictæ; quam remiſſio- 106.
nem in facultate teſtatorum fuiſſe firmant Pe. et Cy. in d. l. 1. C. de vſufruc. et Pet.
de Ancha. in d. c. cùm conſtet, de pig. videlicet in vſufructu rerum earum: quæ
vſu conſum. quot. ſecundũ Alex. de Imo. in loco ſtatim allegando. Nam rationes,
propter quas à iure prohibitũ fuit teſtatori poſſe remittere ſatiſdationem vſufru-

ctuario, duæ fuerunt. Prima, quia in ea vertitur fauor hæredis. Secunda, ne daretur vſufructuario materia delinquendi in dilapidando & malè vtendo re vſufructuaria. Ita notatur in l. ſcire, C. vt in poſſeſsionem lega. in l. 1. ff. de vſufruc. in d. c. cùm conſtet. & in d. l. 1. C. de vſufruc. et in §. conſtituitur, inſtitu. eodem. et in plerisq; alijs locis, partim ſuprà allegatis, & inferius allegandis.

107. Sed ita eſt, q; hodie prouiſum eſt, teſtatorem poſſe remittere id, quod in fauorem hæredis à iure introductum erat, puta, Falcidiam, vt in authentica, ſed cùm teſtator. & in corpore vnde ſumitur. C. ad l. Falcid. & ſic ceſſat prima ratio pro-
108. hibitionis, qua ceſſante, niſi ceſſaret & ſecunda ratio prohibitionis, non tolleretur ipſa prohibitio. l. ſi non lex, in princ. ff. de hæred. inſtitu. & §. affinitatis inſtituta, de nupti. Not. in l. liberorum, §. notanter, ff. de infami. et in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. cum ſimilibus. Vnde pariter dicunt ceſſare & ſecundam rationem prohibitionis, quia iam oſtenſum eſt, q; in vſufructu talium rerum tranſit dominium in vſufructuarium, & reddi debent res eiuſdem qualitatis, vel ſaltem æſtimatio. Ergo non poteſt dari materia delinquendi.

109. Quæ ratio prohibitionis benè ſibi locum vendicat in vſufructu earum rerum, quæ vſu non conſummuntur, cùm dominium illarum non tranſeat in vſufructuarium, & res eædem in ſpecie reſtituendæ ſint. Sed illud, quod in ſpecie ſupereſt vſufructu finito. l. 1. in principio, & §. ſed quod diximus. & l. ſi. ff. vſufruc. quemad. caue. & l. 4. C. de vſufruc. & d. l. 1. de vſufruc. cum ſimilibus. Et ideò iſto caſu talis remiſsio cautionis benè poſſet inuitare vſufructuarium ad delinquendum, in malè vtendo ſubſtantia rerum, in quibus vſusfructus conſiſteret. Ergo, &c. nimirum ſi iſto caſu non teneat remiſsio. d. l. ſcire. et in l. 1. præall. & Arg. l. conuenire. ff. de pactis dotali. cum ſimilibus ibidem, et partim ſuprà allegatis. Ita ad verba dicit Alex. de Imo. in conſil. 120. incipien: Quia opottunè & copioſè cõſultum et confirmatum, in 2. col. verſi. nec prædictis obſtat, cum ſequentibus multis verſiculis in 6. vol. Quam opinionem etiam ſecutus eſt dominus Andre. Barba. in dicto ſuo conſ. 64. in 1. et 2. col. et plerìq; alij. Et licet impugnetur ab aliquibus, tamen illorum rationes & autoritates videntur multùm ſtringere.

Sexta Concluſio.

FVit & eſt, quòd ipſa domina Felicitas vidua & proprietaria, etiam non teneatur præſtare cautionem Mutianam, licet poſt mortem eius filiæ & nepotes ac neptes, ſint inſtituti hæredes, et hæreditatem expectaturi, vel etiam adituri. Iſta concluſio poteſt eiſdem, quibus proxima fuit, fundamentis comprobari, et ideò paucis me abſoluendo illa pro repetitis habere volo, quæ et reſponderi poſſunt, ſi neceſſe fuerit, hic ſtudioſe omiſſa.

Præterea ego non video, ſi verum licet loqui, quomodo illa cautio quadret, vel accerſiri poſsit ad rem noſtram. Cùm enim iſta cautio Mutiana interponatur
110. ad iſtum finem et effectum, vt actio, quæ nunquam eſt nata, nec naſci poterat, mediante cautione iſta, naſcatur, eò, quia talis cautio habet vim purificatæ conditionis, vt eſt, quando aliquis inſtituitur hæres ſub conditione negatiua, ſi nunquam aſcenderit capitolium.

Vel ſit legatum ſub ſimili conditione negatiua: certè talis conditio nunquam poteſt in vita impleri, et non impleta conditione nunquam poteſt impleri, nec agi. l. cedere diem, ff. de ver. ſig. Certè Mutius adinuenit cautionem, vt promittatur de nunquam aſcendendo, etſi in futurum vnquam contrà fiet, de reſtituendo hæreditatem vel legatum, cum omnibus fructibus. Talis cautio facit, vt actio naſcatur, & agi poſsit, vbi aliâs actio nunquam nata fuiſſet. l. Mutianæ. l. Titio fundus, ff. de condi. & demon. & l. cùm filius, §. qui Mutianam, ff. de lega. 2.

Et tradunt moderni, maximè dominus Iaſon in l. ſiue apud acta, in 3. col. C.
111. de tranſac. et in l. dedi, in princ. ff. de condi. ob cau. & habet tantùm locum in vlti-

mis

mis voluntatibus, non autem in contractibus, vt voluit ibi glo. & in l. 1. vbi etiam Sali. & Alex. de Imo. ff. de pact. & eſt communis opinio, pro qua ſecundum modernos eſt tex. melior de iure in §. ſi quis ita ſtipuletur. inſti. de verb. oblig. quem tex. allegat etiam Fulgo, in d. l. ſiue, et Rapha. in d. l. Mutianæ, & Roma. ac moderni in d. l. dedi.

Quæ omnia in perſona dominæ Felicitatis viduæ non video, nec eſſe reperio. vnde nō poteſt habere locum. Imò ſi qua foret, potius videretur eſſe ex parte agentium, ſiue petitorū, qui tenentur non inquietare, nec moleſtare, & ſic ſub conditione negatiua, quæ ſine cautione nunquam poteſt impleri. Ergo &c. Verùm quia à vidua, vel eius nomine, non fuit petita: ideò aliter non proſequor.

Inſuper poſito, quòd etiam ex parte viduæ aliâs haberet vel habuiſſet locum iſta cautio Mutiana, tamen quia in teſtamento eſſet remiſſa, ideò in propoſito illam non teneretur præſtare ipſa vidua: potuit enim remitti talis cautio Mutiana, etiam caſibus, in quibus habet locum in teſtamento, licet enim fuerit & ſit introducta in fauorem hæredis & legatarij, & illa olim remitti non potuerit: Tamen quia talis remiſsio non inuitat quem ad delinquendum, hodie per teſtatorem re- 112.
mitti poteſt. vt probatur in §. ſi verò expreſsim. in corpore de hære. & ſal. & in aut. ſed cùm teſtator, C. ad l. Falci. et hanc opinionem, vt veram ſequitur etiam Cy. in d. l. 1. C. de vſufruc. et eam ſequitur ſolennis Doctor dominus Pet. de Ancha. in commento c. ſi. de pigno. vbi concludit, poſſe remitti: referens diſtinctionem Cy. in d. l. 1. & ita limitetur glo. in d. l. 1. et in d. c. ſi.

Et ꝙ cautio Mutiana poſsit per teſtatorem remitti, voluit etiam Bal. in indi- 113.
uiduo, & per expreſsim in d. aut. cui relictum, C. de indic. vidui. tol. in 3. ac penul. col. ibi: nonò niſi forte, &c. Nota, quòd teſtator poteſt remittere cautionem & ſatiſdationem Mutianam. Et refert & ſequitur do. Andre. Bat. in conſil. ſuo 64. incip: Capio primum cùm quæritur. 1. col. in verſi. & adduco Bal. in 6. volu. in ſortioribus terminis. & Ange. in auth. de nup. §. præfatæ, verſi. vltimò nota, col. 4. vbi clarè loquitur, & multùm apertè.

Quòd autem in terminis cenſeatur vel ſit remiſſa talis cautio, patet & probatur manifeſtiſsimè, etiam ex generalitate verborum, teſtamento inſertorum, in eo potiſsimè loco, ibi: Auch darumb vnſer kains weder ainige Rechnung / Caution / ſicherheit / noch vergwiſung / denſelben vnſern kindern / Erben vnnd Tochtermännern / gantz nit ſchuldig / auch vmb ſollich zc. Quæ verba, meo iudicio, nil aliud inferre videntur, quàm ꝙ nulla cautio ſit præſtanda.

Sicut ergo, qui omne dicit, nihil excludit, l. à procuratore, C. manda. l. ſi plu-
ribus, ff. de lega. 1. & in l. ſecundum, §. ſi. ff. eo. ti. ita qui nullum & nihil, vel ſi- 114.
milia dicit, omnia excipit vel excludit. vt habetur in eiſdem locis, & alibi. Ergo cōprehenditur hæc cautio Mutiana: et ſicut cæteræ ſunt excluſæ, ita & illa Mutiana per ſupradicta, ſunt etenim dictiones vniuerſales negatiuæ. l. is qui. §. vtrū, ff. de reb. dubi. cōiuncta l. vlt. C. de nat. libe. & inſti. de bo. ſeu ſuc. liber. in prin.

Septima Concluſio.

QVòd nec ipſa domina Felicitas vidua teneatur ad illam cautionem præſtandam legatarijs, vel fideicommiſſarijs, quibus ſcilicet in diem, vel ſub conditione aliqua relicta fuêre vel ſunt aliâs de iure debita. Iſta concluſio eſt veriſsima. Nam licet ſint & aliæ cautiones, inter cæteras tamen adhuc duæ. Prima conſue-
uit appellari modalis, & eſt iſta, quæ interponitur, quando aliquid relictum eſt 115.
ſub modo, qui non poteſt perfectè impleri in vita legatarij ad finem, vt tollatur exceptio, puta ſi teſtator legauerit vxori, vt nunquam diſcedat à liberis, vel vt perpetuò cum filijs moretur. Iſte modus vel ſimilis, nunquam erit perfectè impletus in vita mulieris. Vnde ſi peteret legatum, obſtaret exceptio. Ideò adinuenta eſt

 cautio,

cautio,per quam ſolenniter promittitur de nunq̃ recedẽdo à liberis, & iſta cautio
dicitur habere vim implementi, vt ea præſtita tollatur exceptio. De iſta cautione
modali loquitur tex. in l. quibus diebus,§. Termilius.& ibi latè Bar. ff. de condi.
& demon.& tex.in l. ſi tibi purè,ff.de lega.3, & quidem etiam tex.ſecundũ vnum
intellectum in l. inſulam,§. fi.ff.loca.

Altera verò & ſecunda , quantum ad rem noſtram, eſt quædam cautio, quæ
116. interponitur ad finem & effectum: vt ſi alicui per teſtatorem ſit relictum ſub con-
ditione,vel in diem, vel in contractibus ſit promiſſum in diem,vel ſub conditione
reddatur cautus, ꝙ eueniente conditione vel die,ſibi ſatisfiet de legato vel debito.
Nam poſſet euenire, ꝙ pendente conditione vel die hæres dilapidaret omnia bo-
na. Ideò poteſt cogi officio iudicis ad inſtantiam legatarij, ꝙ ſolenniter caueat.
Quod ſi euenerit conditio vel dies legati, ꝙ legatum plenè adimplebit. & de iſta
cautione loquitur titulus ff. & C. vt lega. no. caue.& iſta aliquando præſtatur in
117. contractibus, ſi ſuperuenit noua cauſa ſuſpicionis. Sic intelligitur l. in omnibus,
ff. de iudi.& l. ſi creditores,in fi. ff.de priuil.cre.vbi declarat Bar.& in l.inter oẽs,
ff. qui ſatiſda. coga. & in l.2. in prin. vbi plenè per moder. ff. ſolu.ma. & Paul. de
Caſ. & dominus Alex.de Imo. ac cæteri.

Modò ad rem & propoſitum noſtrum. Ipſa vidua matrona noſtra fortaſsis
eſſet obligata, & teneretur ad aliquas prænominatas cautiones, niſi eſſet earũ re-
miſsio facta in teſtamento in generalitate verborum, in proximè præcedenti con-
cluſione relata inducendo & probando, ibidem, vt viſum eſt, non repeto aliter.

Quòd autem & iſtæ cautiones dictæ in hac ſeptima concluſione poſsint re-
118. mitti, habetur clariſsimè in l. 2. ibi per Bar. & Bal. & cæteros doctores, C. vt in
poſſeſſ. lega. & in l. ſi.C. de vſufruc. et idem Bar. in l. nemo poteſt, in 1.col. in
fi. ff. de lega. 1. vbi etiam alij. & Bar. conſulendo in conſ. 9. ſecundum ordinem
quorundã,aliâs & ſecundum meorum,eſt conſil. 144. incip: Literas magnificen-
tiæ veſtræ.

Et quidem iſtæ tales cautiones, de quibus in præſenti concluſione, adeò, &
119. in tantum poſſunt remitti, vt valeat remiſsio earum, etiamſi is,cui eſt facta remiſ-
ſio,eſſet dilapidator. Ita glo. in verſ. inſtituiſſe. Sed probata dilapidatione, tunc
fortè fieret ſequeſtratio bonorum, vel adminiſtratio ſibi interdici: ſecundum Bal.
in l. iubemus,col. 1. C.de fal. cau.adiec. lega. Sed hîc, ſeu in propoſito noſtro,ne
dum non probata,ſed etiam neq̃ allegata in iudicio. ergo, &c.

Sicuti etiam videmus in hypotheca, quam habent legatarij in bonis defuncti
120. teſtatoris, vt in l. 1. & 2. C. commu. de lega. ꝙ et illa remitti poſsit, vt eſt glo. ex-
preſſa in d. l. 2, quæ incipit,ipſis, vt in poſſeſsionem lega.& ibi Bar. et idem Bar.
in l. nemo,in 2. col. in ver. quæro an teſtator,vbi doct. etiam moder.Sali. ac alij,
& Bal. reputantes illam glo. ſingularem. Et licet Pe.et Cy. aliter ſentiant,tamen
magis communiter doctores ſequuntur illam, & eos reprehendit Bal.in l. 1. 8.col.
C.de his quæ pe. no.

Quia expreſſum deroget tacito,et non obſtet l. nemo,quoniam ibi loquatur,
quò ad ſolennitatem,quæ reſpiciat meram iuris autoritatem, cui derogari non po-
121. teſt,cùm concernat ius publicum autoritate & neceſsitate: per quam glo.dicit etiã
quid fortius,ꝙ teſtator etiam poſsit facere,ne dominium tranſeat in legatarium ſi-
ne poſſeſsione. Quod & ſecutus eſt Paul.de Caſ. in præall.l. nemo,per glo.ſuprà
alle. allegat l. Sempronius,ff.de vſufruct.lega.

Verùm quia habemus textum clarum in terminis noſtris in d.l. ipſis, vbi vi-
122. detur caſus: & vbi habemus caſum legis,ibi vlterius non eſt dubitandum.l. ancil-
læ.et ibi Bal. in 3. nota. C. de fur. et ibi nulla cadit quæſtio, quæ eſt dubitabilis
propoſitio.l.quod Labeo,ff.de carbo.edic.quod etiam facere videtur ad multa,de
quibus ibi per doct.et Bal in l. quæ ex relationibus, ff. de ll. et Io.de Imo. in l. ſi.
ſic,ff.de verb. oblig. ſtat ergo concluſio etiam iſta firmiter et immobilis.

Octaua Concluſio.

ISta eſt vna de nouo vel recenti interpoſita concluſio, ex cauſis ſuperaddita, & iudicio meo ſatis neceſſaria: quòd ipſa Felicitas vidua & impetita etiam vt dilapidatrix, vel ſuſpecta, non ſit obligata, neque teneatur ad aliquam cautionem, de iure ſaltem communi noſtro, etiam conſuetudinario.

Licet enim cautio debeat præſtari, vbicunq; eſt aliqua ſuſpicio vel iuſta cau- 113.
ſa: ita dixit Bal. in aut. hoc niſi debitor, C. de ſoluti. ibi, nota, ꝙ vbi extra ordinem debet præſtari aliqua cautela, intelligitur iuſta & poſsibilis, & poſtmodum ibi. Et
vide in alle. l. Paulus: vbi eſt ſuſpicio, debet præſtari cautela. Tamen cauſam illam 114.
ſuſpicionis non ſufficit eſſe, vel allegari, ſed debet probari: ſecundũ Bal. in l. apertiſsimi, in vlt. col. C. de iudi. & ibidem etiam Ange. & perpulchrè per Pau. de Ca. in conſ. 40. incip: Pro pleniori examine, in 2. col. in verſi. ſecundò requiritur, vbi eleganter dicit, non ſufficere dicere, habeo talem ſuſpectũ, ſed debet dicere propter quid, ſiue propter quam cauſam habet.

Allegat bona iura in l. item ſi ſuſpectus, in tex. & in glo. ff. de procur. & ar. l. cùm hi. §. in cauſæ, ff. de tranſac. & in l. 1. C. de prædijs curiali. li. 10. & in conſilio ſequenti. & ad idem allego Alex. de Imo. in conſ. ſuo 78. incip: Viſo & diligenter ponderato. in 5. col. in verſ. quartò principaliter, vbi egregiè loquitur ad propoſitum, ꝙ vbi petitur cautio, allegando ſuſpicionem, neceſſe ſit cauſam ſuſpicionis probari.

Dicens, ita notari Guilhel. de Cui. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offi. præſi. allegando tex. in §. ſi neq;, cum ibi notatis in auten. de man. prin. Et proba-
tis cauſsis ſuſpicionis, tunc iudex cum cauſæ cognitione debet compellere ad cau- 115.
tionem præſtandam; ſi cauſæ ſint legitimæ. vt etiam ſecundum eum notant Cy. & Sali. in. l. denunciamus, C. de his qui ad eccle. confugi. & facit q̃d not. Bar. in l. ait prætor, §. ſi debitorem, in verſi. quærit Dy. ff. quæ in frau. credi. & Ange. in l. qui bona, §. qui damnum, ff. de damno infec. et alij alibi, ac in diuerſis locis.

Verùm quia remiſsio, etiam facta dilapidatori, valet, vt dixi, & oſtendi pro- 116
ximè, licet poſsit ei interdici bonis. l. is cui bonis, & ibi per glo. Bar. & doct. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. 2. ad fi. C. de hære. vel acti. vendi. ꝙ poteſt ei fieri ſequeſtrum bonorũ, & prohiberi alienatio: eſſet benè verum, ꝙ quando teſtator remiſerit cautionem, quando de tali dilapidatione cogitari non potuit, ꝙ illo caſu non valeret, ſecundum Bal. in l. iubemus. 1. col. ad Trebel. In terminis autem noſtris nihil tale allegatum, nihil probatum, neq; in cõmiſsione comprehenſum, vt viſum eſt in præcedentibus, maximè in 7. Ergo, &c. Et per iſta, ac alia præcedentia, remanet concluſio etiam iſta optimè defenſata.

Nona Concluſio, quæ & aliâs fuit octaua.

QVòd Felicitas ipſa, vidua & conteſtatrix, non ſit obligata, neque teneatur reddere rationem regiminis vel adminiſtrationis ſuę in vita ipſis hęredibus, in teſtamento inſtitutis, vel etiam venientibus ab inteſtato. Huius cõcluſionis veritas colligitur ex præcedentibus. Si enim hoc verũ, quod ſuprà diximus in tertia concluſione, vti nemo ſanè intelligens negare poteſt, ꝙ ipſa Felicitas ſit proprietaria, & domina omnium bonorum amborum coniugum, certè ad reddendam rationem bonorum ſuorũ nemini tenetur, nec cogi debet, vel etiam poteſt iure: imò eſt moderatrix rerum ſuarum. Vulgata l. in re manda. C. mandati. & in l. ſtatuas, C. de relig. & ſumpti. fu. vbi bonus tex. ibi; cùm in iure ſuo corũ, quæ minus prohibita ſunt, vnicuiq; facultas libera non denegetur. c. verbum, de condi. appoſi. & in c. de his, de ſepul. cum ſimil.

Præterea & ſecundò, etiamſi eſſet vſufructuaria, tamen non teneretur ad redditionem rationis alicuius; quia hoc iure non reperitur cautum: imò liberè facit
127. omnes fructus ſuos poſsidens, ſciente & patiente proprietario, etiam antequam caueat de vtendo arbitrio boni viri. & per Bar. in l. vxori, la. 1. in prin. in verſi. quæro an vſufructuarius, ff. de vſufru. lega. & in l. ſi homo, verſi. quæro quid ſi ante ſatisdationem. & in l. hac edictali, §. 1. in 3. no. & ibi Sali. de ſecun. nup. per Bal. in l. 1. in vlt. col. verſi. ſed quæro an vſufruc. C. de vſufruc. per glo. in verſi. non habendam. & Pe. de Sunza ac alij in l. ex diuerſo, ff. de rei vendi. ſaltem à ſolo ſeparatos. l. ſi fur. ff. de vſufruct. & dixi etiam ſemel ſuprà.

128. Imò, & tertiò, propria autoritate poteſt capere fructus: vt no. in l. fundi Trebatiani. & ibidem etiam Bar. in 1. col. in verſi. ſed quæro circa hoc, ff. de vſufruc. lega. & in auth. hoc locum, in 4. col. in fi. verſi. ſi autem reliquit vxorem dominã. C. ſi ſecun. nupſe. muli. Floria. de ſanc. Pet. in l. 1. ff. de vſufruc. & maximè in terminis noſtris, in quibus ipſa vidua habet hæredem poſt mortem ſibi datum à teſtatore, licet etiam hæreditas non ſit adita, ſecundum Bal. in l. extraneum, in 2. col. in verſi. dubitatur de tali caſu. C. de hære. inſtituen. & poſt eum Alex. de Imo. 3. col. in verſi. quærit etiã hic Bal. & latiſsimè ibi per dominum Iaſonem & alios moder. qui in eo articulo, ſi opus, videndi ſunt, nolui ingredi mare illud magnum, tum quia non expedit, tum etiam quia ſuperfluum.

Satis eſt mihi communem opinionem ſecundum modernos, in articulo, de quo ibi eſt quæſtio, eſſe contra Bar. Imò etiam retenta opinione Bartoli, tamen in caſu noſtro non procederet: Quia quando teſtator relinquit vxori vſufructum vel proprietatem, & poſt mortem inſtituit filium ſuum hæredem, cùm filius de-
129. beat ſaltem habere legitimã, ſine aliquo onere & dilatione temporis, l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſta. Certè filius, ſaltem quantum ad legitimam, poterit ſtatim adire, et per eius aditionem confirmabitur legatum. Ita limitat Io. Andre. in
130. addi. ad Spec. ti. de pigno. verſi. porrò, in §. fi. & quòd dos ſuccedat loco legitimæ: vt tenet Bar. multum ſingulariter, in l. Titio centum, §. Titio genero, in vlt. col. ff. de condi. & demonſtra. & Doct. in l. quoniam nouella, C. de inoffi. teſta. & ſequuntur alij. Ergo, &c.

Præterea illa opinio Bart. & ſequacium haberet locum, quando teſtator ſimpliciter reliquiſſet vſufructum omnium bonorum vxori: ſecus, ſi adiecisset, quòd faciat eam dominam & vſufructuariam, vel æquipollentia verba: nam per illam
131. dictionem, Dominam, quia idem eſt dominus quod hæres. §. peti, cum glo. inſti. de hæred. qualitate & differen. l. his verbis, in princ. ff. de hæredi. inſtitu. vxor cenſetur inſtituta in tempore, vt declarant doct. moderni in l. quotiens, C. de hæredi. inſtitu. & per eius aditionem confirmabitur; & poterit propria autoritate apprehendere. Et ita limitat ſecundum moder. Benedic. de Blobi. in l. qui duas, in princip. ff. de manumiſſ. teſtam. & ſequitur dominus Alex. de Imo. in d. l. ſi extraneũ, & videtur etiam de mente Ange. in l. rerum amotarum, ff. de acti. rer. amot. allegando Specu. Idem tenet Alberi. in auth. quòd locum, in 2. col. C. ſi mulier ſecun. nupſe. & Bal. in c. fi. in 10. col. de conſuetud. tanto fortius, quando adſunt prægnantiora & pinguiora verba, vt eſt in propoſito, vt deduxi in 3. concluſione. Si hoc verum. Ergo, &c.

Præterea poſito, quòd hæc omnia non ſint, & quòd Felicitas fuerit aliquo caſu obligata ad redditionem rationis inſtitutis hæredibus, vel venientibus ab inteſtato, cuius tamen contrarium verum eſſe apparet ex prædictis, nihilominus firma maneret concluſio ipſa; ea potiſsimum ratione, ꝙ Ioan. P. ſenior & teſtator, illam, vt potuit de iure, ſibi remiſit in teſtamento, his verbis: Auch darumb vnſer kains / weder ainige rechnung / Cantion / ſicherheit noch vergwiſung denſelben vnſern kindern / erben / vnd Tochtermännern / gantz nicht ſchuldig / auch vmb ſollichs / darzů vm̃ kein tailung / derſelbigẽ hab vñ Gůt / vnſer kains

angezogē werdē ſoll. Ex quibus verbis admodum clara reſultat remiſsio redditionis rationis, vt quiuis intelligens dijudicare poteſt.

132. Quòd autem teſtator redditionem rationis remittere valeat, eſt caſus, & ibi Bar. Bal. & Salí. ac alij Doct. in l. cùm neceſsitatem. C. de fideicommiſſ. & plenius per Bart. in l. Aurelio. §. Gaius, in 4. col. in verſi. ſed quid ſi relinquit. ff. de libera. lega. & doct. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. maximè moderni. Videtur bonus tex. in l. ſi quis ratione, & l. non ſolum, la. 2. §. ſi hæres. ff. de libera lega. Et ante illos id voluere Odoffre. Cy. & alij antiquiores ſcribentes in eadem materia.

Et quidem permaximè illud verum, quando eſſet conſuetudo in loco, non reddendi rationem, vel etiam non conſiciendi, in ſimilibus caſibus inuentarium vel deſcriptionem, valeret enim tunc talis conſuetudo, prout audiui eſſe in ciuitate A. Ita decidit Bar. in l. tutor qui repertorium, in prin. in 4. col. verſi. item ſi conſuetudo, ff. de adminiſt. tut. ar. l. de quibus. ff. de legi. & C. quæ ſit longa conſuetudo. Refert & ſequitur dominus Abb. in c. ex parte, ff. de appella. in 3. col. in verſi. non autem teneat, vbi etiam alij. Maximè autem tolleretur lex per contrarium vſum, vt dixit originaliter Cy. in l. 2. 5. col. verſi. expediti ſumus, C. quæ ſit longa conſuet. vti in ꝓpoſito eſſe videtur, & alij cæteri in locis ſtatim allegandis, vel paulò pòſt. 133.

134. Illud idem etiã voluit Specu. ante eos, in tit. de inſtrum. edi. §. dicto. verſi. ſed nunquid inuentario confecto. ibi. ſed quid ſi conſuetudine regionis, & ſequuntur alij in d. c. ex parte, dicentes, non videri in culpa, qui ſeruet conſuetudinem, neque vltra illam quempiã teneri, de quo etiã per Ange. in tractatu inuentarij. Bene facit quod dixit Bal. in c. 1. §. pręterea ducatus, in 1. col. de prohibi. feu. alien. per Federi. quòd nullum ſit ius merè poſitum, quod conſuetudine mutari non poſsit, ſaltem quando conſuetudo nõ eſt irrationabilis, ſecundum dom. Abb. in conſi. ſeptimo, in 2. vol. incip: tria circa primum dubium, in penul. colu. per c. fi. de conſue. præſumitur autem rationabilis ex curſu temporis, vt ibi per eum, & referunt moder. in repetit. d. l. de quibus in 9. col. in verſi. ſeptima. Et per iſta relinquitur clarè, concluſionem ipſam eſſe veriſsimam, & de inuentario latius inferius ſtatim. 135. 136.

Decima Concluſio, & quidem potiſsima.

QVod ipſa Felicitas vidua & matrona noſtra, ac proprietaria, non tenebatur neque hodie tenetur ad confectionem alicuius inuentarij, nedum rerum ſuarum propriarum, ſed etiam bonorum quondam mariti ſui, ſibi relictorum.

Iſta concluſio probatur inprimis per theoricam vel doctrinam Bal. quoniam qui non tenetur reddere rationem, non etiam tenetur conficere inuentarium. 137. Ita Bal. in l. cùm oportet, §. non autem. C. de bonis quæ libe. vbi ponit hæc verba: collige quòd pater habet plenam adminiſtrationem, actu & habitu, licet non recipiat eam per iudicis decretum, nec faciat inuentarium, quia, dicit ipſe, inuentarium concernit eos, qui tenentur reddere rationem, & non alios. allegat in ar. textum in l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cleri. vbi idem videtur in 2. colum. in verſi. primo notatur ſentire ibi, & hoc etiam ſentit hæc lex, cùm teneatur inuentarium facere, & etiam iurare, ſicut iurant tutores & curatores, quare hoc eſſet, niſi teneret reddere rationem? Certè fruſtra eſſet. Sed domina Felicitas non tenetur reddere rationem, quia remiſſa, vti oſtenſum eſt in proxima concluſione ſatis extenſè. Ergó etiam non tenetur facere inuentarium.

Quod, & ſecundo etiam, ante eum fuit de mente Cy. in eo §. non autem. d. l.
cùm oportet, in finalibus verbis, in 4. q. ibi, teneatur facere inuentarium, quod faciunt alij adminiſtratores, & dicit ipſe, Marti. dixiſſe quòd non, quia non ſint ſim-
plices & nudi adminiſtratores, imô vtantur & fruantur, & quia lege non cauetur,
138. quod verbum bene notandum, quòd nullus tenetur ad inuentarium cōficiendum,
niſi lege caueatur, vel imponatur ſibi expreſsè, & vt dicit Hoſtien. in ſum. §. 2. hos
ſore obligatos ad rationem, qui alienam adminiſtrationem ſuſcipiunt, & enumerat illos, inter quos non eſt caſus noſter. Bene facit tex. in l. nemo exterus. C. de Iudæis. cum concordantibus partim ſuprà, & per dominos conſulentes allegatis,
maximè, l. loci. §. competit. ff. ſi ſerui. vendi. in ratione ſui. ergo, &c.

Pro quo, & tertio, adduco Io. An. in addi. ad Specu. in ti. de inſtrum. edi §. nūc verò aliqua, verſi. ſed an teneatur inuentarium facere, vbi ipſe poſt Io. de Are. & Io. de Ra. quòd ibi inuentarium fiat de rebus alienis, propterea plus conueniat inuentario tutoris, quàm hæredis, ſubijciens, quòd per hoc non putet, quòd omiſsio inuentarij obliget eum ſicut hæredem ad ſoluendum vltra vires perceptorum, quia iſtud ſolum ſit pro ratione reddenda, ad quam non tenetur hæres, niſi quando vel cùm vult vti beneficio, de quo per Specu. in eodem §. fi. verſi. nūc dicamus, vbi plenè de his, & ſic hæres etiam non eſt obligatus ad redditionem rationis, neq; inuentarij confectionem, ſi nō vult vti tali beneficio. Vnde etiamſi vidua ipſa eſſet proprietaria, & hæres, non teneretur ad illa quoquo modo.

139. Præterea, & quartò, pro confirmatione dictorum, quòd regulariter nullus teneatur ad confectionem inuentarij de iure, niſi lege vel conſuetudine caueatur.
Allego Io. Andre. in addi. Specu. in ti. de inſtru. edit. §. ſi. verſi. ꝗd in patre, ſuper verbo oportet, vbi refert dominum Mart. & non impugnat, ſed ſimpliciter cum eo tranſit, quod eſt etiam de mente conſulentium, & maximè non tenetur teſtator hæredi facere inuentarium, vt perpulchrè deduxit Alciatus in conſultatione ſua, in verſiculo, accedat ad prædicta, adducendo iura.

Quinto bene facit ad hoc propopoſitum, id quod decidit Bal. in l. iubemus, in col. vlt. in verſi. item videtur quòd pater qui ſuccedit, vt commodum ſentiens, non tenetur facere inuentarium, ſicut nec arrogator, vel monaſterium in bonis in-
140. greſsi, & quæ ſequuntur ibidem. C. ad Trebell. Eodem etiam modo filiusfamilias, qui adiuit hæreditatem non facto inuentario, an perdat ius detrahendi legitimam debitā iure naturæ, de quo per Pau. de Caſt. in conſ. 92. col. 1. in fi. ibi, ſuper 20. & verſi. ſuper 30. compoſito, ex cuius dictis apparet, quòd etiam ipſe eo reſpectu non tenetur facere inuentarium, niſi cauſa beneficij conſequendi, & voluit etiam glo. in l. ſcimus. §. ſin autem, in verbo, ſacramento, in fi. in auth. hoc amplius, & ibi Ia. But. C. de fideicommiſſ. & glo. in §. ſi verò non fecerit, in verb. lucrari, in auth. de hær. & Falci. per omnes in auten. ſed cùm teſtator. C. ad l. Falci.

Poteſt & ſextò adduci ad id quod dixi conſilium præfati præceptoris mei, domini Bartholomæi Socyni Senenſ. ſcilicet 44. per totum, in 30. vol. incip: non parua difficultas, &c. Vbi habet quòd etiam nō confecto inuentario, poteſt deducere debitum ei ex hæreditate, vt fideicommiſſum malè alienatum, & ſimilia, de
141. quibus ibi per eum, & ſic iterum videmus, niſi quo ad beneficium, vt non teneatur vltra vires hæreditarias, conſequendum, non eſſe opus inuentario, de quo videlicet beneficio ne teneatur, &c. in propoſito noſtro nulla eſt contentio, & ex verbis Specul. bene poteſt etiam ad illa ſumi bonum augmentum in ti. de inſtrum. edi. in §. fi. in princ. vbi ponit quintuplex eſſe inuentarium, inter quæ non reperitur caſus noſter, nec etiam alibi vt creditur.

Septimò, & hoc eſt ponere gladium ad radicem hæſitationis, & ſummum fundamentum facere pro ipſa concluſione noſtra, quoniam & indubitatum videtur in iure, quemlibet teſtatorem poſſe remittere confectionem inuentarij, ab hærede vel ſimili præſtandam vel fiendam, ſaltem in præiudicium legatariorum & fi-
142. deicommiſſariorum, quia potuit eis non legare, ergo & limitare, ſeu qualificare legatum.

legatum. l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iuran. & ita expreſsim dixit Bal. in l.
cùm tale. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. in verſiculo, quartò nota, poſt glo. in ver-
bo, non interponendæ. Et ſecutus eſt Paulus de Caſ. in d. l. nemo poteſt, ff. de lega.
1. & probatur in præallegata l. cùm tale. §. Ticius.

Illud idem, & octauò, etiam tenuit conſulendo dominus Alex. de Imo. in
conſ. prout allegatur. 214. ſed eſt ſecundum ordinem meorum conſ. 82. incip: per-
ſpectis his, quæ in themate ſupraſcripto narrantur, in vlt. colum. & idem Alex. de
Imo. in d. l. nemo, in 4. col. in verſi. tetigit etiam Bar. Nec obſtet ſecundum eum, ꝙ
videatur dare materiam delinquendi, quoniam hoc argumentum, vel modus argu-
endi tollatur per l. fi. C. arbi. tute. vbi etiam illud ſequitur dominus Iaſon & cæteri
moderniores, in verſi. quarto adde, et in tutore etiam, eſt glo. in l. tutores. C. de
admiſ. tuto. & Bar. in l. in confirmando. ff. de confirman. tuto. & in l. fi. C. arbitr.
tutel.

Nonò et principalius adduco ad idem inſignem ac digniſsimum præceptorē
meum dominum Barth. Socynum, in conſ. ſuo 51. incip: viſo Teſta. ſpectabilis
viri. in 1. col. in verſi. 2. ver. ibi tamen procedunt quo ad præiudicium creditorum, 143.
in 3. volu. ita ſecundum eum loquitur Bal. quia teſtator non poteſt eis præiudica-
re, quo minus poſsint hęredem in ſolidum exigere, ſecus quo ad p̄iudicium legata-
riorū et fideicommiſſorum, quia dicit ipſe, poteſt teſtator remittere confectionem
inuentarij, allegat dictam rationem, potuit enim non relinquere, potuit igitur limi-
tari relicta. d. l. videamus. §. peti. et l. in actionibus. ff. de in litem iuran. ſubijciens
ita velle Pau. de Caſ. in l. nemo. in princ. ff. de lega. 1. quem ſequūtur ibi præcepto-
res ſui dominus Alex. de Imo. et Aret. qui remouet etiam quædam in contrarium
facientia, vt ibi per eum, et dominus Alex. in repetito conſ. 42. in 3. volu.

Et dicit probari, et decimò, euidenter in fideicommiſſario, qui tenetur rationē
reddere, d. l. cùm tale. §. Ticius, ſed talem redditionem rationis, teſtator remittere
poteſt, vt ibi eſt caſus, igitur inuentarium, &c. ita etiam voluit ibi Bal. et moderni
ſecundum eundum præceptorem meum, et expreſſe vult, quòd de alijs bonis, quæ
nō ſubiacent fideicommiſſo, non ſit fiendum inuentarium, quia in rebus proprijs,
quilibet ſit moderator et arbiter. l. in re mãdata. C. manda. et d. l. nemo exterus. C.
de Iudæis, et ſic ſtat communis et firma concluſio, teſtatorem poſſe remittere con-
fectionem ſeu redditionem rationis, et per conſequens vel neceſſarium antecedens
pro concluſione ipſa inuentarij confectionem.

Vndecimò poſſumus etiam ſumere argumentum à patre, qui non tenetur red-
dere rationem nec inuentariū facere, ſicut dictum eſt ſuprà, et voluit Specu. et Io.
An. in addi. ſuis. §. fi. in verſi. quid in patre, et quia in iure non reperitur. ergo. &c.
Idem erit in matre vel vxore, vt diſpoſitio facta in patre, habeat etiam locum in ma 144.
tre vel vxore, per notata in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, et l. 1. cum ſua materia. ff. de
lega. 1. bene facit ad propoſitum, l. iubemus. §. in ſupradictis. C. ad Trebell. vbi
lex habet pariter ſuſpectum tam patrem quàm matrem tranſeuntem ad ſecunda vo-
ta, ſi non tranſeunt, pariter non debent haberi ſuſpecti. Faciunt notata per Bal. in
l. generaliter. de ſecun. nup. vbi dicit, quòd pœnæ tranſeuntium ad ſecunda vo-
ta, ſint communes patri et matri. Et hoſtien. in ſumma, in ti. de ſecun. nup. §. qua-
re, verſic. penult.

Duodecimo, comprobatur adhuc ſtrictius ipſa cōcluſio noſtra, quia vt viſum
et declaratum eſt ſuprà, teſtator remiſit redditionē rationis, ergo et inuentarij cō-
fectionem, vt æquipollens, eſt enim eorum eadem diſciplina. l. ſi mater, cum glo. et
Bar. C. de inſti. et ſubſtitu. ſub condi. factis, et eſt iudicium l. gallus. §. et quid ſi. ff.
de libe. et poſthu. l. fi. ff. manda. c. 1. de iudic. cle. exiui. §. cū aūt, et ibi Card. de ver-
bo. ſignifi. & c. tua, de conſang. & affi. et nō refert, quòd ex æquipollētibus fiat. l. 145.
fideicō. §. ſi cui, & ibi Bar. ff. de lega. 3. et l. mulier, in 1. et ibi Bar. ff. ad Trebell. l. 3.
& Bar. et Bal. C. de inſti. et ſubſti. dn̄s Maria. Soc. conſ. 6. in fi. 2. col. in verſi. cùm
quia æquipollentiū. &c. et d. Bar. in conſ. 66. in 7. col. in 3. volu. et ſempèr ſubau-
ditur, et ſufficit ſecundū Bart. in l. ab emptione, in vlt. col. ff. de pactis. Cùm ergo in
terminis

terminis noſtris teſtator remiſit redditionem rationis, videtur etiam remiſiſſe inuentarij confectionem, quæ illi æquipollere videtur, ex dictis conſulentium & ſuprà relatis. ergo. &c.

Sic etiam, & decimo tertiò, diſpoſitio facta in vno æquiparatorum in aliqua
materia, habet locum in alio, glo. eſt ſingularis ſecundum Petrum de Ancho. in c.
ſi poſt quam. §. fi. de elec. in 6. & facit glo. in Cle. abbates. de reſcr. & in c. 2. de con-
146. ſei. in 6. Imò quando lex æquiparat duo ſimpliciter, intelligitur in omnibus æqui-
parare, niſi in quibus reperitur expreſſe contrarium ſecundum Bar. in l. ex facto.
ff. de vulga. & pupil. licet ſecus ſit, quando lex vtitur verbo in multis. l. in multis. ff.
de ſtatu homin. & quia diſpoſitio legis & teſtatoris æquiparantur. §. diſponat, in
147. auth. de nup. col. 4. & l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. 3. Alex. de Imo.
conſ. 56. verſ. 20. verb. adducitur, in 5. volu. & ideò à pari etiam procedunt. l. fi. C.
de re alien. non alien.

148. Sicuti, & decimo quartò, iudicis & teſtatoris diſpoſitio, nam & tales æquiparantur, & de vna arguitur ad aliam. l. non eſt mirum. ff. de pigno. l. ſi ita fuerit. l. de
manumiſſ. teſtam. bene facit l. ſeruus bac. ff. de manumiſſ. & l. 1. ff. de cura fu. ſecundũ Alex. de Imo. in l. filius familias. §. diui. in col. 1. 3. verſ. ſuper glo. in verbo, dicere. ff. de lega. 1. ita eodem modo & ſtatuti, vnde quod diſpoſitũ reperitur in vno,
habet & locum in altero, per ſuperius dicta, & inferius dicenda ſtatim, nec poteſt, neq; debet iudex aliter iudicare, ſalua conſcientia.

Modò, & decimo quintò, ponendo ſecurim ad truncum rei vel arboris, dico,
149. quòd illa duo, redditio rationis, & confectio inuentarij, in iure æquiparentur, ſicut
etiam inuentariũ & liber rationis, & ſimilia, vt eſt tex. et ibi Bar. in l. 1. §. de ſeruis.
ff. de tutel. et rationib. diſtrahen. ibi in verbis, cùm neq; inuentaria neq; rationalia
proferuntur, et Bart. ſuper uerbo, rationalia, dum dicit: Nota hic æquiparari inuentarium & librum rationum, quare ſiue per legem, ſiue per teſtatorem, ſiue per
iudicem diſponatur de vno eorum, cenſetur diſpoſitum etiam de altero, vnde in
propoſito noſtro, ex quo teſtator remiſit redditionem rationis, eo ipſo etiam videtur. &c.

150. Et pro tanto magis, ac decimoſextò, ex quo caput rationis reddendæ ſit ipſum
inuentarium, ſecundum Bal. in l. cùm tale. §. 1. prælleg. & voluit Ange. de Peruſio in conſil. per dominos conſulentes in medium allato, & melius ac expreſsius
per inſignem præceptorem meum dominum Bartol. Socynum in conſil. ſuo 51.
in 2. col. in verſi. circa, in 3. vol. allegat l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. diſtra. & l.
tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto. & ideo ſtat firma concluſio iſta & quidem
marmorea & maximè cùm in dubijs etiam non ſit contra matrem iudicandum, nec
151. diſpoſitio dubia teſtatoris contra matrem interpretanda. l. fi. C. de inſti. & ſubſti.
quem textum ad hoc ita allegant dominus Alex. de Imo. in l. centurio, in 19. carta,
verſi. 3. pro hac ſententia. ff. de vulga. & pupil. ſubſti.

152. Quod etiam, & decimo ſeptimò, ſuadet amor parentum amborum, vel ardor,
patris ſcilicet & matris, qui eſt inæſtimabilis, l. Paula Callinico. §. Põpeius. ff. de
lega. 3. & inſuper quia in dubio, etiam in matre, præſumitur bona fides, quã quidem opinionem & coniecturam, naturalis ratio, & imbecillitas ſexus etiam, inducit. l. vbi, in princip. cum glo. ff. de eden. et l. propter. C. qui accuſa. nõ poſſunt. Ibi,
ſi pietas et ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem. &c. et quia naturalis cognatio propter naturalem affectum, in dubio concedit omnia, l. Aurelius. §.
Titius teſtamento. ff. de libe. lega. vbi bonus tex. et licet loquatur in patre, idem tñ
eſt in matre, niſi quando tranſiret ad ſecunda vota, quoniam tunc præſumitur mutatus animus, et habere potius amorem ad ſecundum virum, quàm ad filios, et ita
loquitur tex. in l. quæ tutores. C. de admi. tuto. et &c.

Bene facit dictum Bal. & decimo octauò, in 5. vel 6. col. in verſi. in contrariũ
videtur quòd habeat annum, ex æquitate legis, ſciant omnes. aliâs incipit: ſciant
cuncti, C. de legitimis hæredibus. Nam ſi reliqui coniuncti habent annum, ergo
multò fortiùs mater, tum quia mulier, tum quia proximior, ar. l. fi. §. penul. C. de
codicil.

codicil.& poſtmodum idem Bal. in verſi. præterea æquiparans eſt mater patri.l. humanitatis.C.de impub.& alij ſubſti.& in propoſito etiam, vt æqualitas ſeruetur inter vnà & reciprocè teſtantes coniuges, cui ſcilicet æqualitati etiam iura multum fauent.l.ſi cùm dies.§.pen.ff.de arbi.ibi, abſurdum enim eſſe viſum eſt, in alterius perſona ratum eſſe, in alterius non, cum concordantibus ibidẽ in glo. allegatis, & l.prouidendum.C.de poſtula.& 16.q.7.c.1.2.& 3.cum ſimilibus ibi allegatis. 153.

In quibus omnibus etiam, & decimo octauò, ipſa bona fama & æſtimatio illi-us viduæ præ ſe ferentis magnam honeſtatem, multum opitulatur & facit vt de ea nihil mali ſuſpicandũ, per iura vulgata, partim ſuprà etiam, & bene per ipſos conſulentes allata, inter quæ optimè facit tex.in l. hæ enim cauſæ.ff. de ſuſp. tuto. ibi, quid ergo ſi non deſignarit cauſam remotionis decreto ſuo, Papinianus ait debuiſſe dici, hunc integræ eſſe famæ & verum eſt. Et quia nedum in claris, ſed etiam in dubijs, turpis ſuſpicio non ſumenda, iuribus ſuprà deductis, & ſecundum dictum dominum præceptorem meum Barthol.Socyn. vnde & Philoſophus 8. ethicorum dicit, quòd parentes naturaliter filiorum honorem & incrementum appetunt, & probatur in c.ſuper eo.2.de teſti. 154.

Quoniam naturalis ſtimulus carnis parentes hortatur & vrget ad cogitandũ pro filijs, vt dixit Marianus Socynus, conſil. ſuo 9. allegat quædam iura, de quibus ibi per eum, & probatur etiam 16.q.1.c.prædicatur, & quia cùm plures participant circa eundem actum perficiendum, pariter & ſalubriter cuilibet eſt fauendum & prouidendum, ar.l.fi. C. de fruc. & litis expen.auten.æqualitas.C.de pactis conuent.& in autent.de æquali.dot. §. 1. & in l. fi. ff. de acceptil. Vbi bonus tex.quòd vno correlatiuorum ſeu æquiparatorum ſublato, vel remiſſo, tollitur & reliquum, vel cenſetur remiſſum. Ergo. &c. & ita ſit abſoluta hæc decima cõcluſio. de obiectionibus, & quibuſdam alijs videndum in ſequenti concluſione. 155.

Vndecima Concluſio.

QVòd ipſa domina Felicitas ſeu matrona noſtra &c. non teneatur ad annotationem vel deſcriptionem ſuprà dictarũ rerũ vel bonorum de iure ſuorum, & permaximè propriorum, quam comprobo eiſdem modis & fundamentis, quibus proxima. Nam licet vſufructuaria omnium bonorum teneiur facere inuentarium in rebus inuentis in hæreditate, vt eſt caſus in l. 1.§.recte.ff.vſufruc.quemad. cauet. & Pau.de Caſ.in terminis in conſ. 191. aliàs & ſecundum ordinẽ meorum eſt conſ. 192. incip: antequam veniam ad dicta dubia, in ptinc. Vbi mirum in modum corroborat illud, quia non ſui teſtatoris cauſa fuerit inuenta, ſed fauore hæredis proprietarij, & vt auferatur materia delinquendi.l.ſcire.C vt in poſſeſſ.lega.& ibi notatur, & in l. pecuniæ.ff.eo.ti.& in l. 1.C.de vſufruc.& Alex.de Imo. in conſil.58.incip: habita ſuper.in 3.& 4. col.in verſi. ergo apparet, in 3.vol. & alij alibi, tamen non obſtat. 156.

Quoniam ad id de facili reſponderi poteſt, & tolli eo modo, vt viſum eſt in 3. & 5.& cæteris concluſionibus ſuprà habitis, quòd ipſa Felicitas vidua, non ſit, nec dici valeat vſufructuaria, ſed proprietaria, & domina, ne dum ſuarum rerum, ſed etiam quæ fuere ipſius mariti defuncti, vti etiam domini conſulentes firmarunt & comprobarunt, in eorum conſilijs, quæ aliter non rẽpeto, ibidem, ſi opus, videnda erunt, vnde, licet etiam dicta deſcriptio ſit neceſſarium antecedens ad cautionem præſtandam, quia alio modo non poſsit fieri æſtimatio rerum, & per conſequens, ſicut teſtator non poſſet remittere hanc cautionem, non poſſet etiã remittere inuentarium, ſeu deſcriptionem rerum, vt neceſſarium antecedens, quoniam & ad illud pariformiter reſpondetur, ex quo ipſa Felicitas non eſt vſufructuaria, ſed domina & proprietaria, & ſic in ea non poteſt habere locum cautio prædicta, ergo, nec deſcriptio, vel inuentarizatio, & ſic ipſa Felicitas vidua, de per ſe non tenetur facere inuentarium, vel deſcriptionem bonorum, etiamſi eſſet vſufructuaria, ſed includeretur in ipſa cautione præſtanda tunc.

Quod

ſito ad nil aliud tendere videtur huiuſmodi petitio deſcriptionis, quàm ad incor-
porandum res illas hæreditati, ergo. &c. & ſi rectè perſpiciuntur iura loquentia de
huiuſmodi deſcriptionibus, loquuntur de ſuſpectis maleficij vel accuſatis, vel ſaltē
in non poſsidentibus, non de his, qui intus habent bona.

Poſſemus etiam iſtam concluſionem, vt præcedentem, fundare in natura æ-
quiparatorum, quæ par eſt, & eiuſdem potentiæ, vt ibi dixi in illis iuribus ibidem
allegatis. Sicuti enim liber rationum & inuentarium æquiparantur & paria ſunt,
ita etiam ſimplex deſcriptio, quod vltimum probat̃ in l. 1. §. ſi. ibi conſcribere cura- 162.
tori debent & vendenti & inuentarium verum facienti, &c. ff. de ventre in poſſeſſ.
mittendo. & expreſſe hoc dixit Franciſ. Curtius, in præalleg. tractatu de ſequeſtr.
in 4. col. verſi. illud. ibi, meritò debet fieri deſcriptio, quod appellatur inuentariū,
allegat dicta iura. Cùm ergo redditio rationis, & per conſequens inuentarium, ſit
remiſſum, erit & ipſa deſcriptio remiſſa, per iura & authoritates ibi adductas. Non
repeto aliter.

Dicet fortaſſe aliquis, dato, illud verum eſſe, & quòd æquiparentur redditio
rationis, confectio inuentarij, & talis deſcriptio ſimplex bonorū, & quòd vno eo-
rum remiſſo, cenſeantur & reliqua remiſſa, & ſic cùm in propoſito noſtro, redditio
rationis per ampliſsima verba fuerit viciſsim remiſſa, certè & cætera, ſiue loqua-
mur de inuentario, ſiue de ſimplici deſcriptione ſint remiſſa, tamē illa talis remiſsio
non valeat, neq; trahi poſsit ad legitimam filiorum vel filiarum, quæ ſecundū Bal.
in l. quotiens. C. de hæredi. inſti. eſt, quota bonorū, quæ libera eſſe debet de iure, &
abſq; omni grauamine, conditione, & temporis dilatione, vt ſtatim ſubijcietur. Eo
ergo reſpectu ſaltem inuentaria facienda, & deſcriptiones prædictæ.

Primum, ſecundum, & tertium, & ſic omnia ſimul probantur in l. quoniam in
prioribus. C. de inoffi. teſta. ibi, hoc in præſenti addendum eſſe cenſemus, vt ſi con- 163.
ditionibus quibuſdam aut dilationibus, aut aliqua diſpoſitione moram, vel mo-
dum, vel aliud grauamen introducente, &c. & poſtmodum ibi, vel quodcunque
onus introducens tollatur, & ita res omnis procedat, quaſi nihil eorum teſtamēto
additum eſſet. Reijciuntur ergo omnia talia, & ſic licet filius ſit grauatus vltra pe-
tere non poſſe, tñ poteſt petere vſq; ad legitimā, vt ibi, & tenet Bar. in l. 1. ff. de his
quæ pœnę nomi. in verſi. quæro. ibi. idem puto, & intelligitur etiam de grauamine
temporis, ſecūdum Iac. Andr. in addi. Specu. initio de pigno. Alex. de Imo. & cæ-
teri moder. in l. ſi extraneum. C. de hære. inſti. ergo, &c.

Quoniam ad hoc legaliter reſponderi poteſt, quòd illa omnia ſibi non vendi-
cent locum in caſu noſtro, cùm omnes filiæ fuerint, & ſint benè ac honorificè dota-
tæ, & etiam inſtitutæ in eadem legitima abſq; omni grauamine & dilatione, imò
intus habeant & poſsideant, & ſic earum legitimam liberè iam actu cōſecutæ ſint,
cùm & ipſa dos computetur in legitimam, et minuat eam, vt eſt textus in l. ſi cùm
dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. et ibid. Bar. et alij, dicentes, per illum textum, quòd 164.
etiam legatum relictum, animo compenſandi debitum neceſſarium imputetur, et
per Bal. poſt Cy. in l. 2. in fi. C. de iure doti. & pulchrè per Franciſ. de Are. in con-
ſil. 93. incip: viſo legato facto, in verſi. hoc præmiſſo dicendum, vbi illud tenet, non
facta diſtinctione, vtrum legeẽ ſpecies et debeatur quantitas, an verò debeatur
quantitas et quantitas legetur, allegat moder. vbi ſuprà, et Bal. in l. ſi vxor. C. de
bonis auto. iud. poſside. et quædam alia, ibi per eum.

Quare non habet obſtare obiectio, nec habent, nec poſſunt prætextu legitimę
quicquam attentare vel petere, ſed fuiſſent et eſſent tāquam carentes actione in hac
parte à liminibus iudicij repellendæ, vt eſt natura exceptionis, tu nō habes actio- 165.
nem, nec ius agendi, impedit etenim litis ingreſſum vel conteſtationem eius, vt per
Bar. in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negot. geſt. et Bal. in l. Papinianus. §. ſi quis
impubes. ff. de inoffic. teſta. et in l. pater decedens, eo ti. ſicuti etiam exceptio. non
es audiendus, quia petis quod intus habes, quæ etiam obſtaret ſententiæ. ſecundū
Bar. in l. 1. C. de re iudica. per illum textum et quidem in ſummario, et præterea e-
tiam non habet obſtare, quòd filij et filiæ, non niſi poſt mortem dominę Felicitatis

viduæ,ſint inſtitutæ,& ſic ante adire hæreditatem non valeant. Quia vt ſuprà eſt
166. oſtenſum,ex quo debent & filius & filia habere legitimam abſq; omni onere & tē-
poris dilatione,inſtitutio remanet pura, ideo potuere ſtatim adire, & per eorum
aditionem confirmabitur teſtamentum,proprietas,vſusfructus,& alia legata,ſecū-
dum Io. And.in addi.Specu.in ti.de pigno.§.1.verſic.porrò vſuſr.

Et ſequitur etiam Alex. de Imo. in l. ſi filius à patre, in 9. col. verſi. hanc ta-
men.ff.de libe.& poſthu.& in l.extraneum. in vlt. col. verſic. tamen. C. de hære.
inſti.& ſequuntur moderni ibi in 5.col.& voluit etiam Paul.de Caſ.in conſil.472.
incip:dubium de quo quæritur,in 2.col.in nouis ſeu nouiter impreſsis. Retulit &
ſecutus eſt Pau.de mon.Pic.in d.repetitiōe l.Titia.§.Titia cùm nuberet,in 17.car-
ta,in 2.col.in verſic.ſtante igitur,confirmans & amplians illam concluſionē,quia
ibi erat inſtitutus aliquis in re certa purè, & alius hæres vniuerſalis, poſt mortem
vxoris poſſet inſtitutus in re certa adire, & eius aditione confirmantur legata, &
alia,vt latius ibi per eum & aliâs,vbi ſuprà.

Imò dicit quid fortius, quòd quando teſtator non inſtituiſſet aliquem hære-
167. dem,quòd hoc caſu talia verba dominam, dominatricem, importēt dominium bo-
norum,puta ſi coram ſeptem teſtibus rogatis teſtator diceret: Relinquo vxorem
meam dominam & maſſariam bonorum meorum,& alium nō inſtituo, certè vide-
tur per talia verba eam inſtituere hæredem, ita in ſpecie decidunt Bal. & Imo. ſe-
cundum eum in l.his verbis,in princ.ff.de hæred.inſtitu.mouentur bonis rationi-
bus,de quibus ibi per eos,facit tex.in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.&
tex.in §.planè inſtitu.de teſtam.militis,& ibi Ange.de Are.Barba.in c.rejicimus,
de teſtam.Sed hîc ſeu in caſu noſtro in vita ſua Felicitas ipſa nō habet cohæredē,
imò in illo tempore nullus alius eſt hæres inſtitutus, ergo ipſa eadem illo tempore
erit hæres & proprietaria,atq; etiam domina omnium bonorum ne dum ſuorum
propriorum,ſed etiam mariti defuncti.

Duodecima Concluſio.

QVòd ipſa Felicitas vidua ſæpedicta,etiam nō teneatur, neq; ſit obligata ipſis
actoribus ſeu impetentibus ante aditionem purè & ſimpliciter factam, ſuper
petitis,reſpondere,iſto non probato,vel illis,ſaltem non habilitatis, etiamſi aliâs
de iure teneretur,vel fuiſſet obligata vidua ad hoc,cuius tamen contrarium eſt ve-
rum,vt oſtenſum eſt ſuprà,iſta concluſio eſt veriſsima,& probatur inprimis ex re-
168. gula generali,quæ habet,quòd agens vel petens vt talis, debet ſe ante omnia pro-
bare talem,vt agens,vt gabellarius debet probare ſe eſſe gabellarium, & ſic titulū
oſtendere,non poſſeſsionem, ſecundum Floria,in l.ſicuti.§.ſi quæratur. ff.ſi ſerui-
tus vendicet.Pau.de Caſ.in conſ.67.ſecundū ordinē meorum eſt conſ.69.incip:ſu
per eo verò quod quęritur,paulò poſt princip.cùm igiť perpulchrè loquitur,vt ibi
videri poteſt,&c.

Sic & prælatus non poteſt agere,neq; vt prælatus quicquam petere, niſi oſtē-
169. dat ſe eſſe pręlatum,vel prælaturā ſuam,vt per Specul.in ti.de electi.§.1.dominus
Abb.in c.bonę,ti.de elec.ita & procurator,v per Bar.in l.1.§.iudicialis.ff.de prę-
to.ſtipul.ſimiliter etiam agens vt hæres vel petens,vt talis,ne dum debet ſe ꝓbare
talem,ſed etiā exprimere in libello vel petitione ſua,an ſit hæres ex teſtamento vel
ab inteſtato,ita Specu.in ti.de actore,in verſi.itē qui dicit ſe hæredē,repelliť,niſi di
cat an ex teſtam.vel ab inteſtato,allegando l. ſi defenſor.§.illud.ff.de interrog.act.
& ibidē Bal.in addit.verſi.q agit, vbi illud dictū Specu.refert & ſequiť, & eſt fatis
de mente etiā Bart.in d.l.ſi defenſor.§.illud.aliter quādo ex hoc impedimentū ali-
quod,vt eſt in propoſito,vel grauamen inde ſequereť,vt ibi per eum,& aliâs alibi.

Faciūt ea quæ ad propoſitū dicūt Bar.& Bal.in l.non ignorat. C. qui accuſa.
non poſſ.dum expreſsius volunt,ꝙ qui vult admitti tanq; talis,primò debet facere
ſe talē eſſe.d.l.nō ignorat.C.qui accuſare nō poſſ.ꝑ l.quidā referunt.ff. de iure cō-
dicill.glo.2.q.1.C.imprimis,& l.ſi quæramus.ff.de teſtam.idē Bar.in l.4.§.con-
demnatum,

demnatũ,de re iudica.in l.dici, de teſta.mili. & in l.ſi quando,C. vnde vi, nam &
regula eſt,quòd qualitas quæ eſt cauſa, quòd quis audiatur, vel admittatur, de- 170.
beat probari.l.ait prætor.§.docere.ff.de vi bon.rapt.& l.pen.§.docere.ff.ne quis
eum qui in ius voca. ſic exiſtimat Bar.in l. id quod pauperibus.C.de epiſ. & cler.
Io.Andr.in rubr. ſeu c.1.de homic.faciunt multa alia ad id propoſitũ, quæ breui-
tatis ſtudio omiſi. Sed ipſi petitores hoc non fecere.Ergo debent repelli,vel ſaltem
non audiri.

Accedit ad hoc vitium reſcripti ſeu commiſsionis factæ,ſurreptionis ſcilicet
& obreptionis,pleraq; enim narrata,vt patet ex narratis in ea & declarationibus
ſuis,fuère & ſunt falſa.Cùm ergo hic fuerit obreptum, & ſic affuerit vitium obre- 171.
ptionis,quod eſt maius quàm ſurreptionis,ſecũdum dom.Antho.de But.& alios
in c.ex parte, de capellis monach.& notat Imo.in c.cùm dilecta,de reſcript.ſequi-
tur neceſſariò,quòd talis commiſsio fuerit & ſit nulla,contra ordinationem impe-
rij, ius commune, & ſtatuta conſuetudinemq; ciuitatis A. impetrata, quæ red-
dunt etiam proceſſum deſuper ſecutum nullum,ſimiliter & quæ ſubſequentur.

Et in tantum quidem eſt nullum ipſum reſcriptum Cæſareum, quòd nulla
verborũ expreſsione poteſt validari,per textum opt.in Cle.1.in verſi.quanq;,de
præben.nam reſcriptũ redditur obreptitiũ & ſurreptitiũ, etiam quãdo eſt tacitum
vel expreſſum in eo tale quid,quod ſi fuiſſet commiſſum vel expreſſum, princeps 172.
non conceſsiſſet,vel ſaltem non ſic de facili,vt eſt textus in c. poſtulaſti, in verbo,
de leui.de reſcrip.& in c.eum qui, & in c.ſi mota proprio,de præben. nam etiam,
vt dicit Io.Caldæ.in conſil.13.ſub rubri.de reſcrip.ſola difficultas in impetratiõe
habet literas vitiare,ſi id non exprimat impetrans, quòd difficultatem inducat, &
maximè,quando falſa demonſtratio dat cauſam conceſsioni,vt in l.ſi pater,& in l.
nec apud.C.de hære.inſti.per doct.in c.ſignificãte. de reſcrip.vbi etiã moder.&c.

Sed cui dubium,quòd imperator non dediſſet hanc commiſsionem vel man-
datum,ſi ei fuiſſet expreſſum, Felicitatem eſſe viduam,honeſtæ vitæ & morũ,con-
teſtatricem,proprietariam,ab omnibus moleſtationibus, cautionibus, & ſimili-
bus exoneratam, filias 6.poſt mortem inſtitutas, data ſibi in vita libera & plena
adminiſtratione,cum remiſsione redditionis rationis, & quòd cauſa alibi pende-
bat,ac alia,quæ in actis reperiuntur deducta, certè nullus ſani capitis hoc conce-
deret,nam & nõ feciſſet hoc Cæſarea maieſtas,vt atteſtatur ipſa in l.nec auis.C.de
emanci.libe.ibi,nec in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri,be-
ne facit l.2.§.ſi quis à principe. ff.ne quid in lo.publ.ſi iſta & ſimilia, & quidem
veritas fuiſſet ſuæ maieſtati diſcreta,& non falſo ſeducta, non dediſſet, maximè
contra ius commune,contra conſtitutiones imperij,contra facta propria, & con-
ſuetudinem dictæ ciuitatis A. quæ faciunt præſumi ipſum fore ſurreptitium, niſi
de eis eſſet facta mentio expreſſe, cum clauſula non obſtante. ſecundum Bal. in l.
fi.2.col.verſi.4. C. ſi contra ius vel vtili.publi. & alios ibi, & in alijs locis ibi
traditis.

Tredecima Concluſio.

QVòd licet ſtricto iure ipſi actores ſeu impetatrices reſcripti Cæſarei, tã actu,
propterea ſeu propter impetrationẽ illius reſcripti imperialis, & proceſſum
iuris & facti deſuper habitum, inciderint in pœnas teſtamento comprehenſas, ta-
men fortè propter conflictum, opinionem & nouitatem rei,ac neceſsitudinem cõ-
iunctionemq; perſonarum,poſſunt vt opinor ad ea excuſari, vſq; ad ſententiã ſal-
tem,& eiſdem rationibus etiam ab expenſis & intereſſe,ſi quod eſſet.

Prima pars huius concluſionis probatur per iura in conſilijs præcedentibus
bene quidem per dominos conſulentes allegata, potiſsimè l.1.C.de his quæ pœ-
næ nomi. ibi bonus tex. quòd teſtatores huiuſmodi pœnas adijcere & imponere
poſſunt,& ibi doct.quòd autem contrauentum ſit per filias & earum maritos, pa-

173. tet ex eo ſaltem, quòd ſupplicarunt principi, ac impetrarunt, etiamſi reſcripto non
vtantur, ſecundum dom. Card. in c. cùm omnes. de conſtitu. in 6. opposit. & idem
Card. in Cle. 1. de reſcrip. in fine. 22. q.

Et eſt propriè illud, quod dicit Pau. de Caſ. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. in
verſi. alio modo dicitur venire contra, ſupplicando principi, vt delegatum contra
aduerſarium in illa cauſa impetret, & tunc, etiam parte non citata, nec etiam illo
iudice adito, videtur hoc ſufficere ad faciendum pœnas incidere, ſubijcit tamen,
quòd illud eſſet ſatis durum & rigoroſum, ſed quando quis non vteretur impetra-
tis, nihilominus incideret in pœnam, & quòd fortè in practica non ſeruaret, quod
& refert & ſequitur Alex. de Imo. in conſil. 34. incip: viſo thamate ſuper ſcripto,
in 2. colum. in verſi. 3. principaliter moueor, in 1. volum. allegan. Pau. de Caſ. vbi
proximè.

Et facit ſecundum eum, quod notat Hoſtien. & Io. Andr. in c. ex cō queſtione,
de reſti. ſpolia. vbi perplura concludunt, quòd ſi Actor impetrat reſcriptum dele-
174. gatorium, & nolit illo vti, non poterit reus illud reſcriptum allegare & vti inuito
actore, vt notat idem Bal. in l. 1. C. vt lite penden. & in l. poſtquam liti. C. de pa-
ctis, ad fi. & quod notat idem Bal. in l. quanuis. C. de in ius vocan. & glo. in d. l. ſi
quis maior, verſi. ſupplicando, quæ intelligit, quòd per ſupplicationem committa-
tur pœna, quæ diſputatio ceſſat & non habet locum in terminis noſtris, cùm impe-
titores ne dum ſupplicarunt, ſed etiam impetrauere, & quod plus eſt, adiuere iudi-
ces, vſi ſunt reſcripto, & proceſſere in iudicio virtute illius.

175. Præterea per ſolam citationem dicitur conueniſſe, per l. libertus. ff. de in ius
vocan. & notatur in d. l. ſi quis maior, eſt de mente Bal. in d. l. quanuis. C. de in ius
vocan. dum dicit per illum tex. quòd ſi quis in contractu promiſit pœnam, ſi veni-
ret contra contractum, & talis promittens poſtea facit citari eum ad aliquid, quod
erat contra promiſſa in d. contractu, licet per ſolam citationem non incidit iſte qui
citare fecit, ſi citatus non comparuit, & ipſe aduerſarius citatus non fuit affectus in
commodo, &c. Sed hîc ſeu in propoſito ipſa vidua fuit & eſt incommodata & iniu-
riata, ac ad magnos ſumptus & expenſas coacta & vexata. Ergo, impetitores con-
trauenere, & in conſequentiam incidere in pœnas teſtamento inſertas.

Inſuper & qui excipit conuenire dicitur, ſecūdum glo. & doct. in l. Lucius. §.
176. tres, in verſi. mouerit. ff. ad Trebell. ibi, & dicitur quis mouere controuerſiā etiam
reſiſtendo. glo. in l. qui bona. §. cùm inter. ff. de dam. infec. in ver. cōuenietur, Bar.
in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, in 5. col. in verſi. item non, & in verſi.
iuxta hoc tamen, & in verſ. quanta vis pacti, & melius quidem in l. amplius. ff. rem
ratam hab. in 2. col. in verſi. & ideo vt tibi liqueat. vbi etiam Alex. de Imo. & idem
Alex. de Imo. in cōſilio ſuo 177. incip: viſo teſta. Bar. in 1. col. in 5. volu. vbi ad p-
poſit. perpulchrè loquitur, præſuppōnēdo, ꝙ talis impoſitio pœnę facta per teſta-
torē fieri potuerit, allegat d. l. 1. C. de his quę pœnę nomi. & inſti. de legat. §. ſi. & l.
1. §. ita. ff. ad l. Falcid. & in propoſito proprie noſtro, ponit Bar. ſecūdum eum in l.
vxorem. §. hæres. ff. de lega. 3. & melius in l. paterfamilias. ff. de hæredi. inſtituen.

Vbi dixit, ꝙ iſta eſt iuſta cauſa priuādi hæredē hæreditate ex diſpoſitione te-
ſtatoris, quando teſtator dixit, ꝙ ſi hæres moleſtaret vxorem in tali relicto, priua-
ret eum hæreditate. Nam ſi hæres iniuſtè moleſtauerit vxorem, priuabitur hæredi-
tate, adducendo etiam Bal. in auten. cui relictum. C. de indic. vidui. tollend. & in
d. l. vnica. C. de his quæ pœnæ no. tex. cum glo. & ibi Bar. in d. l. Lucius. §. tres hę-
redes. Si ergo excipiendo quis dicitur moleſtare, vti oſtenſum eſt, quanto magis a-
177. gendo vel expetendo id facere videtur, arg. aut. multo magis. C. de ſacroſan. eccle.
& ille qui eſt prohibitus moleſtare alium in certa re, dicitur moleſtare eum in con-
traueniendo tali prohibitioni, ſi moueat ei cōtrouerſiam, quia iſta videnē æqpolle-
re, ſcilicet moleſtare & cōtrouerſiā mouere, vt probaē in d. l. Lucius. §. tres hęredes,
& q̄d ibi glo. in verſi. controuerſiā moueri, iuncta glo. in verbo de oībus dicit, &c.

Et ibid. Bart. etiam expreſsius illud dicit Io. de Imo. qui refert ita eſſe de mē-
te Cy. in l. quotiēs, in fi. C. de dona. q̄ ſub modo, attenta l. quā allegat c. 2. & ita etiā

tenet Rapha.in §.tres hæredes,in verbo mouerit. Refert & ſequitur dominus A-
lex.de Imo.in conſ. 177.pauló poſt princ. ſubijciens hoc etiam apertiſsimè, dum
dicit,& conſtat quòd ille dicitur controuerſiam mouere, & per conſequens mole- 178.
ſtare,quomodocunq; faciat cõtrouerſiã,ſiue agendo, ſiue excipiendo,ſiue de iure,
ſiue de facto,ſiue iudicio,ſiue extra,etiam ante litem conteſtatam, per ſupra dicta
& pleraq; alia,de quibus ibi per eum,per textum in l. 1.C.de teſti.

Et Ang.in l. 1. C. de præſcrip. longi temp.notatur etiam in l.qui fidem.ff. de
tranſac.& notant Canoniſtę,maximè Anto.de But.in c.ſi diligenti,de fo.compet.
& quòd dicatur moleſtia inferri etiam agendo in iudicio,eſt tex.in auth.de fideiuſ. 179.
in princ.in verbo moleſtus ſit,& in l. 1.in verbo moleſtum,iuncta expoſitione ibi
data per Nicola.de Mata.& Bal.C.de nundinis, vbi exponunt in verbis moleſti-
am inferre non poſsint,id eſt,non poſsint eos cogere ſoluere vel reſpondere in iu-
dicio,vt patet ex litera,& ſic apparet,quòd per actus etiam iudiciales, dicitur mo-
leſtari perſona ad iudicium vocata,& ſequitur etiam Pau.de Caſ.conſi. 190.incip:
in Dei nomine, antequam veniam ad dicta dubia.

Benè facit,quod not.Bart.in l. 1.§.huius autem interdicti. ff. vti poſsid. circa
princip.vbi dicit,quòd ſi quis diffamat me,dicendo quòd tale prædium nõ ſit meũ 180.
ſed ſuum,& quòd teneo indebitè, & quòd propter hanc diffamationem non poſ-
ſum inuenire colonos & laboratores,qui velint illud colere,dicitur ille mihi facere
vim reſpectu poſſeſsionis dictæ prædij,allega.l.vim facit. ff.de vi & vi arma.Ecce
ergo,quòd ſola inquietatio verbalis,dicitur moleſtatio, & ſic eſt vis turbatiua, &
ſic apparet ſecũdum eum,quod etiam Pau.de Caſ. in præallegato conſilio,dum al-
legat ſimiliter d.l.vim facit,videtur velle,per quam dicit, quòd moleſtatio & tur-
batio præſupponit vim,non negat,quin verbalis contradictio & inquietatio dica-
tur moleſtatio,& quòd inquietatio iudicialis dicatur moleſtatio,firmat Bar. in l.ſi
prius, in 5.oppoſitione primæ partis. ff. de noui operis &c.

Idem firmat Lapus allegatione 65.et Anto.de But.in c.audita,de reſti.ſpoli.
Specu.in tit.de acti.& petit.§.ſuper actionibus,verſ.ſed nũquid habet, & Io. An.
in c.mandatum,de reſcrip.& Bal.in l.non ab re. C.vnde vi, & in diſputatione ſua
incipiente,accuſatus de vi turba.& idem Bal.in l.ordinarij,in 5.col.C. de rei ven-
dica.vbi allegat ad hoc d.l.vim facit. Quia ille qui contendit ſe poſsidere, dicitur 181.
me turbare ex illis verbis,vt declarat Cy.in l. 1.in 3. q. C. vti poſside. & Bartho.
in conſil.incip.Mateolus de aſſeſ.& in conſ. 112.incip: quidam accuſatus, et ibi-
dem Alex.de Imo.in conſ. ſuo 52. in 2.vol.duplicato ſcilicet meo iudicio.

De quibus etiam habetur per dom.Abb.in c.noſtra,de reſcrip.vbi per illum
textum deſcribit differentiam inter impetere et moleſtare, poſt Calde.vt impetere 182.
referatur ad iudiciũ vnde reus ſolet abſolui ab impetitione actoris, vt in c.cùm ec-
cleſia,de cau.poſ.& proprie.verbum verò moleſtare, referatur ad moleſtationem
extraiudicialem.Facit ſecundum eum c.dilectus,& plenè per Roma.in l. ſi ſeruus.
§.ſi.ff.de acquir.hęre.& in l. 1.§.fi.ff.de publi.& dominus Frãciſ.de Are.in c.inti-
mauit.in 2.col.in verſi.vnde ſicut,extrà, de teſti. & Io.de Imo. in c.per illorum, in
5.col. in verſi.in glo.contra doctores.et pulchrè per dominos de Rota.deciſ.401.
incip:item ſi agenti,in nouis,vbi bene id comprobant & per totum quidem.

Quæ omnia et ſingula libuit ita accumulare, vt ex eis manifeſtè colligatur et
appareat,primam partem concluſionis eſſe veriſsimam,et quòd ipſi impetitores,
mouendo hanc controuerſiam iudicialiter,contra ſpecialem voluntatem et prohi-
bitionem teſtatorum,habentes notitiam contentorum in ipſo teſtamento, incide-
runt in dictam pœnam priuationis,iuxta eum articulum teſtamento inſertum,ſal-
tem de rigore iuris poſitiui,vel diſpoſitione eius per iura,rationes, autoritates, et
alia ſuprà memorata,et pleraq; alia breuitatis ſtudio,et tędij vitandi cauſa, conſul-
to omiſſa.Quare primi conſulentes à veritate non deuiarunt,ſed id ſcripſere,quod
iura diſponunt in hac parte, et bene.

Verum eſt quòd ille non dicitur contrauenire, qui agit ſecundum naturam 183.
contractus,vt dicit Bal.in l. 1.vl.col.verſi.ſed pone q; verba C. de vſufruc. vnde

contrauenire non dicitur hæres, iuſſus non moleſtare vxorem Teſtatoris vſufru-
ctuariam, qui petit ab ea cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ita
Bal. in d. l. 1. in vltimo notabili, & Ang. et doct. in l. quod de bonis. §. frater. ff. ad l.
Falcid. poſt Ray. vbi etiam Alex. de Imo. in verſi. & inducitur per Ray. & eſt de
mente Pau. de Caſ. in conſil. 192. incip. antequàm veniã ad d. dubia. quod etiã re-
tulit et ſecutus eſt d. Alex. de Imo. 177. incip. viſo Teſta. Bartho. in 2. col. in ver-
ſi. ad prædicta etiã facit id q̃d not. Bal. non inficior quia res videtur mihi eſſe clara.

Quinimo etiam in caſu, quo cautio per Teſtatorem vſufructuario vel ſimili
remiſſa nihilominus debet præſtari, vt per Bar. in l. 1. in 1. col. ad fi. verſi. item op-
ponitur, petens illam cautionẽ non incidit pœnam, ſiue hæres obtinuerit, ſiue ſuc-
cubuerit, vt per expreſſum dixit Pau. de Caſ. in præalle. ſuo conſ. & voluit eiam no-
uiſsimè domi. Pau. de mon. Pico in præallegata repetitione ſua, l. Titia. §. Titia cùm
nuberet. l. ff. de legat. 2. charta 24. facie 2. col. 1. q. 54. vbi addit etiã Pau. de Caſ. in
l. Lucius. §. tres fratres. ff. ad Trebel. permaximè quando non malo animo fuiſſet
petita, ſed ex errore, vel ſimplicitate ipſi ſeducti, glo. eſt ſingularis in l. ſi ſeruum. §.
prætor, verſ. amouere, in verbo, non teneri. ff. de acquir. hæred. de qua facit feſtum
Bald. in d. l. 1. in 4. col. in verſi. item quæro ſi Teſtator mandauit hæredi ne mole-
ſtet. C. de his quæ pœnæ no. et in ſeq. verſiculis.

Accedit ad hoc quod decidit Specu. in tit. de alienat. iudi. mutan. cau. fac. in
fine, dum vult illam pœnam, de qua ibi non habere locum ſine fraude et dolo, alle-
184. gando l. non ſolùm. ff. eo. ti. vbi id bene probatur, dolus etenim in eo non eſt, qui
vtitur facultate ſibi à lege vel Teſtatore conceſſa, ſecundum Bal. in l. 1. pen. & 1.
col. C. ſi. quis omiſſa cauſa Teſta. in verſi. modo contra iſtam legem, vnde cùm do-
lus et malitia ſint idem, vt dixit Bal. in l. quæ fortuitis, in prin. C. de pigno. acti.
verſi. 3. præmitto quòd dolus rectè, vel ſaltem æquiparenter. Videntur autem am-
185. bo abeſſe iuſta cauſa interueniente, vt notatur in c. ſi. per glo. & Bal. de prohi. feud.
alien. per Lotha. & probatur ibi in textu, dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa
impediente quid omittatur. Et ſic quod de vno diſponitur, de altero videtur diſpo-
ſitum, per ſuperius dicta et alleg. iura.

186. Nec committitur ſine voluntate dolus ipſe, vt voluit Bal. in d. l. quæ fortuitis,
in princ. imò nec ſine animo iniuriandi, vel veniendi contra Teſtamentum, vel
veniendi contra voluntatem defuncti, ſed propter præmiſſas cauſas, et maximè
quia credidere veriſimiliter eam fuiſſe et eſſe vſufructuariam, ergo non inciderunt
in pœnam, inſertam Teſtamento, quæ vt dixi requirit vel dolum vel malitiam, fu-
it enim cauſa iuſta, quæ excuſat à dolo, et nedum iuſta ſed etiam iniuſta excuſaret,
187. tex. eſt quem ibi not. Bal. in l. 1. C. vbi cauſa ſtatus, glo. et Bart. in l. 1. fi. ff. de abi-
geis. ibi etiam Ange. de Peruſio, et in l. prætor. §. 1. de ſepul. viol.

Imò et cauſa colorata excuſat à pœna, glo. eſt notab. in l. 3. §. in hac. ff. de tritic.
188. imò in c. pen. de rebus eccle. non alien. et quod eſt fortius, etiã temeraria et fatua. l.
plagij, et ibi Ange. C. ad l. Fauiã, de plagia. Ang. in l. 1. ad fi. ff. de eo per quem, fac.
et Bal. in d. l. 1. vbi cauſa ſtatus, Franciſ. de Curtis in conſ. 55. in 5. col. in verſ. non
obſtat, et inſignis præceptor meus in conſil. ſuo quodam, inter conſilia Curtij 23.
col. 20. verſic. circa 4. dubiũ, et idem præceptor me⁹ in conſi. 108. col. 7. verſi. inſu-
per videtur, et in conſ. 118. in 5. colu. vbi dicit, quamlibet cauſam etiã beſtialẽ ex-
189. cuſare à dolo, allegat quæ dicta ſunt, et Ang. in l. ex cõſenſu. §. fi. ff. de appel. et glo.
in l. vnica, ad fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. et l. ſatiſdꝫ. ff. de in ius vocan.

190. Et ideo ſecundum eum error vel ignorantia iuris excuſat à dolo, et dicit pro-
bare textum in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hær. eſt etiam glo. in l. 2. §. ſi publica-
nus. ff. de vi bono. rap. et Pau. de Caſ. conſ. 147. ſecundũ ordinem quorundam, et
voluit etiã do. Alex. de Imo. in l. ſi quis id quod, in 2. col. in vel ſuper verbo impe-
ritiã, ff. de iuriſ. om. iud. alleg. l. 3. §. ſi quis ignorans. ff. ad Syllania. ius ignorare nõ
eſt dolus ſed lata culpa. l. late. ff. de ver. ſig. et domin⁹ Iaſon et alij moderniores in d.
l. ſi quis id quod. in 8. col. in verſic. octauo pondera, qui allegat textum apertũ pro
dicta regula, in l. igit. §. poteſt, in verbo iuſtis rationibus uel iniuſtis. ff. de liberal.
cauſa, ubi bonus textus ad propoſitũ etiã noſtrũ, dum dicit, ſine calliditate tamen.

Quod

Quod & permaximè procedit et eſt verum, quando eſt diuerſitas opiniõnum, quæ nedum excuſat à dolo, ſed etiam à lata culpa, vt dixit Paul. de Caſt. in conſ. 88. et aliàs ſecundum ordinem meorum eſt conſil. 90. incipit: ad primum quæſitum videtur dicendum, in verſi. item in articulum. Allegat not. per Imo. in c. ne innitaris, de conſtitu. et Bar. in l. fi. C. de pœn. iud. qui malè iudic. & in l. bonorum, ff. de bono. poſſeſſ. quod quidem & in foro conſcientiæ ſibi vendicat locum, ſecundum Paul. de Caſ. in conſ. 19. incip: Præſens dubium videtur determinari, in 2. col. in verſi. ex quibus omnibus, &c. 191.

Dixi autem vſque ad ſententiam, quia ſicuti pœna legalis poteſt purgari vſque ad ſententiam, l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſtam. ibi: qui vſque ad ſententiam in iudicio lite improba perſeuerauerit. Cæterum ſi ante ſententiam deſiſtit vel deceſsit, non ei auferetur quod datum eſt, & in l. alia. C. de his quibus vt indig. Bal. in aut. habita, in penul. col. C. ne filius pro pa. in verſi. ſi verò alia, & dominus Philippus Lanfrancus in c. quoniam contra, verſi. poſitiones de proba. ita dicamus & in ſimili, in pœna appoſita à teſtatore, vt in §. diſponit, in aut. de nupt. col. 4. cum concordantibus ſuperius datis. 192.

Et maximè inter coniunctos, nam & illa, ſcilicet coniunctio, excludit omnem dolum, l. 1. C. de ſicca. & ibi glo. et doct. Bal. in l. fi. 20. oppoſi. C. de hære. inſtitu. quæ ergo etiamſi ſingula non iuuarent, tamen ſimul collecta me mouent, & vt ita loquar cogũt ad ſecundã partem concluſionis, & mihi perſuaſere ipſos actores, ſeu impetitrices nondũ incidiſſe in illam grauiſsimã pœnam teſtamento inſertam. 193.

Et ſic ſint firmatæ prædictæ concluſiones, quas nuper perſunctoriè ſubſcribendo poſui, & veras fore aſſerui, ac dixi ex eis meo iudicio clarè apparere & ſequi iuſtitiam eſſe in fauorem ipſius viduæ Felicitatis, procq; ea ſententionandum, et vt vno verbo cum præfatis conſulentibus concurram et concludam, eandem fore ab impetitione abſoluendam, compenſatis expenſis etiam, propter non iniuſtam cauſam, arg. eorum quæ dicta ſunt ſuprà proximè, & eorum quæ habentur in l. 3. §. ſi rem, ff. de lega. 3. & ibi doct. & Bart. in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de lega. 2. ac in l. properandum, §. ſin autem, et ibi Bal. et alij, C. de iudi. et alibi in pleriſq; locis ibi traditis. 194

Quam deciſionem etiam ſuadent illa amplisſima verba teſtamento inſerta, quæ etiam ampliandi potius quàm reſtringendi cauſa appoſita ſunt, ideò non debent reſtrictionem inducere, l. legata, in princ. ff. de ſuppellect. lega. Vnde cùm ſimus hîc et loquamur in vxore ſeruante honorem & votum mariti, et huiuſcemodi affectione, benignius interpretanda ſunt verba, vt ampliandi, non taxandi cauſa appoſita ſunt, maximè cùm teſtator, et ex parte ſui idem diſpoſuerit, & quia vniuerſaliter videtur de mente teſtantium fuiſſe æqualitatem inter perſonas ſuas ſeu inter ſe ſeruaſſe.

Hinc eſt quòd mulier nupta perdit domiciliũ originis propter matrimonium, & efficitur de domicilio viri, vt voluit glo. in l. origine, C. de muni. et origi. li. 10. quam Bar. Ange. et cæteri doct. dicunt ſingularem, in l. cùm quædam puella, §. quotiens, ff. de iuriſdic. om. iud. nec mirum, quia vna caro efficiuntur, vt in c. debitum, de bigam. Vnde dicit Bal. in conſilio quodam ſuo, quod incip: Nuptiæ quòd origo viri reputetur, vxoris quia vniatur viro tanquam digniori, et eadem ſit conditio vnitorum, vt in rubr. quòd in dubijs, de conſec. eccl. vel altaris, et notatur in c. 1. de ſed. vacan. vt retulit inſignis præceptor meus dominus Bartho. Socynus in conſil. 227. incip: Præſens conſultatio pulchra eſt, in 7. col. verſi. quibus ſuppoſitis, arguitur iſte Guilhelmus. 195. 196.

Et quidem iſta omnia conceſſa priuilegia retinet quælibet vidua; etiam ſoluto matrimonio, donec perſiſtit in uiduitate, ut eſt caſus in l. filij, §. uidua, ff. ad municipal. et tenet Bar. in l. fi. §. idem reſcripſerunt, ff. eo ti. et in l. quotiens, C. de priuilegijs ſcholari. li. 10. et nedũ de iure cõceſſa, ſed etiam ratione artis uel ſpecialis priuilegij, tex. eſt ſingularis in l. 1. C. de fabriceſibus, li. 11. ſecundũ Maria. Socyn. in cõſ. ſuo 12. incip: Quoniã in pſentiarũ, in 7. col. in uerſi. et ſi quis diceret, 197.

& in rubr. de ſo. comp. verſi. 66. & in c. 1, eo. ti. in 17. fallen. vbi etiam alij Cano-
niſtæ, & per Legiſtas in præall. locis.

Pro quibus etiam facit illud quod decidit Bal. in conſil. 409. in 1. volu. aliâs
& ſecundum ordinem meorum, 209. in 2. volu. in fi. & in conſil. 415. incipien:
Quidam inſtituto hærede, vt allegant moderni, vbi probat; quòd in legato vxori
facto, propter affectionem ampliſsima ſit fienda interpretatio, per l. vnum ex fa-
milia, §. item Marcus, ff. de lega. 2. ibi: ne ſcilicet honor benè tranſacti matrimo-
nij, & fides etiam communium liberorum, decipiat patrem, &c. l. item legato, §.
perin, ff. de lega. 3. cum ibi not. benè facit text. in l. vxori, & in l. vxorem, in princ.
198. cum materia, ff. eo. ti. permaximè, cùm & dicatur in ſeruitio eſſe viri donec ſtat in
viduitate, l. ſicut, ff. de operis liber. & traditur in d. l. vidua, ff. ad nunci. & refert
& ſequitur dominus Pau. de mon. Pic. in d. repetitione, l. Titia cùm nuberet, carta
8. col. 3. fac. 2. verſic. quid autem ſi teſtator.

Et pro tanto adhuc fortius illud eſt dicendũ in terminis noſtris, ex quo diſpo-
ſitio vel iudicium iſtud nedum fuit matris, ſed etiam patris, qui præſumitur pius
199. erga filias, vt probatur in l. cõtra voluntatem, verſi. ne videatis iura pietatis vio-
lare, C. de manumiſſ. teſta. & in l. 3. C. de patria poteſt. ibi: Reuerentiam autem
debitam exhibere matri filios coget. l. 3. C. de inoff. teſt. l. ſcripto, ff. vnde liberi, l.
nihil, §. 2. verſi. facileq́ꝫ ſuſpicio, ibi, cùm omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris
ex voto paremus, l. ſi tamen, &c. ff. de bonis liber. quinimò illos magis q̃ ſeipſum
diligit, l. iſti quidem, §. fi. ff. ꝙ metus cauſa, & in matre, eſt tex. in c. afferte, de præ-
ſum. ac in vtroqꝫ parente probatur. in l. nam etſi parentibus, ibi: propter votum
parentum et naturalem erga filios charitatem, &c. ff. de inoff. teſt. & ideò, vt refert,
c. 2. in l. propter inſidias, C. qui accuſare non poſ. quæ loquitur de pietate natu-
rali parentum erga filios, & dixit ꝙ hac pietate cõmotus luxit Dauid Abſolon tri-
duo, hac pietate deuincti, & ſeipſos ſuperantes quidam parentes viri egregij Ro-
mani, aduerſus ſuſpectos liberos vſi ſunt moderatione, prout ſecundum eum legi-
tur in libro Valerij Max.

200. Benè facit textus in l. nec in ea, §. fi. ff. de adul. ibi: ꝙ plerunqꝫ pietas paterni
nominis conſilium pro liberis capit, & quod habetur in l. patrem, ff. quæ in frau-
dem credit. ibi: & plenam fidem & debitam pietatem ſecutus, &c. faciat etiã glo.
in l. nã hoc colore, ff. de inoff. teſt. & quod ſcribitur apud Vergil. Omnis in Aſca-
nio chari ſtat cura paẽrtis. & q̃d voluit illuſtris doctor Auguſt. 17. q. 4. c. quicũqꝫ.
et Cic. in 1. offic. vnicuiqꝫ noſtrum chari ſunt liberi, &c. voluit princeps Philoſo-
phorum Ariſtot. li. 8. ethic. & glo. in l. Papinianus, §. ſi imperator, ff. de inoffi.
teſt. & in l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſ. & cler. & quod perpulchrè ſcribitur
3. Reg. c. 3. commota ſunt, inquit, viſcera mea, &c. et alibi plenè

Sunt enim ipſi filij pars parentum, et quodammodo ipſorum viſcera, d. c. af-
ferte, propterea et amor paternus & maternus inæſtimabilis, l. paulo, §. Pompo-
201. nius, ff. de lega. 3. et talis paterna & materna affectio pro ſalute filij, violentã præ-
ſumptionem inducit iuris cenſura, d. l. iſti quidem, ff. ꝙ metus cauſa, & Bal. in l.
precibus, in 4. vel 5. col. in verſi. quid ergò, ibi. et hoc verum niſi mater tranſeat ad
ſecunda vota. Retulit inſignis præceptoris mei genitor Marianus Socynus in
conſil. 9. incip: Proſequendo ordinem, in 4. col. in verſi. conſideremus tamen.

Cùm ergo ambo parentes in propoſito, iſtam ordinationem atque vltimam
voluntatem iſtam, vel teſtamenta fuerunt, piè credendum eſt, ꝙ poſt mortem am-
borum filijs et filiabus prouidere voluerint, in uita autem ſibiipſis, & quidem mu-
tuo ſibi inuicem proprietatem relinquere, vt ſic alteruter gaudeat proprietate bo-
norum alterius coniugum et ſuorum ad uitam, ſatisfacit etiam tex. & quod habe-
tur in l. fi. in princ. C. de curat. furio. dum vult ꝙ nullus amor uincat paternum,
coniuncta l. 2. C. de ſer. et aqua. nec eſt ueriſimile, ꝙ pater ſuperſtes uoluerit à ſe
abdicare dominium ſeu proprietatem ipſam, ſi ita caſus contigiſſet ex aduerſo, et
202. quod non eſt ueriſimile quædam falſitatis imago eſt, l. ſi ita quis, in fi. ibi: ꝙ utique

nemo

nemo ſanus probabit, ff. de euictio. & dixit Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugit. & in rub. Cl. in tractatu ſciſmatis, C. ſi quis alium teſtari prohibuer. & alibi ſæpè ac in diuerſis locis. & præſumptio eſt quod ceperint in eo bonũ conſilium pro filijs, & ſic alter alterum videatur mouiſſe & allicuiſſe, vt bona ipſorum ad vitam remanerent apud ſe, & tandem, ſcilicet poſt mortem eorum, & non ante, vt perexpreſsim cauetur in teſtamento, deuenirent ad filios ſuos, quos tantopere dilexere.

Et præſumitur quis velle, quod exprimit verbis, ſecundum Bart. in l. Neſennius, in princ. in verſi. nota quòd, in lectura Nico. de Neapo. ff. de excuſa. tuto. dicens facere, l. liberto, §. pen. ff. de ali. & ciba. lega. ſecundum Iaco. de Are. & ſemper præſumendum, quod quiſque faciat, fecerit & egerit id quod ſibi & ſuo officio incumbit, ar. eorum quæ habentur in c. in præſentia, de renun. C. cùm inter. & not. in c. quoniam contra, de proba. coniuncta l. meritò, ff. pro ſocio.

Cùm ergo, vt dictum eſt, ſic ius eſſet abſque dubio in patre ſeu marito, idem erit in matre, vel vxore, quia ſunt correlatiua, vnde diſpoſitum in vno de iure vel conſuetudine, cenſetur diſpoſitum in alio. l. 1. C. de cupreſsis, l. 10. & l. fi. ff. de accepti. cum concordantibus multis per mod. in l. fi. C. de indic. viduit. tollen. allatis, maximè quãdo eſt vel militat eadẽ ratio, vt eſt textus in l. generaliter, C. de ſecun. nup. & in §. Gregoriana, in auten. de non elig. iuncto §. ſi verò expectet, in auten. de nup. col. 4. & ſic attenditur potius identitas rationis quàm virtus ſexus, vt voluit Bal. Raph. & Flori. ac moderni in ſæpè d. l. Titia, §. Titia cùm nuberet, ff. de lega. 2. & ſequitur Ang. Areti. in tractat. de teſtam. in verb. item relinquitur domina, in 3. col. & alij alibi. &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Filius cenſetur quaſi dominus etiam viuo patre. 1

Qui ſemel rationem reddidit, ad reddẽdum amplius non teneri. 2

Filius ex lege naniſcitur curam patris furioſi, vt agnatus. 3

Apocha generalis, qua quis abſoluitur de adminiſtratione, videtur extendi ad vniuerſa, quæ ad adminiſtrationem pertinent. 4

Mente captus dicitur, cui mens & conſilium deficit, nullum tamen furorem oſtendit. 5

Mente captus probatur ex ſermonibus inſipientibus, & ſi non poſsit exprimere quæ vult, & alijs modis. 6.7

Omnes mẽte capti, & perpetuò laborantes morbo debent datiuos curatores habere. 8

Suſcipiens alienã adminiſtrationem regulariter obligatus eſt ad rationem reddendam, iuxta illud Euan. redde rationem villicationis tuæ. 9.11

Adminiſtratores in ſpecie enumerantur. 10

Frater adminiſtrans tenetur in diuiſione reddere rationem adminiſtrationis ſuæ fratribus et cohæredibus ſuis. 12.13

Ratio reddenda eſt ei, cuius intereſt. 14.15

Si pater in teſtamento vni ex filijs adminiſtrationem iniunxerit, & alios ei obtemperare iuſſerit, adhuc adminiſtrans ad rationem redd. tenetur. 16

Ratio non ſufficienter reddita denuo reddi debet. 17.26

Vbi lex factum requirit verba nõ ſufficiunt, nec ſatisfit legi per ſimplicem aſſertionem, niſi de facto doceatur. 18

Apocha emanata ſuper re non veriſimili non facit fidem. 19

Aſſertioni cui naturalis ratio repugnat non ſtandum. 20

In redditione rationis libri exhiberi debent & reddi reliqua. 21.28

Quilibet adminiſtrator certã & magnam fidem facere debet. 22

Dolus probatur per indicia. 23

Omnis redditio rationis fit arbitrio boni viri. 24

Filius reddendo rationẽ patri furioſo nihil agit. 27

Adminiſtrator poteſt quolibet tempore pro ratione reddenda conueniri. 28.30

Adminiſtrator conuentus de ratione redd. non poteſt appellare. 29

Contra adminiſtrationem nõ exhibentem librum iuratur in litem. 31

Appellationis beneficium non eſt præſidium iniquitatis. 32

Propter periculum in mora receditur à regulis iuris communis. 33

CONSI-

CONSILIVM V.

Plentiſsimi Redemptoris, & eius glorioſiſsimę matris prę-ſidio implorato. Verborum prolixitas in oſtendendo veritatem nõ eſt neceſſaria, niſi quis in generalibus velit inſiſtere, dicit Fran. de Aret. in conſil. 99. incip: Longitudo &c. Et teſte Philoſopho: Sermones circa generalia ſunt faciliores, ſed circa particularia veriores. Viſo itaq; puncto mihi exhſbito, paucis vtar reſpectu eorũ, quæ adduci poſſent, tum quia temporis anguſtia, breuior: tum quia res, de qua agitur (meo iudicio) modicam continet dubitationem.

Primò igitur erit videndum: vtrum Ioannes P. iunior, qui viuente patre ſuo Iohanne P. (ſano carente intellectu, ob ſuperuenientem ægritudinem) voluntariè ſe immiſcuit adminiſtrationi bonorum patris, negotiationibus, curię & gubernationi, & per plures annos ita ſe habuit patre viuente, illo demum defuncto, teneatur et cogi poſsit adminiſtrationis ſuæ rationem reddere ſuis cohæredibus. Nõ obſtante, quòd pro claro affirmet, patri prædicto, & in eo ſtatu conſtituto rationem reddidiſſe, ab eoq; Apocham liberationis, & quietationem habuiſſe, & habere.

Secundò erit videndum (pręſuppoſitò, prout rei veritas eſt) ꝙ ad redditionẽ rationis teneatur, & cogi poſsit, vtrum iure ſit ſibi reſeruatum ius appellandi. Circa primum, vt caſus dubius eo modo vt poteſt, appareat, videtur primo aſpectu dicendum, ꝙ nec teneatur, nec cogi poſsit rationem reddere.

Primò, quia filius fuit, qui ſe adminiſtrationi immiſcuit, & filius dicitur quaſi
1. dominus in vita patris. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. cum concor. Ergo dicendum videtur, ꝙ non ſit obligatus ad reddendam rationem, ſicut quilibet extraneus adminiſtrator, argumento l. 2. ff. re. amo. et ita ad hoc propoſitum arg. Abb. in ſimili caſu moder. docto. Nicol. Sicul. in conſil. ſuo 12, incip: Vt clarè materia &c. in 6. dubio, in 1. vol.

Secundò poſito, ꝙ quiuis adminiſtrator, etiam filius, ſit & fuerit obligatus ad reddendam ſuæ adminiſtrationis rationem, tamen in terminis noſtris minimè id concedendum eſt. Nam præſupponitur, ꝙ d. Iohannes iunior patri reddidit rationem, & ab illo Apocham liberationis recepit. Ergò cohæredibus illam reddi petentibus aliter reddere nec teneatur, nec cogi poſsit, patet. Quia ille, qui ſemel
2. rationem reddidit, non tenetur illam iterum reddere, ſi illius Apocham habet. l. ſemel. vbi ita expreſsè notat Bar. C. de Apoch. pub. lib. 10. Ita etiam concludunt Io. An. Io. Monach. & alij Canoniſtæ in c. vnico. de cle. ægro. li. 6. Ita Lup. in Cle. quia contingit de religio. domi. facit l. quamuis. ff. de condi. & demon. & in arg. l. cùm ſeruus, eo. ti. & aliâs Card. in d. Cle. quia contingit, ponit rationem, quia ſemel perfectè reddi debet. Faciunt alia plura, de quibus per Socynum, in cõſil. 92. incip: Viſo inſtrumento, col. 1. in 4. vol.

Tertiò facit. nam patri reddendo rationem iuris diſpoſitioni uidetur ſatisfeciſſe,
3. ergò aliter non ſit moleſtandus probatur. Nam filius patris furioſi lege permittente, nanciſcitur curã, quia patri agnatus eſt. l. filius. ff. vnde legit. & ad agnatos cura furioſorum pertinet. §. furioſi. inſti. de curato. l. de creationibus. C. de epiſcopali audi. & quòd filius id habeat, eſt textus in l. is qui. & ibi Bar. not. ff. de tuto. & cura. & tamen Bart. ibidem dicit, ꝙ patri teneatur reddere rationem, nõ alij, dicit poſt glo. verbi dudum. Si ergo in furioſo toleratur, quod ſibi reddi habeat ratio, fortius in noſtro caſu, vbi id factum fuit, vlterius ergo nõ ſit moleſtandus, argumento ſumpto ex l. Grachus. C. ad l. Iuliam. de adul. cum ſimilibus.

Quartò & vltimò prædicta comprobantur. Nam d. Iohannes abſolutus fuit à patre ab omni eo, quod vigore & ratione dictæ adminiſtrationis fuiſſet obliga-
4. tus, & teneretur, & abſolutio ſeu liberatio apparet per Apocham receptã à patre, vbi gene-

vbi generaliter liberatur, & ſic generaliter videtur intelligenda, & ad omnia ex-
tendenda, quæ pertinent ad dictam adminiſtrationem. vt videtur diſponi in l.
emptor. §. Lucius. vbi glo. & Doct. ff. de pactis. notat Pet. Cy. Bal. & alij, in l.
ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſactio. Bar. in l. Aurelius. §. Caius. de lib. le-
gat. notant Doct. in c. 1. extrà, de tranſactio. præſertim Io. de Imo. facit quod no-
tat Bar. in l. 2. in fi. C. de iure fiſci, lib. 10. vbi dicit, quòd ſi calculatio facta eſt à
parentibus, & continet pactum ſeu tranſactionem generalem, facit præiudicium,
allegat d. §. Lucius. in d. l. emptor. & l. ſi quidem. C. de tranſactio. vt per
eum, &c.

Ex his videtur hæc pars ſuſtinenda. Sed his & ſimilibus minimè refraganti-
bus, contrariam ſententiam veriorem exiſtimo: ſcilicet, quòd dictus Iohannes
iunior teneatur & cogi poſsit ſuæ adminiſtrationis rationem reddere ſuis cohære-
dibus, non obſtante, quòd ſe illam reddidiſſe, liberationiſq; apocham & quieta-
tionem habere aſſerat. Et pro clara omnium dicendorum intelligentia, illud præ-
mitto, quod eſt veriſsimum, ſcilicet, quòd Iohannes P. ſenior poſt factum teſta-
mentum in illam incidit ęgritudinem illius naturæ, vt mens & animi conſilium ſi-
bi ſemper vſque extremum vitæ exitum defuit, adeò, vt mente captus meritò dici
potuerit & poſsit. Nam mente captus propriè loquendo ille dicitur, cui mens & 5.
conſilium deficit, nullum tamen furorem oſtendit. Ita Bal. ad differentiam fu-
rioſi ponendo, dicit in l. ſi furioſi. C. de nup. idem Bal. in l. humanitatis. col. 3.
verſ. venio ad quartum. C. de impub. & alijs ſubſti. & ibi plus dicit. Quod ver-
bum eſt etiam generale pro omni inſipiente poſitum per eundem. Bal. in l. ſed &
militis. §. tam autem. ff. de excuſat. tuto. per Alex. vbi plura ponit in conſilio
54. incip: Ad quæſitum. breuiter concludit in 1. volu. per eundem, in conſilio 3.
incip: Breuiter reſpondeo, in 6. vol. per Iaſo. in l. 2. §. in voluntate, in 8. nota. ff.
ſolut. matri.

Probari aūt dicetur illum fuiſſe mente captum, ſi articuletur & probetur, illū 6.
ſermones mente captorum & omnino inſipientes habere conſueuiſſe. l. ob quæ vi-
tia. ff. de edi. edict. l. is qui. §. fi. ff. de tuto. & cura. & ibi per Bart. not. in c. legi-
mus, 13. di. cum alijs, vt per Alex. in præallegatis conſilijs. vbi hunc modum
probandi, quem mente captum ponit. Ponit etiam & alium: videlicet ſi probabi-
tur, ꝙ omnes ſui conſanguinei habebant eum pro mente capto. arg. l. quam. ff.
vnde ce. l. de tutelis. C. de in integ. reſti. mino. item etiam ponit, quod probabi-
tur. Quòd quis fuerit mente captus, ſi probabitur, ꝙ neſciebat exprimere, quæ 7.
volebat, per tex. in c. 1. §. ſi verò. de elect. lib. 6. vel ſi probabitur, quòd ipſe memo-
riam ordinariam non habebat, vt per doct. de ſan. Gemi. per illum tex. in c. ſilij.
de hæredi. lib. 6. Licet hoc vltimum Alex. in locis præallegatis non ponat prò
conſtanti. & ſi prædicti alij ſatis ſufficere videantur, & in terminis noſtris ſibi lo-
cum vendicare non ſit dubium. Item his ſic ſe habentibus, ſciendum eſt, quòd li-
cet dictus Iohannes filius bonorum patris adminiſtrationi ſe immiſcuit & patri
indigenti curare potuiſſet, et potuerit eſſe curator, per d. l. his qui, cum ibi notatis
per Bart. Bal. & alios. ff. de tuto. & curato. datis: tamen in propoſito talis dici nō
poſsit, cùm datiuus non fuerit. & omnes mente capti, ſeu perpetuò laborantes 8.
morbo, indiſtinctè, exceptis ꝓdigis & furioſis, datiuos debēt habere. §. 1. vbi glo.
verbi furioſi. inſti. de cura. l. de creationibus. vbi etiam glo. verbi lex. C. de epiſco-
pali audien. facit l. 3. §. ſi. cum leg. ſeq. ff. de poſtul. clarè per Bart. in l. furioſi. C. de
nupt. (licet etſi curator fuiſſet, non eſſet dubitandum, quin eſſet & fuiſſet aſtrictus
ad redditionem rationis, vt per Spec. in tit. de emp. & vendi. in §. nunc dicendum,
verſi. & nota.) Ex his igitur apparet, quòd prædictus Iohannes iunior fuit purus
& ſimplex adminiſtrator bonorū patris, & aliter minimè diſcutiendū de validita-
te adminiſtrationis præallegatę, cùm nec expediat, nec ſit opus, ſed ꝙ cohęredibus
ſuis (illa valida præſuppoſita) quorū potiſsimū intereſt rationē reddere, teneatur,
inprimis inſtabitur. Deinde poſito, vt ipſe Iohannes iunior aſſerit, ſe rationē patri
reddidiſſe,

reddidiſſe, verum eſſe, adhuc tamen iterum reddi debeat, deducetur & ex illis ad
adducta in contrarium,clara patebit reſponſio.

Circa primum, quòd quia adminiſtrator teneatur, & cogi poſsit reddere ra-
tionem,primò facit. Nam ex ore pientiſsimi Redemptoris exiuit, vt hic qui alie-
9. nam ſuſcipit adminiſtrationem, regulariter ſit obligatus ad redditionem rationis.
vt habetur Luc. 16. Redde rationem villicationis tuæ. Et relatum eſt in c. quali-
ter & quando 2. extrà, de accuſat. facit l. fi. §. inter cætera. ff. de lib. legat. l. ſi ita
fuerit. ff. de manu. teſtam. l. quædam. ff. de eden. l. 1. C. vbi de ratio. agi opor. l.
qui proprio. §. procurator. ff. de procura. §. ſi autem, inſti. de obliga. quæ ex qũa.
contractu. per Specu. in tit. de iudicijs. §. generalia, verſi. penul. ſuper quarto. Et
generale & regulare id eſſe, paſsim & vbique dicunt doct. quòd quilibet admini-
10. ſtrator rationem reddere teneatur, vt videmus in negotiorũ geſtore. & in l. 2. et
ibi Bart. ff. de neg. geſto. l. ſi quis abſentis, eo. ti. Item in procuratore ad lites, &
ad negotia. & l. ſi remunerandi. l. ſi procuratorem. §. 1. ff. mandati. item in acto-
re vniuerſitatis. l. 1. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod vniuerſi nomine.
Item in executore tam ſententiarum, quàm teſtamentorum, vt de primo dicitur in
l. executorem. C. de executoribus rei. de ſecundo in c. tua nobis. c. Ioannes, ex-
trà, de teſta. item in curatore pupilli ad lites. §. fin. inſti. de aucto. tuto. item in
hærede grauato per fideicommiſſum, vt per glo. Bart. & Doct. in l. cùm tale. §.
1. verbi non interponendi. ff. de condi. & demonſt. per Bal. in l. filium, quem ha-
bentem. C. famil. herciſcun. item in matre, vt per glo. no. fi. in l. ſi quis priorem.
§. fina. C. de ſecund. nupt. cum alijs pluribus, vt per Alex. in conſilio 90. incip:
Circa primum dubium, in 3. volum. colum. vlt. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. l.
hac edictali. §. is illud. C. de ſecund. nup. item in hoſpitalarijs, vt notatur in §. pe-
nul. authen. de eccle. titu. & in §. Iconomos. in authen. de ſanctiſſ. epi. no. in cle.
2. de religio. domi. per Petrum Cy. & alios in authen. Orphanotrophos. C. de
epi. & cle. Item in ſimplici cõmiſſatio, vt latè hoc perſequitur Specul. vbi de alijs
compluribus loquitur in tit. de inſtru. edic. §. nunc verò aliqua, in verſi. ſed an
ſimplex commiſſarius. Item in prælato, vt de omnibus ſibi commiſsis teneatur
rationem reddere, vt ſi negligens eſt, non corrigit, monet, vel reformat, tenetur, &
ſanguis de manibus ſuis requiritur, in c. irrefragabili, extrà, de off. ordi. & in c.
fin. de regula. & in c. cùm ad monaſterium. de ſtatu regum. item in tutore & cu-
ratore, dicitur in l. tutores, in prin. & §. adoleſcens. ff. de adminiſtrat. tu-
to. et in l. debitoribus. C. eo tit. l. 2. C. arbi. tute. l. ſi tutor conſtitutus. §. la-
tius. l. 1. §. fi. ff. de admi. tuto. De curatore, in l. aduerſus. l. rationes. C. de admi-
niſt. tuto. cum alijs. & per Specu. in tit. de iudicijs. §. 2. verſi. quæritur. fac. l. 1. §.
officio. ff. de tutel. & rationibus diſt. & Iacob. de Aret. quem refert & ſequitur
Bal. et extendit illum tex. ad quemlibet alium adminiſtratorem, et hanc conclu-
11. ſionem, quòd generalis et regularis ſit, tenent doct. omnes, vt Bald. in conſil.
152. incipiente: Ad euidentiam, in 2. col. verſ. porrò, in 3. vol. idem Bal. in con-
ſil. 418. incip: Ad primum, in 6. dubio, in 3. vol. per Alex. in conſil. 90. incip:
Circa primum. in penult. col. in 2. vol. per Cornæum Peruſinum, in conſil. 196.
incip: Ad euidentiam. col. 2. verſ. itaque, in 3. vol. per eundem in conſil. 143.
incip: Circa primum. colum. 4. verſ. & conſtat eo. 3. vol. per Socynum, in con-
ſilio 20. incip. Sequendo ordinem. col. 2. verſ. eſt enim regulare, in 1. vol. per
eundem in conſil. 46. incip: Cùm in præſenti. in 1. col. eo. 1. vol. per eundem, in
conſil. 73. incip: Circa primum, in prin. eo vol. & in conſil. 149. incip: In eum
Ambroſij. col. 3. verſ. circa, 4. eo vol. per eundem in conſilio 159. incip: In præ-
ſenti per locum, in 2. vol. per eundem in conſil. 190. incip: Memini me, in prin.
eo vol. per eundem, in conſil. 192. incip: Capio difficultatem. col. pe. eo vol.
Donatio ſimplex & conceſsio in peculium quatenus conueniant & differant. 23

Donatio ſimplex patre viuo quandocunq; reuocatur, ſed morte conualeſcit. 24.23

Donatio remuneratoria debet eſſe cõmenſurata meritis. 25

Donatio non poteſt dici propter nuptias, nec dos, niſi nuptiæ ſequantur. 26.74

Dominium eiuſdem rei non poteſt eſſe apud duos in ſolidum, ſed obligatio vel actio. 27

Filiusfam. etiam minor contrahere, & ex contractibus obligari poteſt ſicut paterfamiliâs, & incarcerari etiam, niſi bonis cedat. 28.29.34

Contrahens cum filio habente peculiũ duos habet obligatos, patrem cum filio. 30

Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorum filij. 33

Abſurdum non eſt vt filius teneatur inſtitoria act. ex contractibus per patrem initis. 35

Socius inſtituens ſociũ ad negotiandum videtur alijs mandare vt cum ipſo contrahant, quamuis impropriè, & tenetur inſtitoria. 36.40.47

Principali contractu non ſubſiſtente nec cætera pacta appoſita valent. 37.38

Si contractus principalis eſt ſimulatus, quælibet clauſula etiam eſt ſimulata. 39

Socius

Socius per ſociũ æri alieno nõ obligatur. 41.51.54

Subſcribendo videtur quis approbare contractum eatenus quatenus ſubſcribit. 42

Ea, quæ ante ſocietatem initam contigerunt, nihil ad ſocios. 43

Socius ſocio tenetur de his quæ in vtilitatem ſocietatis verſa ſunt. 44

Omne æs alienum manente ſocietate contractum de communi ſolui debet. 45

Qui vult conſequens, vult etiam antecedens. 46

Generalis clauſula poſt enumerationẽ plurium ſubiecta comprehendit omnia non expreſſa, etiam non cogitata. 48

Faciendo talia, ſine quibus mandatũ commodè expediri non poſſet, non cenſentur excedi fines mandati. 49

Socij in diuerſis mercantijs negotiantes tacitè videntur ſinguli ſeſe in ſolidum præpoſuiſſe, & obligantur ſinguli in ſolidum ex contractu ſingulorũ. 50

Sufficit vt quid dicatur nomine alicuius factum, ſi ſemel tantũ de illo in inſtrumento mentio fiat. 52

Si Socij non expreſsè ſe inuicem ad pecunias ad cenſum recipiendas præpoſuerint, tum creditor debet docere pecuniam eam in vtilitatẽ ſocietatis cõuerſam, ſi à ſocietate velit ſuum conſequi. 53

Quando pactum maioris partis creditorum reliquis præiudicet, & quando non. 55.56

Conditiões multæ tacitè negotijs inſunt, quibus deficientibus etiam iuramentum præſtitum non obligat. 57

Carcer perpetuus eſt ſpecies ſeruitutis, & contra naturalem æquitatem. 58.61.

Debitor non debet creditori pro debito ſeruire. 59

Beneficio ceſsionis bonorum renunciari non poteſt. 60.64

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum, nec poteſt ſe obligare ad ſeruitutem. 62

Maritus non poteſt paciſci vt conueniatur vltra quàm facere poteſt, eò quòd eſt contra bonos mores. 63

Verba non calumnianda, ſed ciuili modo intelligenda ſunt. 65

Senſus de quo conſtat vel interpretatione, vel naturali ratione, vel æquitatis ſuggeſtione magis attendi debet quàm verba. 66

Venire contra fidem datam & contra iuramentum idem eſt. 67.83

Quæſtio an iuramentum confirmet contractum, ſiue nullum ſiue validum, valde ambigua eſt. 68

Actus ipſo iure nullus nullo iuramento confirmatur. 70

Iuramenti vires iure authenticorum in reſtitutione in integrum & venditione, auctæ ſunt. 71

Donatio iurata inter patrem & filium, etiã ſimplex, eſt de iure canonico valida & irreuocabilis. 72

Iuramentum valet quatuor interuenientibus, ſecundum canones, qui in hac materia ſeruandi ſunt. (73

Conſideratio quatenus quis læſus videatur. 76.77

Socius ſocio de culpa ex qua ſocietas damnum patitur, tenetur. 78

Minori non euentus damni, ſed inconſulta facilitas reſtitutionem indulget. 79

Approbatio tacita manente captione minori non nocet. 80

Auth. Sacramenta puberum intellectus. 81

Minorem iurando debere tangere ſacra euangelia. (82

Iuramentum doloſè exactum nullum eſt. 83

Iuramentum interpoſitum ſuper contractus ſimulato non valet. 84

Dolus ratione enormis læſionis præſumitur. 85

Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. non obſtante iuramento conceditur. 86

CONSILIVM VII.

VIſa copia certi contractus, concernentis Ambroſium H. ſeniorem, Ambroſium eius filium, quondam Ioannem H. Ioſephum eius filium, ac alios quoſdã, de data anno 1524. menſis Ianuarij diei primæ, incipiente: Nos ſubnominati: nec non ſubſcriptionum eorundem Ambroſij ſenioris, Ambroſij iunioris, & Ioſephi: lectis etiam inſtructionibus caſus ſeu facti, deſuper confectis, nobiſq́ ſubſcriptis pro parte dictorum Ambroſij iunioris, & Ioſephi, ſcripto tranſmiſsis, eorundemq́ omnium tenore perpenſo: ampliori inſuper informatione oretenus ex allatore horum (in quantum fieri potuit) capta, pro faciliori in hoc negotio proceſſu habendo, & clariori conſulentium informatione, plura ordinatè colligi poſſunt dubia.

Et inprimis pro fundamento, & ne ex ignotis procedamus, quæritur, qualis contractus contineatur in dicta copia?

Ad quod breuiter reſpondetur, quòd continetur contractus ſocietatis cuiuſdam nouæ, initæ anno 1524. die 1. Ian. per & inter eos, qui inibi deſcribũtur, qui finita ſocietate, (quæ inter nonnullos ex eis præextiterat) de nouo (in quantum in eis fuit) contraxerunt ſocietatem aliam, duraturam ad octo annnos. Et quòd

talis contractus ſit,ſatis in ſe exploratum eſt.' Cōtractus enim ex eius forma iudi-
1. candus eſt,ita vt talis cenſeri debeat,qualem eius forma ſeu verba præ ſe ferunt. l.
1.§.is qui nauem,ibi,melius eſt verbis edicti ſeruire. ff. de exerci. act. nor. glo.in
verbo,ex forma,in.c.illo vos,de pig.& glo.in verbo,ex tali forma, in c. in ciuita-
2. te.per tex.ibi,de vſur.& ibi Abb.in 7.notab.Hinc dicitur, ꝙ forma ſit illa, quæ
dat eſſe rei.vt notatur in l.Iulianus.§.ſi quis rem,ff.ad exhibere. Quæ quidē (cùm
etiam in caſu dubio,quo ſcilicet de nomine contractus dubitatur) obtineant. d. l.
1.§.ſi is qui nauem, fortius procedere debent, vbi res in ſe ſatis clara eſt, quemad-
modum eſt in hoc contractu,licet etiam circa illius principium dicatur fraternitas,
3. ac negociatio inſtituta.Nam ſocietas eſt quædam fraternitas,iusꝗ fraternitatis ha
bet.l.verum,in princ.ff.pro ſocio.& not.glo.ſi.in ſi.in l.ſi.C.depo.
Poſſet etiam dici,inter pacta eiuſdem ſocietatis contineri certum tacitum,imò
etiam ſatis expreſſum pactum inſtitutionis mutuæ,de negotiando, contrahendo,
&c.de quo latiùs inferiùs ſuo loco tangetur.
Secundò quæritur,an iſte contractus ſocietatis initus, vt ſuprà,in quantū cō-
cernit perſonas dictorum Ambroſij iunioris,& Ioſephi,ſit validus & efficax.
Cauſas dubitandi mouent nobis conſulentes plurimas in dicta inſtructione.
Prima eſt,quia tempore contractus initi erant in poteſtate eorum,reſpectiuè,
4. parentum. Filius autem in poteſtate non videtur habere integram perſonam,pro-
pter ius patriæ poteſtatis,à qua cenſetur dependere: Ideoꝗ teſtamenti faciendi ius
non habet.l.qui in poteſtate patria.ff.de teſtam.cum multis ſimil.
5. Secunda eſt,quia etſi cōtrahere poſſent,non tamen videntur id poſſe cum pa-
rentibus:quia inter eos non conſiſtit obligatio,l.frater à fratre.§. quæſitum, ff. de
condi.inde. cum concor.
Tertia,quia etſi certo caſu id poſſent cum patre;non tamen videretur hæc ſo-
cietas valere inter eos,quia in ea non eſſet inuenire capitale. Non enim in operis,
quia illę reperiuntur remuneratæ in cōtractu certa ſumma pecuniaria. Non etiam
in pecunijs vel alijs bonis,quia nulla habebant,vt dicitur in inſtructione,num.2.
6. ad ſi.Et licet pecunia impoſita ſit pro eis:tamen illa pecunia ſpectabat ad parentes
eorum,vt ſimiliter dicitur in inſtruct.nu.7.& 9.ac alibi.& ſic ſaltem inter eos nō
videtur voluiſſe ſocietas.l.neꝗ pignus,& ibi glo.plena,ff.de re.iur. & l.ſi rem.§.
ſi.de pig.& l.nam etſi fur.§.ſi.& l.ſi ſocius,ff.ſi cer.pet.cum ſimil.
Quarta eſt,quia dicūt,quòd ſi quid cōmunioris,ſeu aliquod intereſſe habue-
rint circa hunc contractum,hoc [illegible]it,quia eſſent dictæ ſocietatis factores,ſeu ſolici-
tatores tantùm,& non ſocij,it[illegible]t nihil fecerint, ſeu facere potuerint, niſi de man-
dato eorum parentum,& iuxta illorum ordinationem, quemadmodum ante hunc
contractum ſimiliter erant factores ſocietatis,quæ antea ſubſiſtebat. Et ſic in effe-
ctu volunt contractum dicere ſimulatum,& ideo nullum.
Quinta,quanuis ſocij viderētur,tamen in effectu dicun[illegible]ſe ad ſic contrahen-
dum fuiſſe doloſè inductos,cum ſubticeatur multorū;quæ ſi ſciuiſſent, nō fuiſſent
contracturi,& ergo videretur contractus,vtpote bonæ fidei,nullus,quia dolus il-
7. li cauſam dediſſet,habetur l.eleganter,in princ.ff.de dolo.cum ſimil.
Sexta eſt, quia dicunt, ſe tunc fuiſſe minorennes, & ideo putant contractum
nullum,fortè quia prætendunt parentes eorum, fuiſſe eorū legitimos adminiſtra-
8. tores,& illos tantùm præſtare & efficere,quoad filios eorum, ſicut faciunt curato-
res adultis ſui iuris.Iam adultus curatorem habens,ſine illo contrahens nihil facit.
l.ſi curatorem habens,C.de in integ.reſti.ergo nec filiusfa.ſine patre.Sed dicti pa-
rentes non inueniuntur auctoraſſe hanc ſocietatem,maximè quòad ſeſe: ſibijpſis
enim auctores eſſe non poſſunt.l.1.ff.de auct.tuen.
His præmiſsis,pro reſolutione quæſtionis diſtinguendi ſunt duo articuli.
Prior eſt,vt quæſtio intelligatur de ſocietate,quæ de facto videretur contra-
cta inter dictos Ambroſium iuniorem & Ioſephum ex vna, & eorum reſpectiuè,
parentes ex altera,partibus.

Et ſuper

Et ſuper hoc videtur reſpondendum, quòd non valuit, vtpote inter Ambro-
ſium ſeniorem, & Ambroſium iuniorem ſuum filium, & iterum inter Ioannem
quondam H. & Ioſephum eius filium, eò, quòd vterq; horum filiorum ſit in pote-
ſtate reſpectiuè ſui patris, Conſtat autem, vt ſuprà tactum eſt, quòd inter patrem & 9.
filium, in poteſtate conſtitutum, regulariter non poteſt ſubſiſtere contractus aut
obligatio efficax. d. l. frater à fratre, §. quæſitum. & ideo nec actio inter eos compe-
tit. l. actiones, ff. de act. & oblig. Nec propterea lis etiam inter eos eſſe poteſt. l. lis
nulla, ff. de iudi. cum ſim. Et iſta procedunt maximè in caſu iſto, in quo, vt ſuprà, &
in inſtructione dicit̃, apud dictos filios non cõperitur peculiũ caſtrenſe, vel quaſi,
q̃d acquirit̃ pleno iure filio, & in illo cenſet̃ paterfamiliâs. l. 2. ff. ad Macedo. cũ ſi-
mil. Nec etiã aduenticiũ, quod quandoq; filio, q̃ ad proprietatẽ quærit̃, quandoq; 10.
pleno iure. l. cùm oportet. & in auten. ibi poſita, C. de. bo. q̃ lib. in q̃bus potuiſſet
ſtare, cõtractus, obligatio, actio, & lis inter eos. Sed ſi q̃d inueniant̃ hi filij habere,
hoc dicitur peculiũ profecticium duntaxat, & nihil aliud. Nam impoſitum eſt per
patres pro filijs eorũ, & ſic proceſsit de pecunia patris, vt dicitur in inſtructione, 11.
num. 7. & 9. & quaſi per totum. Et ſimiliter in ſubſcriptionibus Ambroſij ſenioris,
vbi dicit ſe ſubſcripſiſſe filio: & in ſubſcriptione aliorum, vbi dicitur ſumpta de pe-
cunia patris. Ergo profectitium eſt. vt notatur in l. cùm oportet, ibi, nõ ex eius ſub-
ſtantia. C. de bo. quæ lib. Et doctè ibi, et paſsim in diuerſis locis, facit, quòd in in-
ſtructione dicitur: Quòd pater potuiſſet ſemper adimere, ſi voluiſſet. id enim de na 12.
tura peculij eſt. l. & ideo, & l. ſi Sticho. ff. de pecul. In huiuſmodi autem peculio nul-
lo modo poteſt conſiſtere contractus efficax inter patrem & filiumfa. d. l. frater à
fratre. Et ita expreſſè voluit Ang. in conſil. ſuo 112. incip. Vannutius, & Antho-
nius eius filius, vbi dixit, impoſsibile eſſe ſocietatem ſtare inter patrem & filium, 13.
qui habet tantùm profectitium: & eſt pulchrum dictum. Cuius dicti ratio eſt: Quia
licet profectitium ſit in adminiſtratione filij per totum titulum de peculio, tamen
eſt in dominio patris. l. certum. C. famil. Herciſc. cum ſimil. Quod dictum, & eius
ratio, maximè obtinent in peculio profecticio proprijſsimè dicto, vt eſt pecunia il-
la, quæ immediatè datur à patre filio, vt exinde negocietur, quia ſemper fuit, eſt,
& remanet patris, etiam iure gentiũ, ſine cooperatione iuris ciuilis. vt pulchrè de-
clarat Bar. in d. l. frater à fratre, in vltimis 4. aut 5. columnis, circa multas quæ-
ſtiones, quas ibi ponit, ad quem communiter omnes ſe referunt. Et idem vult So-
cy. in conſ. ſuo 91. in vlt. col. ideoq; Bar. vbi ſuprà dicit expreſsè, Quòd inter pa-
trem & filium, habentem tantùm tale peculium, non poteſt contractus conſiſtere.
Licet modicum ſecùs dicat de peculio profecticio, magis impropriè dicto, vt eſt
lucrum illud, quod procedit ex pecunia patris verè profecticia, vt iam dictum 14.
eſt. id enim regulariter etiam dicitur profecticium, quia acquiritur ex profecti-
cio. Vt pulchrè deprehenditur ex d. l. cùm oportet, in princ. vbi textus volens
loqui de illo, denotat, Quòd ſi filius ſibi acquirat ex ſubſtantia patris, ſit pe-
culium profecticium. & ſimiliter eſt argumentum in l. ſi arrogator, §. 1. iuncta ibi
glo. in ver. quartam ſolam. ff. de adopt. l. ſed etſi plures, §. in arrogato. iuncta
ibi glo. in ver. beneficio, ff. de vul. & pupil. & l. hinc quæritur, §. 1. ff. de pecul. Non
eſt tamen huiuſmodi profecticium tam fixè in dominio patris, ſicut aliud: non e-
nim de iure gentium, quia nunquam fuit ſuum: ſed tantùm fit ſuum, mediante di-
ſpoſitione iuris ciuilis. Et ideo facilius conſiſtit obligatio inter patrem & filium,
de huiuſmodi impropriè dicto profecticio, quàm de alio propriè dicto, ſecundum
Bar. vbi ſup.

Et præmiſſa, vbi dictum eſt, nõ oriri hic obligationem inter patrem & filium,
ſatis planè procedunt ſecundum omnes, quò ad ciuilem obligationem, per d. l. fra-
ter à fratre. Quò ad verò naturalem, adhuc idem videtur ſecundum Bar. ibidem 15.
in 3. quæſt; quæ eſt ſuper contractum emptionis & venditionis, vbi dicit, emptio-
nem & venditionem non conſiſtere inter patrem & filium, habentem tantùm
huiuſmodi profecticium propriè dictum, etiam quoad naturalem obligationem.

Probat per tex. in l. ſi venditor. §. ſed etſi pupillus, ver. aliter atque, ff. de in di-
em adiect. Vbi dicitur in effectu, quòd re vendita, cum pacto adiectionis in diem,
licet per poſteriorem venditionem, & maioris precij oblationem factam per pu-
pillum, recedatur à priore. Cuius cauſa eſt, quia ſaltem pupillus, ſcilicet doli ca-
pax, obligatur naturaliter. vt ibi eſt glo. in ver. emptione. Non tamen per poſte-
riorem emptionem, factam per filium erga patrem. Et hoc ideo haud dubie, quia in-
ter eos naturalis etiam non oritur obligatio. vt ibi etiam expreſsè notat glo. d. &
Bar. Quod intelligo vt ſuprà, quando eſt tantùm peculium profecticium propriè
dictum, prout idem Bart. in l. frater à fratre intelligit, idem volens ibidem in mu-
tuo, depoſito, commodato, & locatione. Et quòd ſimiliter ſit idem in ſocietate, ex-
16. preſsit Bar. in l. ſi quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuſſo. vbi poſtquam idem in effectu de-
cidit, quod ſuprà in mutuo & emptione, ſubdit, ſic poſſe diſcurri per ſingulos con-
tractus, in quibus venit pecunia ſoluenda, vt in locatione, ſocietate. Et hæc cre-
duntur veriſsima eſſe, ſcilicet, vt nec oriatur hîc obligatio naturalis inter patres, &
eorum reſpectiuè filios, ſaltem tanquam ex contractu ſocietatis, quia nulla poteſt
hîc dici ſocietas. Licet maius dubium eſſet, anne ſaltem hîc oriretur naturalis obli-
gatio, tanquam ex nuda cõuentione ſeu donatione, de quo latiùs dicetur infrà, cir-
ca vltimam principalem quæſtionem.

Et finaliter, quòd nulla omnino hîc dici poſsit ſocietas, patet, formando aliam
rationem, concludentem tamen ex ſupradictis. Nam impoſsibile eſt eſſe ſocietatē
cum illo, qui nihil ſocietati prò capitali conſert, nec ſcilicet pecuniam, nec alia bo-
na, nec ſuam operam, ſcilicet pro capitali, quæ ſæpè æquiualet pecuniæ, l. ſi non
17. fuerint, ff. pro ſocio. Capitale enim eſt fundamentum, ſuper quo erigitur ſocietas,
adeò, quòd illo ceſſante, extinguitur & ſocietas. l. verum, §. fi. ff. pro ſocio. vbi dicit,
ſocietatē etiam re diſtrahi, ſi ſcilicet res, ſuper qua ſit contracta, pereat; & hoc haud
dubiè eſt capitale. Non quòd principaliter contrahatur ſocietas, ſeu communio ſu-
18. per ipſo capitali, imò illud effectualiter non communicatur, ſed debet ſocius quili-
bet illud recuperare, ſi ſuperſit. vt eſt communis opinio doct. in l. 1. C. pro ſocio.
Sed ſocietas contrahitur principaliter ſuper lucro, quod prouenire poteſt ex ipſo
capitali, ſiue dicamus illud conſiſtere in pecunia, ſiue in alijs rebus, ſiue in operis
ſolis. Ar. in l. coïri, cum ſequentibus, ff. pro ſocio. Ita expreſsè vult Socy. in conſ.
ſuo 24. incip: Viſis ac diligenter & maturè inſpectis, in col. 13. ver. 5. principaliter.
Sine capitali ergo non eſt ſocietas: adeò, quòd ſi de facto ſiat ſocietas, & conuenia-
tur cum aliquo, non imponente aliquid, neq; pecuniæ, neq; operæ, ita, vt tamen ſit
ſocius, & habeat lucrum, non dicetur tamen ille ſocius, nec huiuſmodi conuentio
dicetur ſocietas, niſi dicamus eam ſocietatem cauſa donationis factam, quę non eſt
19. vera ſocietas, vt eſt tex. in l. 5. §. fi. ff. pro ſocio. ibi tex. Donationis cauſa ſocietas
nõ rectè contrahitur. & ibi eſt bona glo. in ver. donationis, quæ breuibus præmiſ-
ſis declarat, volens, ꝙ ille potiùs dicetur factor, ſeu mercenarius ſocietatis. Iam in
hac ſocietate eam conſiderando inter patrem & filium, non reperitur aliquod capi-
tale, neq; in pecunia, nec alijs bonis, nec in operis, quia hîc dictorum filiorum ope-
ræ aliter remuneratæ ſunt, vt ſuprà tangitur. ergo, &c. Nec obſtat, quòd pro eis &
eorum quolibet, reperitur impoſita ſumma quinq; millium, quia illa eſt patris, &
ſic cum patre non poteſt operari ſocietatem, vt ſuprà dictum eſt. Quoad alios au-
tem, ſecùs dici poteſt, vt patebit in ſecundo articulo huius quæſtionis. Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, quòd hi filij tantùm habeant ſummam remunerationis cau-
ſa eis deſignatam. Quia illa pro capitali non eſt impoſita, ſed tantùm pro
quolibet pro capitali impoſita ſunt quinque millia; vt hæc in ſubſcriptionibus
dicuntur.

Non obſtat, etiamſi dicatur, quòd parentes videntur donaſſe eorũ filijs ſum-
mas capitales pro eis impoſitas, & ſic adhuc videtur valere ſocietas inter pa-
tres, & eorum reſpectiuè filios. Quia breuiter reſpondetur, primò negando
ſimpliciter, quòd parentes huiuſmodi capitalia donauerint, aut donare voluerint:
quia

quia de donatione ſaltem ſimplici, ſeu de verbo dono, quòd maximè donationem
cauſaret, vt licet videre per Iaſonem in l. ſi donatione, C. de colla. nulla mentio,
(ſaltem ſimplici verbo) fit in contractu, nec in ſubſcriptionibus: ſed de verbo ſcri-
bo, ſeu aſſcribo, vt patet in ſubſcriptione Ambroſij ſenioris: quod eſt proprium &
aptum ad concedendum peculium filio. Quinimò verbum donò, prolatum per 20.
patrem, ſæpè capitur pro concedo, vt potius cenſeatur velle conferre in peculium,
quàm donare. vt in d. l. ſi donatione. & ibi latè Iaſ. in euidentialibus, & in glo. in
verbo poſtulas. Facit, ꝙ in dubio magis præſumitur pater concedere in peculium, 21.
quàm donare, ſecundum Iaſ. vbi ſup.

Facit præterea, quòd dicunt conſulentes in inſtructione, num. 2. & 9. ſcilicet,
quòd non potuerunt exinde facere eorum voluntatem, ſed tantùm ſecundum nu- 22.
tum & ordinationem parentum, & quòd parentes potuiſſent reuocare. hæc autem
propriè de natura peculij profectitij ſunt. l. & ideo, & l. ſi Sticho. ff. de pecul. vt la-
tius ſuprà deductum eſt.

Quare videtur, quòd hic non eſt donatio ipſius capitalis, ſed tantùm conceſ-
ſio in peculium. Et licet in vno conueniant, donatio ſimplex & conceſsio in pecu- 23.
lium, quia vtroque caſu donatum & conceſſum verè remanet in bonis patris, ta-
men in alio profectò magna eſt differentia. Quia ſi eſſet donatio ſimplex, morte
confirmaretur. l. donationes, C. de do. int. vi. & vx. & propterea non veniret
ipſa res donata conferenda, ſed donatarius illam haberet præcipuam. vt declarat
Iaſ. in d. l. ſi donatione. Sed ſi eſt conceſsio in peculium, non confirmatur morte. l.
vna, C. de peculio eius qui libert. mer. ſed poſt mortem venit diuidendum cum cæ-
teris bonis patris. d. l. certum, C. famil. Herciſ. & l. filiæ licet, C. de colla. cum
ſimil.

Præterea, etſi eſſet donatio ſimplex, tamen certum eſt, quòd illa non valeret
viuente patre, & quòd illam poſſet quandocunque vellet reuocare. l. 2. C. de in- 24.
off. dona. & d. l. donationes. C. de dona. in. vi. & vx. Præſertim cùm hic non ſit
facta ob merita, de quibus ſaltem conſtet, quia de illis non ſit mentio. Et quan-
uis fieret mentio, non ſufficeret, ſed aliter probari deberent. vt per Bar. &
Iaſ. in d. l. frater à fratre, & per glo. & doct. in d. l. 2. & d. l. donationes. Et licet
hi filij antea ſeruierant parentibus, nihil iuuat: quia eorum operæ remuneratæ
fuerant, vt patet in principio contractus, vbi ex illa cauſa remanſit ſocietas de-
bitrix eorum, prout ſimiliter hic ſunt remuneratæ. & ſic iterum remunerari non
debent per aliquam donationem, quia id cenſeretur in fraudem factum. Dona- 25.
tio enim remuneratoria debet eſſe commenſurata meritis, & è conuerſo, ſecundum
Bar. in d. l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſo. Alex. in d. l. ſi donatione.

Non obſtat præterea præmiſsis, ꝙ ſummæ capitales fuerunt pro dictis filijs
impoſitæ, & eis aſsignatæ pro eorum dotibus, ſeu donationibus propter nuptias:
quæ quidem inter patrem & filium in poteſtate valent. l. Pomponius Philadel-
phus. ff. famil. Herciſ. & in tit. ff. de col. do. &c. Et ſic adhuc videretur hic eſſe ca-
pitale, & valere ſocietas inter patrem & filium.

Quia ante matrimonium ſubſecutum non potuerunt dici donationes pro- 26.
pter nuptias, quia ſine matrimonio tales non dicuntur. l. fi. in prin. ff. de do. an.
nup. & l. 3. ff. de iur. dona. Ideoꝗ promiſsio ſeu conſtitutio dotis tacitam habet
conditionem, ſi matrimonium ſequatur, non aliter. l. in rebus. §. 1. l. ſtipula-
tionem. & l. non enim, ff. de iur. do. cum ſim. Ita etiam expreſſè in ſimili caſu con-
ſuluit Paul. in conſil. 345. incip: Circa bona, in 2. col. Et licet de pòſt ſecutum
fuerit matrimonium, nõ tamen intelligitur donatio, ſeu dominij tranſlatio tenuiſ-
ſe à principio. Nam à principio, vt dictum eſt, non fuit matrimonium, & ſic nec
matrimonij onera: ergo nec dos aut donatio propter nuptias, quæ dantur pro ſu-
ſtinẽdis oneribus matrimonij. Itẽ, nõ poteſt ex alio capite intelligi, has donationes
valuiſſe ab initio, aut dictũ capitale filijs aſsignatũ à principio fuiſſe eorundem fi-
liorũ, tanꝗ ſic ſocietas valuiſſet à principio: quia ſecundũ hoc fieret quo ad dñium 27.

ipſum,ſeu ipſius translationem retrotractio.quod eſſe non poteſt:quia per hoc di-
cerentur pro illo tempore fuiſſe eiuſdem rei duo domini in ſolidum, licet quo ad
obligationem ſeu actionem id benè fieri poſſet, vt hæc licet videre per Iaſ. in l.
ſi filiusfa. ff. de ver. oblig. per Bar. in l. ſi ſub conditione, ff. de ſolu.per doc. in l.
2.C.de inoffi.do.& in d.l.donationes, C. de dona.inter vi. & vx.in quantum ibi
dicitur retrò vehi,intelligitur quo ad fructus,non autem quo ad dominiū,Ita etiam
tenet Iaſ. in d. l. frater à fratre, in 5. col. ad fi.

Concluditur ergò, non valere dictam ſocietatem inter parentes & eorum re-
ſpectiuè filios,in qua capitale fuit verum profecticium.

Aduertendum tamen circa hæc dicta de dotibus ſeu donationibus propter
nuptias: quia videtur, ſocietatem hanc benè tenuiſſe inter hos parentes & filios,
ſaltem à tempore matrimonij,per eos contracti, à quo tempore primùm inceperūt
eſſe tales,iuribus ſuprà allegatis. Et ſic ab eo tempore ceperunt eſſe in dominio di-
ctorū Ambroſij iunioris, & Ioſephi, ſeu ſaltem in adminiſtratione eorundē,ita vt
exinde negociari potuerint, quia non cadunt ſub prohibitione legis Iuliæ, pro-
hibitoriæ alienat.rei dotalis. l. res datæ in dotem,ff.de iur.do.cum ſim.licet etiam
dicerentur dotes ſeu donationes propter nuptias profectitiæ, quarum dominium
etiam recedit à patre,cùm incipiunt eſſe tales.d.l. Pomponius Philadelphus.

Secundus articulus principalis huius dubij eſt: an valeat ſocietas inter Am-
broſium iuniorem, & Ioſephum,ac ſocios alios,abſque eorum parentibus.

28. Et videtur dicendum, ꝙ ſic. Filiusfamiliâs enim poteſt omnes contractus fa-
cere, & ex illis obligatur æquè ſicut paterfamiliâs, intelligendo, ſi contrahat cum
alijs à patre. l. filiusfa. 2. ff. de ac. & ob. & l. tam ex contractibus, ff. de iudicijs.
etiamſi nihil haberet in bonis. Seſe enim perſonaliter obligare poteſt. Hinc eſt, ꝙ
valet promiſſio filij promittentis mille, licet nihil habeat in bonis,eoq; difficultas
29. non impedit.l. continuus, §. illud, ff. de ver. obli. Et exinde conuenitur & incar-
ceratur, niſi bonis cedat: quod quidem, licet nihil habeat, facere poteſt, ſcilicet
pro futuris. l. pe. C. qui bo. ced. poſ. Si igitur valet contractus factus per eos,
etiamſi nihil in bonis haberent, tantò magis hic valebit, eô quòd ad minus dicto
Ambroſio iuniori & Ioſepho fuit conceſſum peculium profecticium à parentibus
eorum, ſcilicet illud capitale, quod pro eis eſt impoſitum, vt ſuprà deductum eſt,
ſuper quo indubiè adminiſtrare & contrahere poteſt,& patrem obligare de pecu-
lio,vt ff.de pecul. per tot. intelligendo ſemper,quando contrahit cum alio à patre,
30. non autem cum patre, per ſuprà deducta. Hinc dicitur,ꝙ contrahens cum filiofa.
habente peculium, duos habet obligatos, ſcilicet filium in ſolidum, & patrem de
peculio,l.ſi quis cum filiofa.ff.de pecul. Et etiam ſi pater peculiū ademiſſet, adhuc
poſſet conueniri filius.l. & ideò,ff.de pecul.

Et de contractu ſocietatis inito per filiumfa. habente peculium, & ꝙ ex illo
in ſolidum,& pater de peculio obligatur,eſt clarus text. in l. ſi id quod.§. filiusfa.
ff. pro ſocio.

Concluſiuè ergo videtur,ꝙ valuit ſocietas,contracta per dictos filiosfa. cum
eorum ſocijs,alijs ſcilicet ab eorum parentibus, & quòd ad inuicem ratione huiuſ-
modi ſocietatis obligantur actione pro ſocio.

Circa prædictos duos articulos, in quibus dictum eſt, ſocietatem iſtam inter
patres, & eorum reſpectiuè filios non valere, & tamen eandem, inter eoſdem fi-
lios & alios ab eorum parentibus, benè valere, aduertendum, quòd id non eſt in-
conueniens, nec propterea dicitur contractus claudicare. Ita enim conſuluit, &
clarè deduxit Ang. de Peruſio in ſuo conſ. 112. incip: Vannutius & Anthonius
eius filius per multos annos ſteterunt ſimul, & in eadem familia cum quodam no-
mine Luca,&c. Vbi de facto fuit cōtacta ſocietas inter patrem & filium,& vnum
Lucam. Et dicit, quòd ſi fuit peculium profecticium, non valet inter patrem & fi-
lium, & quòd in caſu ſuo duæ tantùm fieri debent partes, ſi aduenticium habet,
& fieri debent tres, ſi dubitatur,tunc præſumitur ꝙ fuerit profecticium,& tantùm

patris,

patris, & è conuerſo. Sed pater non eſt ſocius filij, nec è conuerſo, vt ibi latius licet videre.

Iam, ſtante dicta deciſione ſuper ſecundo articulo dictæ quæſtionis, reſtaret
reſpondendum ad quaſdam ex rationibus, quæ mouerunt cōſulentes ad dubitan-
dum, vt ſuprà, videlicet ad primam, quartam, quintam, & ſextam. Sed faciles ſunt,
& ſatis patet ex præcedentibus ſolutio. Nam prima tantùm procedit, quo ad te- 31.
ſtamenti factionem, in qua filiusfa. non habet integram perſonam, propter maio-
rem vim & ſolennitatem teſtamentorū. l. fi. C. de fideicom. Secus quo ad contra-
ctus, vt patet in præmiſſ.

Quarta autem ratio non procedit, quia manifeſtè apparet ex contractu, quòd ne dum fuerint & ſint factores, ſed veri ſocij. Contractus enim iudicatur, ſecundum quod ex tenore apparet, vt ſuprà dictum eſt prima quæſtione: niſi dicti Ambroſius iunior & Ioſephus ſufficienter docerent de ſimulatione eiuſdem per ſufficientes coniecturas, quod non apparet ex inſtructione, licet ipſi hoc aſſerant.

Quinta ſimiliter non procedit, niſi probaretur dolus per ſufficientia indicia, 32.
iuxta l. dolum, C. de dolo, & profectò cuilibet videri poteſt, quòd non ſine mini-
ſterio iſti filij ſunt in hanc ſocietatem inducti, & multa in eorum perniciem facta.

Ad ſextam dicendum, quòd procedit in filio, qui habet aduenticium, cuius
pater vſufructum habet. Nam tunc pater eſt legitimus filij & illorum bonorum 33.
adminiſtrator, & ſine illo filius nihil poteſt, l. filius, C. de bonis mater. & l. fi. in
princ. & §. 1. C. de bo. quæ lib. in quo caſu non ſumus hic. Sed ſumus in peculio
profecticio, in quo filius nihil iuris habet: vel in caſu, quo filius perſonaliter ſe ob-
ligat, quod facere poteſt, etiamſi minor ſit, quando curatorem non habet. l. ſi cu- 34.
ratorem habens, C. de in integ. reſti. nec in filiofa. inuenitur contrarium diſpoſi-
tum, quin ſcilicet ſe hic obligare poſsit quandocunq; contrahendo, vt ſuprà dictū
eſt: licet, ſi minor ſit, reſtitui poſsit, iuribus vulgaribus. & d. l. fi. §. 1. C. de bo.
quæ lib. An autem hic reſtitui poſsint dicti filij, dicetur infrà circa finalem quæ-
ſtionem.

Sed circa hunc articulum adhuc incidenter quæritur: poſito, ꝙ non valeat ſocietas inter hos patres, & reſpectiuè eorum filios, ita, vt nulla inter eos orta fuiſſet actio pro ſocio, ad ſcilicet cōmunicandum, diuidendum, rationem reddendū, vel quid ſimile: an ne ſaltem pro tanto valuerit, vt ex cōtractibus initis per parentes, cum extraneis contrahentibus, cum eis ſubſiſtat obligatio inter eoſdem filios, & illos extraneos contrahentes, ita, vt filij ex huiuſmodi debitis conueniri poſsint.

Et videtur prima facie, quòd ſic, quia filij videntur præpoſuiſſe, ſeu inſti-
tuiſſe eorum reſpectiuè parentes ad contrahendum et negociandum cum alijs qui-
buſuis, vt in ſequenti queſtione oſtendetur. Ergo videntur ijdem filij obligati illis,
non quidem actione pro ſocio, quem locum non habet, vt ſuprà dictum eſt, ſed
actione ex eo contractu inſtitoria. l. 1. ff. de inſtito. cum multis ſimil. Nec enim ab- 35.
ſurdum videtur, ꝙ filius inſtituat patrem negociationi, & ex contractibus initis
per patrem teneatur inſtitoria. l. ſed et ſi quis, §. ſed etſi. & l. pe. §. tabernæ, ff. de
inſtit. act. non etiam refert, quis inſtituat, & quis inſtituatur. d. §. ſed etſi. Quin-
imò videtur, ꝙ hi filij teneantur dictis creditoribus cum eorum parentibus actione 36.
mandati. Quia ſocius vltra ſimplicem contractum ſocietatis, inſtituens ſocium
ad negociandum ſeu contrahendum, quemadmodum mandat in effectu ſocio cum
alijs contrahere, ita etiam mandare cenſetur alijs, vt cum ſocio contrahant. l. qui
hominem, §. ſi Titium, ff. de ſolutio. & l. 1. §. ibi, ſiquidem, ff. de exerci. ac vult
Pau. de Caſ. in conſ. ſuo 104. incip: Viſis & ponderatis omnibus, in prima parte,
vbi loquitur ſimiliter in contractu ſocietatis. Quare in propoſito, quemadmodum
filij, inſtituendo patres, mandarunt eis cum alijs cōtrahere, ita alijs mandare viſi
ſunt, vt cum eorū parentibus contraherent. Ideoq; videntur actione mandati illis
contrahentibus teneri.

Et hæc videtur voluiſſe Bar. in d. l. frater à fratre, in 5. aut 6. col. à fine, vſq; fermè finem ſuæ lecturæ, vbi tractat, an valeat contractus mutui, commodati,

depoſiti,

depoſiti, emptionis, venditionis, & locationis inter patrem & filium. Et vult per
diſcurſum ibidem, Quòd ſi contractus huiuſmodi, ſeu actio & obligatio (quæ
alioqui ex illo oriretur) non excederet perſonas patris & filij, quòd nullo modo
valeret, nec aliqua oriretur actio vel obligatio inter eos: ſed in reſpectu ad cre-
ditores peculiares benè cenſeretur orta inter eos naturalis obligatio. Et melius fa-
cit, quod vult ibidem in 5. quæſtione, quærente de mandato, quòd ſcilicet, licet
mandatum, quod præceſsit inter patrem & filium, non pariat actionem manda-
ti inter eos, benè tamen quo ad alios oriretur propter huiuſmodi mandatum &
promiſsionem actio & obligatio. Sic etiam videtur hic, quòd licet inter patrem &
filium nõ conſiſteret ſocietas quo ad actionem pro ſocio, tamen benè valeret, quo
ad contrahentes cum patre.

Quibus non obſtantibus videtur contrarium de iure verius. Nam licet vel
expreſsè vel tacitè videretur quilibet in hoc contractu alium præpoſuiſſe ad ven-
dendum, emendum, negociandum, &c. & ſic etiam filij viderentur eorum reſpe-
ctiuè parentes, & è conuerſo, de quo in ſequenti quæſtione dicetur: tamen benè
attendendum eſt, quòd hoc fecerint intuitu & in conſequentiam eiuſdem ſocieta-
tis, & nõ aliter. Quod patet in contractu, in clauſula: omneſq; & ſinguli facultatẽ
in hac fraternitate habebimus, &c. num. 13. in qua clarè oſtenditur, ꝙ retulerũt ſe
ad fraternitatem, id eſt, ſocietatem, & ꝙ ſic vnus in ſolidum inſtituit alios vt ſo-
cios, & in quantum ſocij eſſent, & non aliter. Iam ſic eſt, quòd inter filios, & eo-
rum reſpectiuè parentes, non valuit ſocietas, & ſic non fuerunt ſocij ad inuicem,
vt ſuprà dictum eſt. Ergo etiam non fuit vnus, reſpectu alterius, inſtituens, vel in-
ſtitor illorum. Probantur hæc, quia hæc inſtitutio mutua (ſi quæ ſit) facta eſt in
ipſo cõtractu ſocietatis, & in ipſo inſtrumento eiuſdem ſocietatis, per pactum ſci-
37. licet inibi appoſitũ. Quandocunq; autem cõtractus principalis, in certo inſtrumẽ-
to deſcriptus, nõ valet, vel deficit, certè nec valent, nec ſubſiſtunt cætera pacta ini-
bi appoſita, quæ propter illum fiunt, quæ ad huiuſmodi contractũ ſunt acceſſoria,
& exinde dependentia, per tex. in l. non dubium, circa finem, ibi, vel ob id. & ibi
tractant doct. C. II. Et licet illa lex reſtringatur, vt loquatur in caſibus ſuis, tamẽ
quod dictum eſt procedit generaliter, etiam in alijs caſibus. Vnde fac. l. fi. C. de cõ-
ſti. pecu. in ver. ita tamen. Vbi ad hoc vt valeat conſtitutum requiritur, vt id ſit de-
bitum. Si enim conſtituit quis ſe ſoluturum, quòd ipſe vel alius debet, & in veri-
tate non eſt debitum, non valet etiam conſtitutum. Melius facit l. fi. ff. illo tit.
vbi ſi quis putet ſe hæredem alicuius, & conſtituit, ſe eius nomine ſoluturum debi-
tum, ſi principale non eſt, quia hæreditas ad eum non pertinet, non tenetur actio-
ne de conſtituta. Et iſtud clarè voluit glo. in l. ſi patronus, §. patronum, in ver.
Fauiana, ff. ſi quid in frau. patro. dicens: quòd ſi reſcinditur, principale reſcindi-
tur, & acceſſorium, ſcilicet pactum emptionis. fac. glo. fi. in c. ſignificantibus, de
offi. & poteſt iud. dele. Et idem Bal. in l. ſi abſentis, ante finem, C. ſi cer. pet. & in
38. Rubrica, C. de non num. pecu. tenet, Quòd ſi non valet principalis contractus,
non valet confeſsio in illo facta acceſſoria, nec inſtrumentũ guarentigiæ, aut ſimi-
lia. & ibi pulchra apoſtilla in verſi. conſtituta pecunia. Et idem Bal. in l. ex teſt.
C. de fideicom. & in c. 2. de feu. da. in 6. l. commiſſ. dicit: quòd ſi non valet prin-
cipalis contractus, non valet etiam conſtitutum aut precarium, quę propter illud,
ſeu ex conſequentia facta ſunt. Et idem tenet Anto. de Peru. in repet. l. 1. ff. de
iureiur. ſeu in ſuo tractatu de effectibus iuramenti, in 1. effectu, verſ. præterea hoc
etiam temperetis. & Lud. Ro. conſ. 245. incip: Clariſsime aſſeſſor, poſt princip.
39. vbi dicit, Quòd ſi contractus principalis eſt ſimulatus, quælibet clauſula eſt ſi-
mulata, & ſine effectu. Et idem Ludo. Ro. in conſ. ſuo 171. incip: Pro deciſione
conſultationũ, in 1. col. vbi dicit: ſi contractus eſt nullus, ſimiliter & clauſula pre-
carij appoſita. Prout hæc tenet & firmat Iaſ. in d. l. non dubium, in pe. col. in glo. in
ver. ob id. et in d. l. ex teſtam. Cùm igitur dicta inſtitutio mutua facta ſit ob ſocieta-
tem, & in illius conſequentiã, patet, ꝙ inter perſonas, inter quas nõ valet ſocietas,
non valebit etiã prępoſitio, ſeu inſtitutio mutua ad negociandũ. Et per cõſequens,
quemadmodum

quemadmodum inter patrem & filium non eſt ſocietas, nec actio pro ſocio, ita nec erit inſtitutio, nec actio inſtitoria, ſed ſolùm competet ex contractu patris actio inſtitoria contra alios, qui eius veri ſocij ſunt. De quo latius in quæſtione ſequenti.

Ad ea, quæ ſupra in oppoſitum primo loco allegabantur, patet ex præmiſsis clara reſponſio, ad ea, quæ ſubijciuntur, quòd tenerentur iſti filij creditoribus, qui cum eorum parentibus contraxerunt, actione mandati. Quia mandando parentibus pecuniam recipere, videntur quibuſcunq; mandaſſe eis pecuniam dare. Similiter reſpondetur, quòd etſi verum eſſet, tamen etiam intelligi deberet id mandatum datum per conſequentiam, & propter ſocietatem. Quæ cum hic ceſſet, etiam ceſſat huiuſmodi mandatum. Aliàs autem, vbi ſocietas & inſtitutio eſſet valida, poſſet fortè aliud dici. Ita loq. Pau. de Caſ. in dic. conſ. ſuo 104. Præterea ſecundò reſpondetur: Quòd licet filius mandando patri pecuniam accipere, videatur quibuſcunque mandare illi pecuniam credere, hoc tamen eſt mandatum impropriè dictum, & ex eo non oritur actio mandati, quæ competeret numeranti pecuniam contra mandantem, quia mandatum non fuit ei directum, ſed patri: & ideò pater poſſet (ſi nihil aliud obſtaret) de iure habere actionem mandati contrariam contra filium. Sed contrahens cum patre non haberet actionē mandati directam contra filium, qui contrahenti nihil propriè mandauit. Probatur per ea, quæ dicuntur in materia actionis quod iuſſu, & actione mandati, quòd ſcilicet, ſi mandatum directum ſit contrahenti cum filio, poteſt locum habere actio quod iuſſu, & etiā actio mandati. Sed ſi mandatum tantum directum ſit ipſi filio, tantùm obtinet actio qd iuſſu, & non actio mandati. Probantur hæc per tex. l. 1. & l. 2. in fi. iuncta glo. fi. ibidem, ff. quod iuſſu. & l. ſi tibi. & ibi glo. C. manda. & ita declarant Ioan. Fa. & Are. inſti. quod cum eo. §. 1. cum glo. in ver. iuſſu domini. Vnde hic non poteſt quoquo pacto habere locum actio mandati, quæ competeret contrahenti cum patre contra filium. Sed ſi haberet locum aliqua actio, deberet eſſe actio ex eo contractu inſtitoria. Quæ tamen hic etiam non obtinet: quia inſtitutio, tanq; facta propter ſocietatem inualidam, & in illius conſequentiam, non tenet, vt ſuprà dictum eſt. 40.

Ad dicta Bar. in l. frater à fratre, dicendum: ſi benè intelligantur, & iam ſuprà declarata rectè conſiderentur, quòd omnino ſunt impertinentia, & nullo modo militantia contra præmiſſa. Nam inprimis in hoc tantùm dicit Bar. intelligi conſiſtere primo caſu obligationem naturalem inter patrem & filium, vt ex eo peculium cenſeatur propterea auctum, & vt ita pater teneatur ad tanto magis pro alijs contractibus filij de peculio quibuſuis alijs creditoribus. Ita etiam expreſsè loquitur Bar. Hic autem aliud quæritur, ſcilicet de obligatione & actione, quæ conſiſtit inter filium, & contrahentem cum patre: an ſcilicet filius teneatur creditoribus, qui contraxerunt cum patre, propter inſtitutionem filij. Secundò, illa quæ dicit Bar. in contractu mandati, q; ſcilicet inter ſe non obligarentur, ſed benè in reſpectu ad contrahentes cum eis, ceſſant hic: quia hic non poteſt locum habere actio mandati, vt ſuprà dictum eſt. Præterea, etſi eſſet hic mandatum, tamen non eſt caſus Bar. quia loquitur Bar. ibi, quando pater mandauit filio cum aliquo cōtrahere vel promittere. Hic autem ſumus in caſu, quo filius, ſi mandaſſet, dediſſet mandatum patri. Quem caſum Bar. ibi non decidit.

Tertiò, vlterius pergendo in caſibus, quibus ſocietas valeret, ſcilicet inter filios & alios ſocios à patribus, quæritur, an Ambroſius iunior et Ioſephus teneantur in ſolidum, vel pro parte, vel nullo modo, pro debitis contractis per alios eorū ſocios, præſertim in recipiendo pecunias ad cenſum, ſeu mutuò: ratione quarum dicitur in dicta inſtructione, creditores iam dudum agere contra eoſdem.

Et videtur, q; nullo modo teneantur, quia hæ pecuniæ non ſunt receptæ per eoſdem filios, ſed per alios, & ſunt æs alienum: & ergo videtur, Ambroſium iuniorem & Ioſephum non teneri. l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio, ibi tex. iure ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, et ſecundum glo. ibidem, neq; directò, neq; per mediam perſonam. 41.

Præterea

Præterea, etſi obligarentur, non tamen videretur eos debere in ſolidum obli-
gari, ſed tantùm pro quotta, ſeu parte ſocietatis. per l. ſi tamen plures, in princ. ff.
de exerci. ibi tex. ſi plures nauem exercent, pro portionibus exercitationis conue-
niuntur.

Pro clara reſolutione huius dubij, & vt comprehendantur omnes caſus, qui
deſuper conſiderari poſſunt, præmittendum eſt, Quòd dicti Ambroſius iunior &
Ioſephus, ante datam dicti contractus. h. e. ante primam Ian. An. 24. non fue-
runt in aliqua ſocietate cum illis, qui nominantur in hoc contractu. Ita enim dici-
tur in inſtructione, & ſpecialiter, in quadam cartula inſtructionis, in qua id pro
fundamento præſupponitur.

Et licet in dicto contractu in principio videatur narrari contrarium, & quòd
ipſi interfuerunt computationi, & quòd eis ſumma quædam eſſet reſidua, nihil
obeſt. Quia dicitur nobis, quòd hoc factum eſſe potuit, qui ipſi ante annum 24.
erant factores certæ ſocietatis, quæ præextiterat, & minimè ſocij. Et quòd ratio-
ne eorum factoriæ & laborum habebant certum ſalarium. Et ideò remanſit eis ea-
dem ſocietas obligata in certa ſumma. Et profectò hoc ſæpiſsimè contingit, quòd
vna ſocietas per factorem extraneum, hoc eſt, non ſocium, negocietur. l. habe-
bat, §. fi. ff. de inſti. cum ſimil. Et huius veriſimilitudo patet ex ſubſcriptione,
quam fecit Ambroſius ſenior dicto contractui, in qua dicitur, quòd capitale non
fuit Ambroſio iuniori verè aſsignatum ante annum 24. ſed tantùm conceptum,
ſeu deſtinatum. Deſtinatio autem non ſufficit. l. ſi id quod, §. 1. qui incipit, Item
Celſus, in fi. ff. pro ſoci. Quinimò dicitur in eadem ſubſcriptione poſitiuè, quòd
iunior non fuit in ſocietate ante annum 24. Et quemadmodum fuit per eius pa-
trem contractui ſubſcriptum, ita etiam per eum fuit contractui ſubſcriptum: iu-
xta tamen etiam ſubſcriptionem patris, & aliter non, vt ſatis apparet ex dicta in-
ſtructione. Et ita etiam creditur ſubſcriptum & notatum in lib. ſecretorum eiuſ-
42. dem ſocietatis. Quare licet videatur approbaſſe contractum per ſubſcriptionem.
l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pig. vel. hypo. ſol. cum ſimil. tamen cer-
tum eſt eum non aliter nec vltra approbaſſe, quàm ſubſcripſit. Subſcripſit autem
illi ſimul, & ſubſcriptioni patris, & non aliter. In ſubſcriptione autem patris, con-
tinetur, quòd ante annum 24. non erat ſocius, &c. Ergo, &c. Ideoq; creditur,
quòd in dicta cartula inſtructoria id pro certo præſupponatur. Incepit ergo pri-
mùm hæc ſocietas noua ab anno 24. & non ante, vt dictum eſt in ſolutione primę
quæſtionis.

Quibus præmiſsis, reſpondendo quæſtioni dicitur primò, quòd pro pecu-
nijs, ad cenſum receptis, per ſocios Ambroſij iunioris & Ioſephi, alios quidem
ab eorum parentibus ante annum 24. ante quem annum maior pars illarum, vt
dicitur in inſtructione num. 9. recepta fuit, non obligantur ijdem Ambroſius iu-
nior, & Ioſephus creditoribus, cum quibus alij contraxerunt, nec per eoſdem cō-
ueniri poſſunt. Licet enim dubium fuerit, an ſocius teneatur ex contractu ſocij,
de quo infrà: tamen nullum vnquam fuit dubium, vbi debita fuiſſent per ali-
quem ſociorum ante ſocietatem contracta. de his enim, quæ ante ſocietatem con-
tigerunt, nihil ad ſocios. l. ſi id quod, in princ. §. 1. ff. pro ſo. vbi dicitur, quòd ſi
43. ante ſocietatem, imò etiam poſt ſocietatem, ante tamen collationem factam, & ſic
etiam poſt deſtinationem, perit res, quæ conferri debeat, non perit ſocietati, ſed
domino, ita vt deſtinatio nihil operetur. d. §. 1. & ibi Bar. Tanto fortius ergo ob-
tinet, vbi quod ſimile contingit ante ſocietatem ipſam contractam.

44. Quæ procedunt, vbi non conſtat, pecuniam verſam eſſe in vtilitatem ſocieta-
tis, vt de hoc hic non conſtat, nec etiam dicitur aut proponitur hoc eſſe verum,
alioqui ſi hoc conſtaret, tunc verò teneretur ſocius, qui non contraxiſſet pro ſua
rata. Et non quidem adhuc creditori, cum quo fuiſſet contractum, & à quo pecu-
nia huiuſmodi fuiſſet recepta, ſed tantùm ſocio actione pro ſocio, per d. l. iure ſo-
cietatis. & ibi Albe. Bal. & doct. Sed de Actione pro ſocio, inter ſocios cōpetente,
hic non quæritur.

Secundò,

Secundò, quantum ad pecunias huiuſmodi receptas, & debita contracta poſt
annum 24. Dicendum breuiter, Quòd ſi receptæ fuerunt per parentes reſpectiuè
dictorum Ambroſij iunioris & Ioſephi, non obligantur ijdem eorum filij, & hoc
eſt expeditum ſuprà, in immediatè præcedenti quæſtione, incidenter reſoluta. Sin
autem receptæ fuerunt pecuniæ, ſeu contractus factus poſt annum 24. per alios
eorum ſocios, vel aliquem ex eis, licet nõ per Ambroſium iuniorem & Ioſephum,
tunc ſecus eſt, quia quilibet tenetur. Nam inprimis hoc verum eſt, quòd inter ſo- 45.
cios actio pro ſocio eſt, vt huiuſmodi debita ſoluantur de communi. l. omne, ff.
pro ſo. ibi tex. Omne æs alienum, quod manente ſocietate contractum eſt, de cõ-
muni ſoluendum eſt. Sed ad quæſtionem reſpondendo videtur, quòd quo ad cre-
ditores ipſos, ipſi ſocij, et eorũ quilibet in hoc caſu in ſolidum obligent, ex talibus
rationibus, & motiuis ſequentibus.

Prima ratio eſt ex textu ipſius contractus: nam conuentum eſt, vt quilibet ſo-
cius per ſe poſſet emere, vendere, permutare, pecunias dare, & acceptare, vt patet
in clauſula, omneſq; & ſinguli, num. 13. cum ſequentibus. Ex quibus videtur, ꝙ
quilibet alium inſtituit, ſeu propoſuit inſtitorem, etiam expreſsè ad præmiſſa fa-
ciendum. Vnde etiam, etſi dubium eſſet, an ſocius vigore ſocietatis, ſimpliciter et
nudè initæ, poſſet per huiuſmodi ſuum contractum cum tertio initum obligare ſo-
cium eidem tertio, tamen non eſt dubitandum, cùm quilibet inſtituens teneatur
ex contractu inſtitoris actione inſtitoria ex eo contracta, l. 1. ff. de inſti. & l. 1. ff. de
exerci. & quaſi per totum.

Nec huic videtur obſtare, ſi dicatur, per illa verba, pecunias dare, acceptare,
in contractu poſita, ſolùm intelligi vnum dare alteri mandatum, ſoluendi debita,
& recipiendi credita. Quia dicendum, quòd tunc illa verba nihil operarentur, 46.
cùm illa ponantur in vulgari mandato, quod etiã in præcedentibus verbis omni-
no includitur, ſcilicet in his, apochas, antapochas, dandi, acceptandi. Nam ſi ha-
bent poteſtatem dandi ſcripturam de recepto vel ſoluto, quod eſt conſequens, etiã
habent poteſtatem ad ſoluendum, vel recipiendum, quod eſt antecedens. l. ad rem
mobilem. & l. ad legatum, ff. de procur. & l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. cum ſimilibus.
Quare videretur dicta interpretatio abſurda.

Præterea poſito, quòd dicta verba, pecunias dandi, acceptandi, duntaxat
intelligi deberent de ſoluendo debita, & recipiendo credita, tamen adhuc ex alio
ſeſe mutuo inſtituerunt, etiam ad pecunias, ad cenſum recipiendum: & hoc vir-
tute illius verbi negociandi, quod etiam ſignificat, licet impropriè, mutuũ, etiamſi
ad vnum tantùm mutuum capiendum eſſet quis inſtitutus. l. in eum. ff. de inſtitu.
Quod ſi quis ſit generaliter inſtitutus pecunijs fœnerandis, vel recipiendis, non 47.
videtur dubium, quin dicatur negociatio. vt eſt clara glo. in d. l. in eum. Et ideò ha-
bet locum vera actio inſtitoria. l. cuicunque. §. Labeo. & l. habebat, in princ. ff.
de inſti. Cùm igitur vnus alterum præpoſuit ad negociandum, videtur etiam in-
ſtitutus ad pecunias ad cenſum, vel fœnori recipiendas.

Præterea & quanuis adhuc in illo ſcrupulus remaneret, per notat. Iaſ. in l.
principalibus, ff. ſi cer. pet. tamen hîc ceſſaret propter dictionem vniuerſalem,
quomodolibet negociandum, quæ aliquid operari debet. l. ſi quando, ff. dele. 1.
Facit etiam, ꝙ quando poſt enumerationem plurium ſubijcitur clauſula genera- 48.
lis, illa cõprehendit omnia, non expreſsa, etiã non cogitata. per not. Bar. in auth.
matri & auiæ. C. quando mul. tutel. off. fun. poſ. & amplè Alex. de Imo. conſil.
ſuo 11. incip: Viſo & vt oportet conſiderato, ver. poteſt & tertiò reſponderi, in 2.
volum. prout hic fuit dictum, quòd quilibet poſſet vendere, emere, permutare &
quomodolibet negociari.

Secunda ratio principalis eſt. Quia etſi prædicta, de inſtitutione expreſſa, ceſ-
ſarent, ita, vt verbũ negociari nõ comprehenderet receptionem pecuniarũ ad cen-
ſum recipiendarum, tamen adhuc videretur quilibet ſociorum tacitè ſaltem ad hoc
inſtituiſſe ſocium, per hoc, ꝙ vnus alium inſtituit ad vendendum, emendũ, nego-
ciandum, &c. nam per hoc videtur inſtituiſſe ad faciendũ ea, ſine quibus vendere, 49.

 emere,

emere, vel negociari non poſſent commodè. Faciendo enim talia, ſine quibus, &c.
licet in commiſsione non eſſent expreſſa, non cenſetur excedere mandatum ſuum,
niſi eſſent & expreſsè prohibita. Pulcherr. tex. eſt in d. l. cuicunq;, §. non tñ omne.
& §. ſe, ff. de inſti. ibi, nam eius rei cauſa, in qua præpoſitus eſt, contractum eſt, &
ibi, niſi prohibitus ſit mutuari. Hinc dixit Bar. in l. 1. §. non autem, ff. de exerci. ꝙ
contractus dicitur fieri in rem, in qua ꝓpoſitus eſt, ſiue directò id fiat, ſiue pecunia
accipiatur ad id faciendum. Et hoc voluerunt ſocij in dicto cõtractu, in clauſula ſu-
prà iacta, cùm adiunxerũt: prout ratio huius noſtri negocij ſeu neceſsitas exegerit.

50. Tertia ratio eſt, Quia quilibet ſociorum videtur hic negociari etiam per ſe in
diuerſis mercantijs, & in diuerſis locis, quibus caſibus quilibet tenetur ex contra-
ctu alterius, eoq; videantur eo ipſo, quòd ſic negociantur, tacitè ſeſe, & quemlibet
in ſolidum ad hoc præpoſuiſſe. Ar. in l. eius qui in prouinciam, circa fi. ff. ſi cer.
pet. Ita notabiliter decidit Bar. in l. ſi tamen, in princ. ff. de exerc. & Bal. poſt eum,
li. 1. §. ſi plures. qui eſt finalis, cum ll. ſeq. ff. illo tit. ſic intelligens d. l. eius qui
in prouincia, & ibid. Alb. de Roſa. eodem modo ac ſi plures ſocij adminiſtrarent
per vnum tantùm ex eis, vel etiam extraneum. ſinguli enim ex illius contractu
in ſolidum obligantur, d. l. 1. §. fi. & ibi glo. ff. de exerci. & in l. habebat, §. fi. ff.
de inſti. & eſt clara deciſio Bar. in l. eandem, in 7. quæſtione, ff. de duobus reis. et
in repeti. l. 1. in 9. quæſt. C. illo tit. quem cõmuniter ſequuntur omnes doct. Et eo
magis hæc procedunt, ꝙ creditur, dictas pecunias receptas eſſe ad cenſum, & con-
tractus factos eſſe ſub nomine ſocietatis. Id enim conuentum fuit, ꝙ ſinguli con-
tractus deberent intitulari ſub nominibus Ambroſij ſenioris, & Ioannis H. con-
51. ſortem. Quo caſu ceſſat d. l. iure ſocietatis, qua diſponitur, ꝙ ſocius non teneatur
pro ære alieno ſocij, quia ſocius contraxerat nomine proprio, & habet potius lo-
cum l. ſi vnus, §. 1. in 1. reſponſo, ff. pro ſoc. ibi, ſi ſocietatis nomine fœnerauê-
52. rit. Sufficit autem, vt quid dicatur factum nomine alicuius, (et ſic hic nomine
ſocietatis) quòd de illo in actu ſeu contractu mentio ſiat. l. fi. ff. de inſti. l. Titius,
ff. de conſti. pecu. Bar. Ange. & Pau. in l. ſi procurator qui pro emptione, ff. de
procu. etiamſi tantùm ſemel de illo in toto inſtrumento mentio fieret. vt vult ibi
Bal. in fine lecturæ antiquæ. Alex. & Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus,
ff. de ver. oblig.

Circa præmiſſa tamen eſt animaduertendum, quòd ſuppoſito, quòd dicti ſo-
cij cenſerentur ſe inuicem expreſsè præſuppoſuiſſe, vt ſuprà per primam rationem
oſtenſum eſt, tunc non eſſet neceſſe ad hoc, vt creditores poſſent cõtra alios ſocios,
qui non contraxerunt, ex eo contractu agere, quôd probarent precium huiuſmo-
di, verſum in vtilitatem ſocietatis, ſed ſufficeret, quòd vidiſſent vel ſciuiſſent man-
datum inſtitutionis hoc expreſsè continere, & quòd ſic ipſi ad eum finem pecuniã
53. numerare intenderunt, & numerârunt. Sed ſi non dicerentur ſocij expreſsè ad pe-
cunias, ad cenſum recipiendas præpoſiti, ſed tantùm tacitè, vt præſupponunt ſe-
cunda & tertia rationes iam declaratæ, & nihilominus creditores dediſſent eiſdem
ſocijs pecunias ad cẽſum, deberent ijdem creditores ad hoc, vt eaſdẽ pecunias poſ-
ſent exigere ab alijs ſocijs, qui non cõtraxerunt docere, ꝙ verſę fuiſſent in vtilitatẽ
vel neceſsitatem ſocietatis, alioquin non haberent actionem: & hoc ideò, quia iſta
receptio ad cenſum nõ diceretur expreſſa in ipſa inſtitutione, ſed veniret tantùm ꝑ
conſequentia, & per præſuppoſitum. Et ſic voluit Pet. de Anch. in conſ. ſuo 332.
incip: Pro clariori deciſione, vbi dicit, ſocios nõ poſſe facere tranſitũ extra ea, quæ
ſunt in cõtractu expreſſa, niſi in vtilitatẽ ſocietatis: & hoc probari deberet per cre-
ditores, iuribus & autoritatibus ſuprà allegatis. Poſſet enĩ eſſe, ꝙ ſocij, ſic pecunias
recipientes, illas recepiſſent, non ad neceſsitatem vel vtilitatẽ ſocietatis, ſed ad pri-
uatum eorum cõmodum, vt ad ædificationem vel pompam eorũ, vel ad priuatam
eorum neceſsitatem, vel meram eorum affectionem & voluntatem, ſine vtilitate
vel neceſsitate ſocietatis. Vnde magna res eſt ad fauorem ſociorum, qui non con-
traxerunt illud debitum, de quo quæritur, & ad onus creditorũ, qui pecuniam nu-
merarunt, quod in caſu inſtitutionis mutuæ tacitè tantùm, deberent creditores ad

finem

ſinem agendi contra alios ſocios,qui nõ contraxerunt, probare,pecuniam verſam
in vtilitatem ſocietatis. Et certè imputent ſibi, ꝙ pecunias ad cenſum mutuarunt,
vbi expreſsè id in forma inſtitutionis non continebatur. Et imputent etiam ſibi,
quòd aliter ſibi non cauerunt.

Et ex his omnibus venit concludendum, Quòd pro pecunijs receptis, ſeu cõ-
tractibus, factis per ſocios Ambroſij iunioris & Ioſephi alios à patre,tenentur ipſi
Ambroſius iunior & Ioſephus, & eorum vterꝗ in ſolidum, actione ex eo contra-
ctu inſtitoria,& hoc maximè, ſi pecunia ſumpta applicata fuerit ad vtilitatem ſo-
cietatis, ſecundum tamen immediatè iam ſupradicta & declarata, an expreſsè di-
cantur fuiſſe ad hoc præpoſiti, an tacitè tantùm, vt ſecundum eam diſtinctionem
creditores probare debeant, vel non debeant, quòd verſa ſit in vtilitatem ſocie-
tatis.

Ad ea tandem, quæ ſuprà in oppoſitum allegabantur, ſcilicet, quòd nullo 54.
modo obligarentur illi, qui non contraxerunt. d. l. iure ſocietatis, vel ſaltem tan-
tùm ſecundum ratam & portionem negotiationis. d. l. ſi tamen plures. patet re-
ſponſio. Nam in l. iure ſocietatis,contraxit ſocius nomine proprio,ſecundum Al-
be. Bal. & doct. ibidem, hic nomen ſocietatis. & in d. l. ſi tamen, plures exerce-
bant nauem ſimul, & in eodem loco,& idem in alia negotiatione. Tunc enim tan-
tùm pro rata tenentur,quia non videntur ſe inuicem præpoſuiſſe: vt exprimit tex.
ibi, dũ dicit, nõ enim inuicem ſui magiſtri videbuntur. & Bar. ibi. hîc verò in di-
uerſis locis,& in diuerſis mercantijs; ideoꝗ inuicem inſtituti cenſentur iuribus &
rationibus præallegatis.

Quartò quęritur circa dictam inſtructionem caſus, An concordia lite pen-
dente magiſtrorum ciuium vrbis A. ac certorum principum authoritate facta,cui
Ambroſius iunior & Ioſephus,mediantibus certis renunciationibus,ceſsionibus
& pactis conſenſerunt, debeat ſuum ſortiri effectum?

Et breuiter, tranſiliendo materiam eorundem pactorum & renunciationum,
quibus renunciarunt hæreditati paternæ, quę etiam factæ viuente patre ſine iura-
mento non tenent. l. pactum dotali, C. de colla. dicendum, quòd huiuſmodi con-
cordia non videtur debere ſortiri effectum. Nam in effectu eſt pactum factum nõ
per omnes, ſed duntaxat per quoſdam dictæ ſocietatis creditores, licet maiorem
partem creditorum conſtituentes. non quidem tantùm conceſsiuum dilationis: 55.
quod minori parti creditorum præiudicaret. l. fi. C. qui bo. ced. poſ. ſed remiſſi-
uum bonæ partis debiti, non etiam factum cum hærede, aliter recuſante adire
hæreditatem debitorum: quod etiam regulariter minori parti præiudicaret, vt ff.
de pact. l. & ſuum, §. fi. iuncto principio eiuſdem le. in verbis, priuſquam ſe immi-
ſceant. Quæ verba repeti debent in §. fi. ſecundum doct. ibi, & glo. in verbo, cre-
dit, in l. reſcriptũ, ff. illo tit. ſed cum ipſiſmet debitoribus adhuc viuentibus. Quale
pactum factum per maiorẽ partem, non præiudicat minori parti. Quod ſic deduci
poteſt. Nam ratio fundamentalis, quare pactum huiuſmodi factum, per maiorem
creditorum partem in certis caſibus præiudicet minori parti, vt in d l. & ſuum, §.
fi. eſt: quia minor pars non haberet aliter, quem conueniret, attento, ꝙ hæres, ipſo
debitore mortuo, non vellet aliter adire hæreditatem; vel etiam, quia debitor vi-
uus aufugit, & ſine huiuſmodi pacto reuerti nõ vult. Quę ratio ceſſat in hoc caſu,
quia debitores ſunt adhuc ſuperſtites, nec fugerũt, aut fugere potuerunt, ꝙa captiui
detinentur. Et ſic habet minor pars, quem conueniat. Quare ceſſat diſpoſitio. d. l.
& ſuum, §. fi. quemadmodum ceſſaret, ſi fieret pactum cum hærede, qui iam ab
ante hæreditatem adierat. Ita volunt Alb. Bal. Alex. & Iaſon in d. l. & ſuum,
§. fi. idem volentes in alijs diuerſis caſibus, in quibus ceſſat ratio dictæ diſpoſitio-
nis. Et hunc caſum de pacto huiuſmodi facto per maiorem partem creditorũ cum
debitore adhuc viuente, dicit Paul. de Caſ. ſe habuiſſe, & ſe ſic conſuluiſſe, & dicit
eſſe quotidianum inter mercatores, deficientes in facultatibus. Et hæc procedunt 56.
ceſſante contraria conſuetudine. Sin autem probaretur conſuetudo, ꝙ in hoc vel
ſimilibus caſibus minor pars teneretur cõſentire pacto facto per maiorem partem,

tunc ſeruanda eſſet: qualem conſuetudinem quidam dixerunt ſeruari inter mercatores, vt teſtatur ibi Paul. quam tamen idem Paul. dicit ſe non curaſſe. Præterea & in caſu, quo extaret huiuſmodi conſuetudo, adhuc poſſet minor pars ſe opponere, & etiam appellare, in quantum poſſet docere de grauamine, ſcilicet, vel quòd huiuſmodi pactum maioris partis eſſet factum in perniciem minoris partis, vel per dolum, vel aliâs: quia nimis magna pars debiti eſſet remiſſa, vel ex alia ſimili cauſa, vt tangit Bar. in l. fi. in vlt. col. ff. de appel. recip. ſequuntur Paul. & moderni in d. l. & ſuum, §. fi. Quemadmodum etiam hic minor pars dicitur ſe oppoſuiſſe maiori parti, & etiam vnam aut alteram ſententiam contra ſe reportaſſe dicitur.

Cùm igitur minor pars creditorum non conſenſerit in dictam concordiam, factam per maiorem partem, nec (vt verius videtur) conſentire habuit, imò declarauit, ſe nolle conſentire: Sequitur, quòd eadem concordia non debeat ſortiri effectum, præſertim hic, vbi creditur, in concordia caueri, quòd omnes & ſinguli creditores deberent in eam conſentire. vt in penult. articulo inſtructionis, in quo dicitur: Quòd dictus Ambroſius iunior & Ioſephus, aut eorum vxores, non aliter conſenſerunt, quàm ſi concordia effectum conſequeretur.

Nec videtur obſtare iuramentum per eos præſtitum, quo dicitur, eos iuraſſe, ſe non moturos pedem à domo, donec creditores in cōcordiam conſentirent. Quia reſpondetur, quòd mens iurantium & iuramentum recipientium fuit, quòd expectari deberent creditores alij, qui non interfuerint concordiæ, & illi interrogari & perſuaderi diligenter, et eorum conſenſus requiri, vt cōſentirent. Et interim, antequam ſcilicet hæc fierent, non poſſent dicti Ambroſius iunior & Ioſephus, per iuramentum ſuum abire. Et ſi conſentirent, benè quidem deberent dimitti: ſin minus, quia dicerent, & cōſtanter aſſererent, ſe nolle conſentire, tunc poſt diligentiam factam, & poſt conueniens temporis interuallum expectatum, deberent etiam rela-
57. xari, quaſi hoc iuramentum tacitè huiuſmodi intellectum includeret, prout ſæpe conditiones & modi certi ſubintelliguntur. vt in c. quemadmodum, de iureiurando, l. fi. C. de non nu. pecu. cum infinitis ſimilibus, quod hic non videtur neceſſe latius deducere. Vnde cùm minor pars creditorum fuit requiſita, monita, & iudicialiter tractata, vt conſentiret, & declarauit ſe nolle, &c. videtur, quod deficit dicta concordia, quodque nullum habere debeat effectum.

Item, quod alius non fuit intellectus iurantium, patet: quia non eſt veriſimile, quod quis voluiſſet ſe ſub iuramento aſtringere ſimpliciter & purè, vt non moueret pedem à domo, donec alij de facto & realiter cōſenſiſſent: quia poſſet eſſe, quòd nunquam conſentirent, & ſic viderentur ſe obligaſſe quodammodo ad perpetuam ſeruitutem, iuxta l. 2. ff. de lib. ho. exhib. quod eſt abſurdum, & de iure eſſe non po-
58. teſt. Carcer enim perpetuus eſt ſpecies ſeruitutis. l. 2. ff. de li. ho. exhib. Hinc enim
59. dicitur, quòd debitor non poteſt creditori pro debito ſeruire. l. ob æs alienum, C. de ac. & ob. ideo etiam obſides dari non poſſunt, niſi ob publicam vtilitatem. & per principem dentur. De quibus eſt tex. in l. obſides, ff. de teſta. & quanuis alij inferiores eos dare poſſent, tamen non poſſent inuiti detineri, vt infrà dicetur.

60. Firmantur hæc. Quia ſi ſic liceret, tunc eſſet quædam renunciatio ceſsionis bonorum: quæ fieri non poteſt. vt habet Bart. in l. alia, §. eleganter, ff. ſol. mat. Bal. in l. 1. penul. col. §. qui bo. ced. poſ. dicens, ita communiter teneri. & per Canoniſtas in c. Oduardus, de ſolu. Et idem Ioa. de Imo. in d. §. eleganter, quicquid ibi dicat Ange. Quod quidem videtur obtinere, etiamſi interuenit iuramentum, per rationes adductas per Doct. tenentes communiter opinionem, quod ſcilicet
61. illis renunciari non poſsit. Quia contra naturalem æquitatem eſt carceris ſqualor, vt not. glo. in d. l. 1. Item quia creditor poteſt redargui de duricia. l. ſeruus ea, ff. de ſer. expo. nec aliquid agit creditor, niſi officere. l. in fundo, ff. de rei ven. Item quia liberi hominis caro & corium non fuit in commercio. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, §. de ver. ob. Item quia nō intereſt creditoris debitorē in carcere mori, &c. Et quia carcer, vt ſuprà tactum eſt, derogat libertati, & eſt ſpecies ſeruitutis. Quæ

quidem

quidem omnia ne dum mılitant in carcere priuato, ſed etiam publico. vt vult Io. de
Imo. in d. l. alia, §. eleganter, quicquid ibi dixerit Bal. Nemo enim ſecundum
Imo. eſt dominus perſonæ ſuæ, nec poteſt ſe obligare ad ſeruitutē, nec ad id quod 62.
ſapit ſpeciem ſeruitutis. l. Titio centum, §. 2. ff. de condi. demon. vbi pulcher tex.
& ibi Bar. Nec tantùm inſuper procedunt hęc in ſtricto & rigoroſo carcere, verùm
etiam in ampliſsimo, vt ſi quis communem habeat domum, vel etiam ciuitatem,
nam ſemper affert ſpeciem ſeruitutis. d. l. Titio centum, §. 2. & ſatetur Ange. in d.
§. eleganter, licet ibi, quo ad quid contrà teneat: quem tamen non curat Imo. ibidem.
Et vlterius etiam volunt doct. in d. §. eleganter, pactum non valere, quo maritus
cōſentit conueniri vltra q̄ facere poſsit, etiā interpoſito iuramento, eò quòd 63.
eſt contra bonos mores. Et ita etiam intelligi debet Bar. in d. §. eleganter. cûm tamen
duos caſus excipiat, quibus valet renunciatio. Ponit enim in hoc eaſdem rationes,
quas poſuerat circa pactum, vt quis conueniatur, vltra quàm facere poſsit.
Vnde cùm eædem allegentur rationes in materia ceſsionis bonorum, licet cum iu- 64.
ramento fiat, & ſint contra bonos mores, ſequitur, quòd non valet renunciatio
cum iuramento. Idem vult Panor. in c. ex reſcripto. penul. col. mediatè ante verſ.
venio ad ſecundum, de iureiurando. vbi nō credit, quòd quis poſsit ſe ſic obligare
iuramento, de ſtādo & remanendo in certo loco, vt inuitus detineri poſsit, quia eſt
contra bonos mores. d. c. non eſt obligatorium.

Præmiſſa pro tanto deducta ſunt, & ſic in illis nullus reſtat ſcrupulus, quia
hæc promiſsio de ſic manendo, & non mouendo pedem, adeò odioſa, & contra
iura eſt, quòd non eſt veriſimile in dubio, quòd dicti iurantes, & iuramentum recipientes,
habuerint illum intellectum tam odioſum, vt viderentur voluiſſe ſe obligare
ad ſemper & perpetuò. Sed veriſimiliter intellexerunt, vt ſuprà dictum. non
enim verba ſunt calumnianda, ſed ciuili modo intelligenda. l. pen. ff. ad exhib. 65.
& in l. ſi cui, ff. de ſerui. & ibi Bar. l. cùm rerum, C. de fideicom. l. pe. ff. de le. 1. l.
3. C. de lib. præ. Hinc dixit Bal. in l. quicunq;, C. de ſer. fug. q; verba non debent
intelligi Iudaicè. & refert Iaſ. in d. l. non dubium, in glo. in verbo, amplexus, circa
princ. C. de ll. dicens, illud dictum Bal. millies allegari. Et ideo etiā dixit Bal. pulchrè
in l. etiā, C. de iure do. ſenſum ſcilicet magis quàm verba attendi debere, dum- 66.
modo de illo conſtet per legis interpretationem, ſiue per naturalem rationem, ſiue
per æquitatis ſuggeſtionem, vel per aliqua indicia. Quæ vltima verba de æquitate
in iudicijs bene ſunt notanda, nempe ſumma ęquitas, & nō pauca indicia dictant,
hoc iuramentum non tam amarè eſſe interpretandum, vt voluerit ſe quodammodo
perpetuò obligari, vt ibi ſemper manerent. Ergo id dicendum non eſt.

Quintò & finaliter, poſito, q; præmiſſa eſſent vera, prout nulla in eis de iuramento
in contractum præſtito, mentio facta eſt: Iam inquirendum eſt, anne aliter
dicendum ſit propter iuramentum. Inueniuntur enim ſinguli ſocij conſenſiſſe
in eandem ſocietatem, cum promiſsionibus loco iuramenti manibus proprijs factis,
omne id firmum tenere & cuſtodire, vt ponitur in fine contractus. Item, Ambroſius
iunior & Ioſephus in eorū ſubſcriptionibus, eidem cōtractui factis, faſsi
ſunt oia & ſingula in cōcordijs & antapocha, ſe velle rata & firma habere & cuſtodire
fideliter, fide loco iuramenti interpoſita. Vnde talis cōfirmatio per fidē videtur
eſſe iuramentū. c. peruenit, de fideiuſſ. et ibi glo. fi. notat, idem eſſe venire con- 67.
tra fidem, ſicut contra iuramentum. per c. ad aures, q; me. cau. vt declarat Archid.
in c. 1. in ver. fide interpoſita, de ſepul. li. 6. vbi interpretans dixit; ꝓmiſsione facta
per Deum vel fidem, addens; Quòd licet iuramentū, & fidei interpoſitio diuerſa
videantur, ꝓ eodem tamen ponuntur, & q; æquè punitur quis in tranſgreſsione
vnius, ſicut alterius, iuribus per eum allegatis. Præterea æquè etiam videtur iuramentū
eſſe, promittere manibus proprijs loco iuramēti, vt habetur in fine dicti cōtractus,
præſertim vbi id conſuetudinis eſt, prout alibi ſufficit pro iuramento leuare
manum. Nam huiuſmodi conſuetudo eſt tenenda; ſecundum Bal. in c. item ſacram,
de pac. iura. fir.

Quibus præmiſsis, hoc generale dubiū diuidi poteſt in duo quęſita. Primum,

anne hic contractus ſocietatis per & propter iuramentum cõſirmetur? Secundum,
anne Ambroſio iuniori & Ioſepho in cauſa principali ꝓuideri poſſet per reſtitu-
tionẽ in integrũ, quã aliquando dicũt ſe petiiſſe, vt dicitur in inſtructione num. 3.

Quo ad primum, difficile eſt ſcribere, quia eſt intrare materiam, vis & effectus
68. iuramenti, vtrum iuramentum confirmet contractum cui adiicitur, ſiue nullus ſit,
& ex quauis cauſa procedat nullitas, ſiue validus ſit. Quæ materia habet ſe in iure
vt magnum mare & profundum, in quo graue & periculoſum eſt nauigare pro-
pter naufragii, id eſt, periurii periculum. Diuerſi enim diuerſimodè dixerunt. Imò
vnus & idem quãdoq; diuerſimodè ſentiit in pluribus paſsibus. vt per Iaſ. & doct.
in authen. ſacram. puberum. C. ſi aduer. ven. Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſ.
Iaſ. in l. frater à fratre, in vlt. col. in repetit. ibid. & latius in lectura, ff. de condi.
Vide Bal. Pau. & alios in l. fi. C. de non nu. pe. per quoſdam, in l. fi. ff. qui ſatiſd.
co. latè Alex. in conſ. 8. incip: Viſis & conſideratis his, in 4. col. C. aliis diuerſis.
Socy. in conſ. 77. incip: conſiliis noſtris, vel, aliâs incip: In præſenti conſultatio-
ne noſtra, ver. circa ſecundam, vbi clarè & pũctualiter ſcribit Panor. imò & alii, in
c. cùm cõtingat, de iureiuran. in c. quemadmodũ, c. de bitores, illo tit. & in c. quan-
uis, de pac. li. 6. latiſsimè do. Anto. de Petru. in ſua ſolenni repetitione, l. 1. ff. de
iureiuran. ſeu in tractatu de effectibus iuramẽti, vbi ponit 75. effectus iuramenti,
& præſertim in 4. effectu, vbi ponit 13. argumenta, pro vna parte, in quibus &
ſimilibus pluribus locis comperietur fuiſſe, in dicta, & ſimilibus materiis, diuerſas
opiniones ſcribentium. Quare periculoſum eſt aliquid poſitiuè aſſerere.

Vt tamen ſuccinctè quicquam dicamus, cùm quæritur de hac ſocietate cõtra-
cta, an firmetur iuramento. Hæc quæſtio inprimis non obtinet in ſocietate, quæ
fuit inter filios, & alios ab eorum parentibus: quia illa valet ſine omni iuramento,
vt ſuprà oſtenſum eſt.

Sed de ſocietate, quæ eſſet inter filios, & eorum reſpectiuè parentes, videtur
dicendum, quòd, quemadmodnm non valet ſocietas inter eos ſine iuramento, quia
non eſt capitale, vt ſuprà dictum eſt circa deciſionem ſecundæ quæſtionis, ita nec
valet cum iuramento, ſaltem vt ſocietas: quia nõ plus vel minus propter iuramen-
tum interuenit capitale, ſine quo non dicitur ſocietas, ſicut non valet emptio &
venditio ſine precio. §. 1. Inſti. de empt. & vend. vnde ſi apponeretur iuramentum
deſuper, & tamen non interueniret precium, nõ diceretur confirmari contractus,
ſaltem vt diceretur valere emptio & venditio.

Sed quæri poſſet, anne dictus contractus iuratus vt ſuprà validetur, vt nuda
conuentio ſeu potius vt donatio. Nam ſocietas facta cum aliquo, qui nullum im-
ponit capitale, & tamen lucrum recipere habet, non eſt ſocietas propriè dicta, ſed
69. videtur quædam ſocietas, donationis cauſa contracta: qualis ſocietas non eſt ſo-
cietas, ſed potius donatio. l. 5. §. fi. ff. pro ſoc. & ibi glo. fi. & tex. eſt ſimilis in l.
emp. C. de contract. empt. vbi de emptione facta ſine precio, & de emptione facta
donationis cauſa. Quare videtur, ꝙ valebit & cõfirmabitur vt donatio, ita vt pa-
ter videatur prima facie voluiſſe donare filio ipſam capitalem ſummã, quam ꝓ eo
impoſuit, & etiam lucrũ, quod exinde ꝓcedere potuiſſet. Poſito ſcilicet, ꝙ hic pa-
tres videantur iuraſſe, cuſtodire illã tacitam donationẽ, de quo videtur dubiũ, quia
ſolum iuratũ eſt ſuper ipſa ſocietate inita, nõ ſuper eo, ꝙ pater aliqd donaſſet filio.

Circa hanc igitur quæſtionẽ conſideranda ſunt duo, vnum eſt capitalis ſum-
ma impoſita, alterum eſt lucrum, quod exinde procedere potuiſſet.

Circa iſtud, vltimum ſcilicet, lucrum poteſt admitti, ꝙ dicti parentes videan-
tur voluiſſe illud donare eorũ reſpectiuè filiis, vt patet per ſubſcriptionẽ Ambro-
ſii ſenioris, in fine ſuæ ſubſcriptionis factæ dicto contractui, vbi vult id fieri ad cõ-
modum ſui filii.

Et in hoc lucro reſponderi poſſe videtur ad quæſtionem, Primò de iure ciuili,
quòd, quemadmodum huiuſmodi donatio facta inter patrem & filium non valet
ſine iuramento, ita nec cum iuramento validatur, in quantum ſcilicet deſuper di-
catur iuratum, Probatur, quia nullo iure ciuili id cauetur, ſcilicet, ꝙ actus, ipſo iure
nullus,

nullus, iuramẽto conſirmet. Non enim iure ff. vt ſatis in ſe certũ eſt, imò contrariũ
iure illo diſponit generaliter de omni pacto cõtra ius publicũ, id eſt, cõtra ius cõmu
ne inſto, vt ſcilicet nec iuſiurandũ appoſitũ valeat. l. iuriſgentiũ, §. pe. qui incip: &
generaliter, ff. de pactis. & ibi bona glo. & per l. ſi quis inquilinos, in fi. ff. de leg. 1.
Non etiam iure C. quo iure tantùm reperitur, quod fortificabat contractus vali-
dos. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & l. 1. C. ſi aduer. ven. Non autem contractus nul-
los, imò contrarium habetur ex l. non dubium, in fi. C. de ll. Non præterea iure au- 71.
tenticorũ: quòd licet auxerit vires & effectus iuramenti, vt ſcilicet in cõtractu mi-
norum, ſecundum vnam opinionem iuramentum excludat reſtitutionem in inte-
grum, ita vt non confirmet contractum, ſed quòd tantùm ſeruari debet, vel ſecun-
dum opinionem aliam, & quidem communem venditionem, etiam nullam confir-
met, vbi eſſet nulla propter defectum decreti, & curatoris, tamen in alijs caſibus
non intelligitur ius ciuile anterius correctum. Quare per ſufficientem inductionẽ
habemus, quòd de iure ciuili donatio facta per patrem filio in poteſtate, non con-
firmetur iuramento. Ita in caſu omnino ſimili deducit Socy. in conſ. ſuo 77. incip:
conſilijs noſtris, aliàs incip: in præſenti conſultatione, verſi. circa ſecundam dubi-
tationem, vbi loquitur de donatione facta inter virum & vxo. quam ſic oſtendit de
iure ciuili non confirmari per iuramentum, & omnes rationes in illa materia ſer-
uiunt in hac.

Secundò reſponderi poteſt, quòd de iure canonico tale iuramentum, ſi deſu-
per præſtitum ſit, debeat habere effectum. Nam communis opinio hoc habet, quòd 72.
valet donatio ſimplex, facta inter patrem & filium in poteſtate, cum iuramento eti-
am irreuocabiliter. De quo ſufficit pro nunc remittere ad Bal. in l. ſi. C. pro dona-
to. & ad eundem in repetit. l. 1. in 3. fol. ad finem. verſi. venio iam ad ſecundum &
dico per diſcurſum, & præſer. in verſi. ſed contra premiſſa opponitur. vbi loquitur
de pluribus huiuſmodi caſibus, exprimens ſimiliter donationem inter patrem &
filium in poteſtate iuramento valere. Adde Alex. de Imo. in conſ. ſuo 8. incip: vi-
ſis & conſideratis his, in 2. volum. ac Socy. in conſ. ſuo 91. incip: viſa & diligenter
ponderata. poſt medium. & ad Iaſ. in d. l. frater à fratre, circa finem ſuę lecturæ ibi-
dem, qui omnes teſtantur eſſe communem opinionem. Et quòd id intelligant de
iure Canonico tantùm procedere, exprimit Bal. in d. repetit. d. l. 1. in paſſu præal-
le. & Socy. in d. ſuo conſ. 77. dicens in ſimili, fruſtratorium eſſe, allegare iura ciui-
lia ad oſtendendum, quòd contractus nullus, vel contra legem factus, firmetur iu-
ramento, quia (inquit) illis iuribus, non erat diſpoſitum, niſi in caſu auten. ſacra-
menta puberum. Sed fuit vera prouiſio iuris canonici: quod etiam eſt attendendũ:
nec debet attendi ius ciuile, cùm iuramentum non ſit de foro ſæculari, niſi vt man-
detur executioni. C. ſi. de ſo. commu. li. 6. Prouiſio nempe iuris canonici diſpoſuit, 73.
iuramentum quoduis eſſe ſeruandum quatuor interuentionibus, ſcilicet, quòd ſer-
uari poſsit ſine interitu ſalutis, quodq; nõ ſit contra publicam vtilitatem principa-
liter, quòd non tendat in alterius præiudicium, & quòd non ſit contra bonos mo-
res naturales. Ita pulcherrimè declarat Socy. in d. ſuo conſ. 77. in paſſu præallega-
to. Sed in donatione facta inter patrẽ & filiũ, hæc quatuor concurrunt. Ergo, &c.

Verùm in propoſito præmiſſa de lucro ſeu quæſtu faciendo ex dicto capitali,
de quo hic loquimur, parùm conducunt; quia hic conſtat nullum ſuperfuturum lu-
crum ex capitali.

Quoad aliud autem, ſcilicet, quo ad ipſum capitale, impoſitum per patres
prædictos, pro eorum reſpectiuè filijs, videtur dicendum: quòd quia non poteſt
dici, dictos patres donaſſe capitales ſummas eorum filijs, donatione vera & ſim-
plici, ſed illa verè conſuluiſſe eiſdem in peculium profecticium, vt ſuprà clarè de-
ductum eſt, non poteſt etiam dici iuramentum (etiamſi deſuper interueniſſet) con
firmare aliquam donationem, cùm iuramentum non ſit præſtitum ſuper donatio-
ne, ſed ſuper conceſsione peculij. Iuramentum enim ſic intelligi debet, ſecundum
naturam contractus.

Et idem, quod ſupradictum eſt, ſcilicet, quòd in capitali non ſit donatio, ſed 74.

 conceſsio

conceſsio in peculium,patet;quia non fuerunt intentionis patres ſimpliciter do-
nandi illud,ſed tantùm de pòſt matrimonio per filios contracto,illud dandi in do-
tem,ſeu propter nuptias donationem, vt clarè conſtat ex ſubſcriptionibus. Vnde
manifeſtè conſtat,ante eorum matrimonium fuiſſe tantùm veram peculij cõceſsio-
nem:& adueniente matrimonio donationem:non ſimplicem,ſed propter cauſam.

Præterea,nimirum ſi dicamus videri ſocietatẽ,donationis cauſa factam , quo
ad quæſtum,qui fieri poſſet ex capitali,& non quo ad ipſum capitale ; quia in du-
75. bio cenſetur tantùm ſocietas contracta in ipſo lucro, ſeu quæſtu.l. coiri, ff. pro ſo-
cio.& vult Socy. in conſ.ſuo 24.incip: viſis ac diligenter & maturè inſpectis. in
13.col.verſ.quintò principaliter.Ex qbus omnibus patet,hîc videri impertinens,
quo ad capitale quærere, an donatio facta per patrem filiofa. confirmetur iura-
mento,quia donatio non eſt.

Concluditur ergo,quòd de iure canonico tantùm poteſt cõfirmari hæc ſocie-
tas,vt valeat tanquam quædam donatio ipſius quæſtus, qui ex capitali prouenire
potuiſſet,qui iam nullus eſt : non autem vt valeat,quo ad capitale,quod verè dun-
taxat conceſſum eſt peculium profecticium.

Cum his ſtat,quòd quoad tempus poſt matrimonium,per filios contractum,
valeat ſocietas inter omnes,etiam ſine aliquo iuramento : quia tunc capitale tran-
ſit in dominium filiorum,ſeu earũ vxorum,& dicti filij poſt matrimonium reman-
ſerunt in eadẽ ſocietate.ergo,&c.Ar.d.l.ſi id quod,§.ſi filiusfa.ff.pro ſocio.de quo
ſatis ſuprà dictum eſt.

Alterum quæſitum fuit, An ne dictis Ambroſio iuniori & Ioſepho conſuli
poſsit per integrum reſtitutionem. Aduerte, quia hoc quæſitum non procedit in ca
ſibus,in quibus ſocietas ſeu donatio non valeret,quia quod nullum eſt,non poteſt
reſcindi.l.nam etſi ſub conditione.& ibi glo.ff.de iniuſt. rup. & irri. teſta. ſed pro-
cedit in caſibus,in quibus valeret ſocietas , ſeu donatio.

Et breuiter,pro clariori deciſione caſus præſentis,in quo interuenit iuramen-
tum vt ſuprà,inueſtigandum eſt,an hic mereatur beneficium reſtitutionis in integ.
ſi nullum eſſet præſtitum iuramentum.

76. Videtur quòd non: quia licet tempòre initæ ſocietatis erant minores 25. an-
nis,non tamen videntur in aliquo fuiſſe læſi.Non enim in hoc, quòd minores fue-
runt:quia illi poſſunt ſocietatem inire,vt præſupponit tex.in l.ſed etſi pupil.§. ſed
etſi minor 25. annis,ff.de inſtito.Non etiam in modo cõtrahendi ſocietatem : qui-
libet enim impoſuit pecuniam capitalem ad exinde mercandum, ſaltem conſide-
rando contractum inter hos filios & ſocios alios à parentibus,&c. & ſic non deeſt
capitale, licet fuerit profecticium,ex quo potuit ſic contrahere, ſcilicet cum alijs à
parentibus:Item ſimiliter conuentum eſt de damno & lucro ſecundum ratam ipſi-
us capitalis,vt patet in contractu , quod etiam ineſt ex natura contractus ſocieta-
tis,vbi ſcilicet capitale eſt inæquale,quòd etiam lucrum & damnũ ſit inæquale,vt
præſupponitur Inſti.de ſocietate,poſt princ. ff. pro ſoc. Nec enim refert , quotam
quiſq; partem in ſocietate habeat,iuribus præall. & l. nec quicquam, ff. de exerci.
77. Non videntur etiam læſi in hoc,quòd tenerentur ad pecunias,ad cenſum ſumptas,
per eorum ſocios:quia de receptis,per quoſcunq; eorum ſocios , ſiue parentes,ſiue
alios,ante annum 24.non tenentur,nec etiam de receptis per eorum reſpectiuè pa
rentes,etiam poſt annum 24. ante matrimonium per eos contractum, vt hæc dicta
ſunt circa deciſionem 3.quæſtionis.Et licet teneantur de receptis per alios à paren
tibus poſt annum 24. Secundum quod circa eandem tertiam quæſtionem dictum
eſt,hoc fuit ex eorum inſtitutione mutua,facta per ſingulos ad negotiandum,& ſic
huiuſmodi pecunias ad cenſum recipiendum. Nec in hoc videntur læſi , quia hoc
factum fuit pro ratione ſeu vtilitate & neceſsitate ipſius ſocietatis,vt dicitur in cõ-
tractu. Et in dubio videtur præſumi , quòd ceſsit in vtilitatem ſocietatis. Quod ſi
res poſtea caſu ſiniſtrè cum ſocietate proceſsiſſet, nihil eſt , quod imputetur ſocijs,
aut etiam creditoribus,qui cum eis contraxerunt.l.rerum,§.ſciendum, in princ. ff.
de mino.cum ſimil.

Quòd

Quòd ſi ſocij,recipientes pecuniam ad cenſum,fuerunt in culpa vel nimis ca- 78.
piēdo,vel quid illicitè faciendo,propter quod ſocietas paſſa eſt,agere poſſent tan-
tùm contra ſocios,& damnum recuperare,ſi ſoluendo ſint.l.ſed ſi ex cau. §.1. cum
ll.ſequentibus,ff.pro ſoc.Quòd ſi ſocij ſoluendo non ſint, non debent id velle cō-
penſare contra creditores. Videtur ergo,quòd non fuerint læſi.

Contrarium tamen,ſepoſito iuramento,videtur hîc veriùs,præſuppoſitis his,
quæ in inſtructione inueniuntur.Præſupponitur enim,ꝙ ne dum nunc ex pòſt fa-
cto,ſed etiam in anno 24. & ante illum,ſocietas,quæ antè erat,ſeu illi,qui antea ſo
cij erant,multùm grauabantur ære alieno,& multas ámodo tunc acceperāt ad cen-
ſum pecunias,ita vt extunc veritate attenta, quæ ignorabatur, vel erant non ſol-
uendo,vel ſaltem non paulatim magis magiſq; tendebant ad inopiam, vt patet in
inſtructione num.6.vbi dicitur,quòd ex tunc tendebat ad interitum.

Quæ quidem omnia,ſi diligens & prouidens paterfa.ſciuiſſet, licet non tene-
retur pro debitis antè contractis,tamen non libenter contraxiſſet de nouo ſocieta-
tem cum eis:& præſertim non facile clauſulam appoſuiſſet, quòd quilibet poſſet
de per ſe contrahere,negociari,capere pecuniam ad cenſum,&c. aut quòd quilibet
de ꝑ ſe ſolùm in qualibet mercantia, & in ꝗlibet loco,vt ſuprà,negociari potuiſſet,
ꝗa cogitaſſet,& cogitare debuiſſet, facile hoc euenire poſſe, vt hæc de ſe certa ſunt.
Quòd ſi talia facile contingere poſſe homo maior 25.annis non proſpexiſſet, ſibi
imputare deberet.vt conſtat ex l.ſi vt certo,§.ſed interdum. & l.in rebus,§.1.ff.cō-
mod. & l. ſi quis domum, §. pe. ff. loca. & ideò non reſtitueretur, vt clarum eſt.
In minore autem 25.annis hæc ſecùs ſe habent.Quia licet,ſi tempore initæ ſocieta-
tis ſocij minorum fuiſſent benè ſoluendo,& nō tendiſſent ad inopiam, nec fuiſſent
cauilloſi,aut perfidi,nō deberet minor reſtitui,ex eo,ꝙ poſtea caſu vel fato ſocieta- 79.
tis pateretur,vel ex eo,quòd ſocij poſtea non ſatis fideliter in ſocietate ſe gererent:
quæ quidem nec prouidentiſsimus paterfam.potuiſſet præuidere: ſed ſic ſocieta-
tem imò contraxiſſet. d.l.verum,§.ſciendum, cum verſi. Seius, vſq; verſi.ſed hæc
res.cùm dicat ibi tex.&quod fato contingit cuiuis patrifa.quamuis diligentiſsimo
poſſet contingere. Tamen vbi ea, quæ dicta ſunt, ſubſiſtebant tempore ſocietatis
contractæ per minores,ita vt veriſimiliter potuiſſent per diligentē patremfa. præ-
uideri,& per minorem minimè ſui facilitate præuiſa ſunt,minor mereretur benefi-
cium reſtitutionis in integ.per tex.in d.§. ſciendum,ver. ſed hæc res. vbi inter alia
hæc ſunt verba: Æs autem alienum graue,quod non proſpexit poſſe euenire,ſcili-
cet,ſui facilitate,patet in alijs verbis,ibi,in ver. præced.poſitis, cùm dicitur: Nec
enim euentus damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas.Quòd autem
hæc benè probentur,in d.ver.ſed hæc res,patet:quia ibi erat delata hæreditas mi-
nori 25. annis,in qua erant multæ res mortales, vel multa ædificia ruinoſa, vel
grande æs alienum, & de pòſt contingit mors,vel ruina, vel concurſus creditorū.
dicit ibi, quòd ſi inconſultè hæreditatem adijt,& non ſatis proſpexit,id potuiſſe e-
uenire,quod reſtituitur.Secùs fuiſſet,ſi tempore aditionis hæreditatis ſimile peri-
culum non ſubfuiſſet,ſed poſtea in hæreditate damnum contigiſſet caſu ſeu fato,vt
quia prædia chaſmate perijſſent, vt ibi. Pariformiter ergo hîc dicendum eſt, quòd
periculum hic à principio imminebat,contrahere cum his ſocijs: & ergo cùm non
proſpexerint,ſed ſui facilitate contraxerunt,reſtitui deberent. Et hæc notat Bal.in
d.§.videndum,verſi.quòd minor reſtituitur, quando non proſpexit futura, quæ
poterant prouideri.& ſic non obſtant ea,quæ ſuprà ad contrariam partem allega-
bantur.Non enim ex cauſis ibi recitatis læſi fuerunt,& reſtitui debent, ſed ex cau-
ſis iam in deciſione declaratis.

Non obſtat,quòd dicātur ſocietatem in maiori ætate approbaſſe: quia ſolùm 80.
approbauerunt per quandam conſequentiam ex ſocietate, in minori ætate facta,
manente ſcilicet captione, quòd non nocet minori. tex. cum glo. in l. 3. §.ſcio,
ff. de mino. & glo. in d.l. ſi. C. ſi maior. fac. ra. hab. Imò quod plus eſt, fue-
runt ignorantes ea,quæ periculum cauſabant,vt dicitur in inſtructione per diſcur-
ſum:

ſum: & ergo non obeſt talis ſequens approbatio, vt vult glo. in d. l. 1. C. ſi maior.
ſac. iuribus in ea allegatis.
Secundò circa hanc materiam ſubiectam, in qua interuenit iuramentum, vi-
dendum eſt, an haberet locum reſtitutio in integrum, non obſtante iuramento.
Et breuiter, licet ſecũdum opinionem, quam poſt Rapha. Cuma. Chriſtoph.
81. Por. & Chriſtoph. de Caſtel. tenuit Iaſon in auten. ſacram. puber. ſecundũ quã iu-
ramentum non validaret contractum, nec excluderet reſtitutionem in integrũ, ſal-
tem poſt completum contractum, videretur poſſe dici, quòd ſic: ſolutione tamẽ pri-
ùs facta, vt ipſe declarat ibidẽ in 2. col. ver. inuenio vltra mõtanos. & in 9. col. vbi
narratis opinionibus Bul. & Mart. recitat ſuam, in ver. ſed ego legendo. Tamẽ ſe-
cundum opinionem Mart. qua vult authenticam obtinere ita bene in contractu
minorum nullo, ſicut in contractu valido, & quòd iuramentum operẽtur duos ef-
fectus, ſcilicet, validationis contractus, & excluſionis beneficij in integrum reſtitu-
tionis: quam communem opinionem communiter omnes ibi tenent. & Canoniſtæ
in c. cùm contingat, de iureiuran. & in c. quanuis, de pac. li. 6. per tex. ibi. Videren-
tur dicti Ambroſius iunior & Ioſephus non debere reſtitui, aduerſus dictum con-
tractum ſocietatis, & pacta inibi contenta: quæ omnia & ſingula ipſi iuramẽto ha-
bere verè rata & grata, ac cuſtodire, quod perinde eſt, ac ſi iurarent nõ contraueni-
re, ſecundum Bal. in eadem auten. circa fi. & Iaſ. ibid. in 7. col. ver. in tex. ibi nõ re-
tractandi. Et certè licet Iaſon putet ibi ſuã opinionem eſſe veriorem, tamen dicit,
quòd eſſet durum recedere à cõmuni opinione, imò aſſerit, non eſſe ab ea receden-
dum in conſulendo & iudicando.
Obſtat tamen his prima facie, quò ad hoc, vt obtineat locum diſpoſitio di-
82. ctæ auten. requiritur, quòd minor iure tactis ſacroſanctis ſcripturis. per l. 1. ibidẽ,
& volunt vnanimiter omnes, ita auten. debere intelligi, vt ibi patet. Quod hic non
fecerunt dicti Ambroſius iunior & Ioſephus. Sed timendum eſt, ꝙ id in practica
nõ obſeruaretur. Hinc dixit Archid. in c. 1. de ſepul. li. 6. ſuper verbo, fide interpo-
ſita, Quòd nulla eſt differentia, ſiue iuretur ad ſancta Dei Euangelia, ſiue promit-
83. tendo fide ſua. per not. in c. & ſi Chriſtus, de iureiuran. Ideo etiam dicit Iaſon, quòd
id, quod ibi dicitur de tangendo ſcripturas, non ſeruatur hodie. vt ibi in 4. col. ver.
in tex. ibi, ſacram. Sentit idem Bal. in c. item ſacram. in tit. de pace iuram. fir. dicẽs,
ſeruandam eſſe conſuetudinem. & Aluero ibi vult, ꝙ ſi quis iurando tangat lignũ
vel lapidem, & intendat iurare, æquè obligatur. Hinc videmus hodie, minores co-
ram notarijs tantùm iurare verbo. Cogita tamen an aliquid faceret, ſi doloſe fuiſ-
ſent inducti ad ſe aſſociandum, & hoc per parentes ſociòs.
Pro informatione tamen videretur, ꝙ non obſtaret iuramentũ, per eos pręſti-
tum, quo iurarunt, contractũ ratũ habere & cuſtodire. Quia ſic poteſt dici, primò,
84. quòd illud iuramẽtum fuit ab eis doloſe exactũ, vt ſcilicet nexu ſocietatis ligarent̃,
ſubticito ære alieno, vt ſuprà dictum eſt, & ergo nõ ligat, ſed eſt nullũ, per glo. ord.
ſi. in l. 1. C. ſi aduer. ven. & ibi not. Bal. & Pau. de Caſ. Idẽ Bal. in c. 1. §. itẽ ſacram.
de pace iur. fir. Notat Io. de Imo. in c. cùm cõtingat, de iureiuran. Demum Iaſ. in d.
auten. ſacram. in 7. col. ver. nota ex ſecunda parte. Et hoc ideò, quia deceptus non
cõſentit, & ſic deficit vnũ de ſubſtantialibus. pro hoc glo. in auten. ꝙ eis. C. de nup.
Idẽ vult Iaſon in d. auten. 15. col. ver. vltra tres limitationes. Bar. limit. 4. Et eadẽ
85. ratione nõ valet iuramentũ interpoſitũ ſuper cõtractu ſimulato, vt eſt glo. in l. em-
ption. C. plus val. q̃d agi. & voluit Anto. de But. in d. c. cùm cõtingat, in 4. memb.
ſi qs facit contractũ, deinde iurat ſimpliciter, ꝙ ſemp intelligit̃ tacita cõditio, niſi do
lus adſit, q ſemp intelligit̃ excluſus, iurib. ꝑ eũ ibi. & per Iaſ. auten. in 11. col. alleg.
Dolus aũt hic poterit. C. iuxta l. dolũ (de dolo) ꝓbari per indicia, ex eo ſcili-
cet, ꝙ ſubticuerunt ſocietatẽ onerari tam grandi ære alieno. Et qa nunq̃ hanc pecu-
niæ receptionẽ ad cenſum alij ſocij manifeſtârũt Ambroſio iuniori & Ioſepho, &
86. per alia plura in inſtructione contenta. Itẽ quia per hæc multùm & enormiter fue-
runt læſi, ratione cuius pręſumitur dolus. vt vult Bal. in d. c. 1. §. item ſacram.
Cogita præterea, an (ſi eſſent dicti Ioſephus & Ambroſius iunior, in contra-
ctu ſocietatis vltra dimidiam decepti per eorum ſocios) iuramentum aliquid ope-
raretur,

raretur, quin poſſent petere prouideri per remedium. l. 2. §. de reſcind. vend. Videtur enim quòd non obſtante iuramento debeat eis prouideri, iuxta illam l. 2. prout communis opinio eſt in d. authen. ſacra. 14.

Ita in præmiſsis videtur Collegio facultatum vtriuſq; iuris almæ vniuerſitatis ſtudij Louanienſis diſtinguendum, decidendum & concludendum, ſaluo meliori iudicio; cui Deus adſit; ſigillo eiuſdem Collegij, his appenſo, teſte.

SVMMARIA.

In mutuo quicquid ſorti accedit vſura eſt. 1

Societas rerum inhoneſtarum nulla eſt. 2

Negotiatio regulariter non eſt illicita, nec mala. 3

Societatis contractus omni iure permiſſus. 4

Quæ vnumquenq; contractum concernunt triplicia ſunt, ſubſtantialia, naturalia & accidentalia. 5

Mutui ſubſtantialia, naturalia & accidentalia quæ. (6.7.8

Mutui definitio ſecundum Iuriſtas & Theologos. (9.10

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione validum in iure. 11.111

Quando pecunia datur vtenda ad nutum depoſitarij, tunc depoſitum conuertitur in mutuum, idem in locatione. 12.13

Commodari poteſt pecunia ad pompam & oſtentationem. 14

Commodatum eſt gratuitum. 15

Precarium conceditur etiam in mobilibus. 16

Vbi conuentio tranſit in ſpecificam formam contractus nominati, tunc nō cenſetur innominatus contractus. 17

Socius tenetur de leui culpa, etiam tacitè. 18

In ſocietate partes lucri & damni debent eſſe æquales. 19.112

Pactū inter ſocios, quòd alteri debeatur certa quantitas, non quotta lucri, transformat ſocietatem in mutuum vſurarium. 20

In ſocietate debet vtrunq; tam capitale quàm lucrum fortunæ & periculo ſubijci. 21.113

Societas propter diſparitatem lucri & damni ſine rationabili cauſa dicitur contractus vſurarius. 22 (114.115

A contractibus in dubio habentibus ſpeciem boni & mali propter ſcandalum abſtinendū eſt. 23.120

Contractus aperiens ianuam vſurarijs non eſt ſuſtinendus. 24

Diſpoſitio dans occaſionem delinquendi eſt inualida. 25

Societatis definitio. 26.& 38

Societatis eſſentialia ſiue ſubſtantialia. 27.28

Contractus, vbi non apparet de mente contrahentiū, talis iudicatur qualis nominatur. 29.123

Res deſtinata ad vnum vſum non debet conuerti in alium. 30

In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. 31

Mercator accipiens pecuniam ſimpliciter, intelligitur accipere ad negociandum, ſicut miles ad cauſas caſtrenſes. 32

Par eſt virtus taciti & expreſſi. 33

Quando partes in conſignando paciſcūtur de lucro, per hoc intelligitur contracta ſocietas. 34

In ſocietate dominium non transfertur abdicatiuè, ſed communicatiuè. 35

In pecunia non poteſt ſeparari vſus à proprietate ſeu dominio, quia vſus eſt conſumptio. 36

Intereſſurum pecuniæ in ſocium transfertur. 37

Societatis naturalia quæ. 38

Naturalia ſocietatis vel cuiuſuis contractus poſſunt pacto mutari, alterari, vel tolli manen[illegible] eſſentia contractus. 39.& 51

Naturalia contractus veniunt etiamſi nihil de his conuentum eſt, ſi modò in contrarium non conuenerit. 40

Euictio non eſt de ſubſtantia emptionis. 41

Emptor, remittens venditori ne teneatur de euictione, ſimilis eſt ementi fortunam vel iactum retis. 42

In ſocietate admittuntur inæquales partes lucri & damni. 43.53

In ſocietate valet pactum certæ quantitatis vni ſociorum dandæ. 44.72

Pactum, quo mulier conſignans dotem ſuam mercatori, paciſcitur eam periculo illius eſſe, valet. 45

Pactum in ſocietate, quod periculum capitalis ſpect[illegible] ad recipientem valet. 4[illegible]

Intellectus c. per veſtras. de dona. int. vir. & vxo. (47

Pactum, vt qui de leui tantū culpa tenebatur præſtet omne periculum, valet. 48

Pactum contra ſubſtantialia contractus inualidum eſt, ſed contra naturalia valet. 49.& 51

Præcarium quid. 50

Contractus celebrantur purè in ſua forma, & impurè per pacta conuenta adiecta. 52

Omnis contractus continens inæqualitatem contra iuſtitiam commutatiuam eſt iniquus & illicitus, niſi fiat congrua & ſufficiens recompenſatio. (53.54.69.

Recompenſatio quomodo moderanda. 54 55 56

Conſuetudo qua multi & præſertim honeſti vtuntur facit contractum minus ſuſpectum. 57.78

Aequalitas

Aequalitas iuſtitiæ commutatiuæ non conſiſtit in puncto indiuiſibili, nec ad viuum reſecatur. 58
Circumſtantiæ variant iudicium, & non ſunt ſubiectæ regulis. 59
Opera mercatoris quomodo ad æſtimationem redigenda. 60. & 61
Lucri certi & incerti collatio. 62
Mercatores ſuis commodis etiam cum fraude aliorũ inhiare. 63
Ius ad ea applicandum, quæ frequenter & de facili eueniunt. 64. 70
Periculum æſtimatur ſecundum cõmuniter accidentia. 65
Pactum ſaluationis capitalis ob decoctiones frequentes paciſcenti inutile eſt, & mera palliatio. 66. (69. 71
Mercatorum & decoctorum fraudes. 67. 69.
Debitor aufugiens portat cum fœnore ſortem. 68
Pactum certæ quantitatis valet ratione incertitudinis & periculi decoctionis. 72
Certitudo lucri non eſt de genere prohibitorum. 73
Certum melius eſt incerto, cæteris paribus. 74
Spes lucri rectè vendi poteſt, & pactum lucri certi pro incerto inſtar venditionis eſt. 75
Vendere quilibet iuſtè poteſt induſtriam ſuam. 76
Contractus, mixtus ex duobus licitis ex genere, etiam eſt licitus. 77
Vbi pactum alicui contractui contra naturam illius contractus adijcitur, quomodo interpretatio fieri debet. 78
Contractus ſocietatis regulariter ex arbitrio bonorũ virorum. 80
Perito cuiq; in arte ſua credendum. 81
Pactum quod conſignans pecuniam non ſentiat periculum multis autoritatibus firmatur. 82
Arg. de parte ad totum validum in iure. 83
In ſolo mutui contractu interuenire vſuram. 84
In conſtitutionibus poſitiuis tolerantia ſuperiorum & conſuetudo patriæ faciunt ceſſare legem poſitiuam. 85
Quod eſt explicitè contra determinationem Eccleſiæ, eſt implicitè contra legem diuinam. 86
[illegible]bis quæ expreſſa lege diuina prohibita non ſunt, licitum eſt cuilibet, ex varijs quæ deſuper extant doctorum opinionibus vnam eligere & ſequi. (87. 88
In ſententia aliqua, nõ habente canonicã & ſufficientẽ determinationem, licitum eſt vnam aliquam opinionẽ pro modo gratiæ, quam quis habet ſequi, ſine peccato. 89. 90
Quatenus quis cenſeatur facere quod in ipſo eſt. 91
In dubijs opinionibus humanior & æquior præferenda eſt. 92
In dubijs electio vnius opinionis nõ generat veritati præiudicium. 93
Actus indifferens ſemper interpretandus eſt in meliorem partem. 94
Nemo præſumitur immemor ſalutis propriæ. 95
In dubijs ſemper veroſimilius attenditur. 96
Mala ſuſpicio potius abijcienda quàm acceptanda eſt. 97
Contractus in dubio potius præſumitur licitus quàm vſurarius 98. 122
Contractus incertus iudicatur ſecũdum regulas eius contractus cui plus aſſimilatur. 100. 121
In foro conſcientiæ quilibet præſumitur bonus, donec conſtet de malo. 101
Quod dicitur, in dubio tutiorem viam eligendam, conſilij eſſe non præcepti. 102
Intellectus dicti, qui amat periculum peribit in eo. (103
Auguſt. dictum, Tene certum et dimitte incertum. (104
Contractus vſurarius in genere poteſt ex ſuo genere transferri in opus pietatis. 105
In contractibus obſeruandum eſt illud, Noli eſſe iuſtus nimium. 106. 127
In moralibus via regia ambulandum eſt, & ne quid nimis obſeruandum. 107. 132
Æquitas præpõderare debet rigori, & quid ſit æquitas. 108
Contractus diuerſos ſæpe in naturalibus & eſſentialibus communicare. 109. 110
Sola praua voluntas facit contractum vſurarium. (116
Contractus per ſe licitus per prauam intentionem fit illicitus. 117
Res perit ſuo domino, niſi alius in ſe periculum receperit. 118. 119
Intellectus dicti, Ab omni ſpecie mali abſtinete. (124
Scandalum & ſcandalizare quid. 125
Scandalum nequiter acceptum non eſt curandum. (126
Emptio redituum cum pacto de retrouendendo licitus eſt contractus. 128
Pupillus poteſt licitè accipere quinq; de centum à tutore ſuo mercatore, licet periculum capitalis ad ipſum tutorem ſpectet. 129
Pro pecunia mutuata poteſt licitè aliquid recipi loco intereſſe aut pœnæ nomine. 130. 131
Auguſt. dicit, quòd nullus Chriſtianus deberet eſſe mercator propter periuria & mendacia. 133
Multa fieri prohibentur quæ facta tenent. 134
Meretrix non tenetur acceptum, quamuis turpiter & cum peccato mortali, reſtituere. 135
Mercatores conſecutum auiditate lucri & cum peccato, dummodo ſine fraude, non tenentur reſtituere. 137
Aleatores non tenentur lucra reſtituere. 137
Vadiatio eſt illicita, quamuis lucra reſtituenda non ſunt. 138
Simonia mentalis eſt peccatum mortale, tamen ex ea quæſita non reſtituuntur. 139
Tolerantiam Papæ roborare multos contractus in ſpeciem illicitos. 140
Tolerantia ſuperioris & conſuetudo patriæ faciunt ceſſare legem poſitiuam. 141

CONSI-

CONSILIVM VIII.

IN nomine Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri, Amen. Caſus ta-
lis eſt. Titius habens pecuniam numeratam, & non valens ad ſtatim emere cen-
ſum annuum, vel redditus annuos, ſeu immobilia bona ſibi conuenientia, neq; ſci-
ens negociari: ne tamen de pecunia numerata viuendo tandem ad egeſtatem de-
ueniat, tanquam bonus paterfamilias benè rebus ſuis proſpiciens, huiuſmodi pe-
cuniam conſignauit Sempronio mercatori ad negocia ſua, vt cum ea negocietur, &
pro parte ſui lucri ſibi det ſingulis annis quinq; de centum: reliquum verò lucri ſit
ipſius Sempronij mercatoris pro operis ſuis, & pro ſuſceptione periculi capi-
talis. &c.

Quæritur modò, vtrum iſte contractus ſit licitus, ita, quòd Titius, & ſui hæ-
redes poſsint tale lucrum de pecunia conſignata Sempronio retinere recta conſci-
entia ſalua.

Tota difficultas iſtius quæſtionis ſtabit in hoc, qualis ſit iſte contractus, an
mutui vel ſocietatis, vel alius contractus licitus? Quia ſi eſt mutuum: tunc clarum
eſt, Quicquid accedit ſorti, eſt vſura, quocunq; etiam nomine appelles. c. plerique 1.
refugientes. 14. q. 3. & tota illa quæſtio. Vnde mutuum date, nihil inde ſperan-
tes, Lucæ 6.

Si verò eſt contractus ſocietatis: tunc iterum clarum eſt, quod eſt contractus lici-
tus, & lucrum inde proueniens poteſt retineri recta conſcientia ſalua; modò ne-
gociatio illa, in qua contrahitur ſocietas, ſit licita: quia rerum inhoneſtarum nul-
la ſocietas eſt, l. nec prætermittendum, ff. pro ſocio. & delictorum turpis atq; fœda 2.
communio eſt, l. quod autem, eo. ti.

Vnde de ſe regulariter negociatio non eſt illicita, neq; mala: & maximè illa, 3.
quæ eſt vtilis Reip. De qua latius per S. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 77. arti. 4. Alex.
de Hales in 3. parte Summæ, trac. de iudi. & communiter Theo. in 4. per Cano.
in Rub. & c. 1. ne cleri. vel mona. ſecu. in c. ſi quis clericus, 14. q. 4. & in c. ſi, de vſu-
ris, cum concor.

Et ſicut vnus poteſt negociari: ita plures ſimul contrahendo ſocietatem, &
communicando lucra. to. ti. ff. & C. pro ſocio. c. per veſtras, de dona. inter vi. &
vx. Et iſta communicatio dicitur contractus ſocietatis: Eſt ſocietas, quæ eſt omni
iure permiſſa: vt per Doct. in locis ſuprà allegatis. & S. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 4.
78. articulo 2. Alex. de Hales in 3. parte Summæ, in 66. quæſtione, in primo mem-
bro. & per excellentem Theologiæ Doctorem Dominum Conradum Summer-
hard. ordinariè legentem in Studio Thubingenſi, in eleganti & copioſo ſuo tracta-
tu de contractibus. q. 93. & q. 94.

Sed quid horum ſit, hoc opus hic labor eſt. Quòd autem ſit mutuum, & non
ſocietas, vel alius contractus licitus, & per conſequens lucrum inde obueniens,
vſurarium, & reſtituendum probatur.

Primò: quia ea, quæ concernunt aliquem contractum, ſunt triplicia, ſcilicet:
ſubſtantialia ſeu eſſentialia, naturalia, & accidentalia ipſius contractus. De quo 5.
per Legiſtas in l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emp. in l. Iuris gentiū. §. quin-
imo. vbi pulchrè per Bal. qui ſub hoc §. legit, l. pacta cōuenta, ff. de pactis, per eun-
dem Bal. in l. 1. commod. in l. in exactionem. C. de dotis promiſſione. Per Mo-
dern. in l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. per Doct. Summerhar. in allegato tract. de
contractibus. q. 79. ſecunda ſuppoſitione. & q. 83. &. q. 89.

Sed in cauſa thematis concurrunt ſubſtantialia, ſiue eſſentialia, naturalia, &
accidentalia mutui. Ergò eſt mutuum. Quod probatur: Quia ſubſtantialia ſeu
eſſentialia mutui, quæ faciunt mutuum eſſe vel non eſſe, ſunt translatio dominij; 6.
& reſtitutio in eodem genere. l. 2. ff. ſi cert. pet. Dicitur enim mutuum, quod
de meo ſit tuum. d. l. 2. §. appellata. Vnde vbi non ſit de meo tuum, & vbi non
transfertur dominium, non eſt mutuum. d. §. appellata. Poteſt ergò mutuatarius

vti re mutuata ad libitum voluntatis ſuæ, tanquam re ſua: quoniam in re ſua quiſ-
bet eſt moderator & arbiter, vulgata l. in re mandata. C. mandati: etiam abuten-
do l. ſed ſi lege, §. conſuluit, cum ibi notatis. ff. de petitione hæreditatis. Item,
vbi non redditur idem in genere, ſed in ſpecie, ibi non eſt mutuum, ſed alius con-
tractus. d. l. 2. Sed in caſu thematis Titius transfert dominium in Sempronium:
quia Sempronius poteſt pecunia ſibi conſignata vti ad emendũ quodcunq; vult,
tanquam re ſua. Præterea debet reddere idem in genere, & non in ſpecie. Quomo-
do enim poſſet de pecunia emere merces, ſi teneretur reddere in ſpecie? & ſic ſub-
ſtantialia mutui interueniunt in caſu thematis. Interueniũt etiam naturalia mutui,
quæ tacitè inſunt mutuo de ſui natura: etiam ſi non exprimatur, puta, vt æquè bo-
7. num reddatur, l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. Item, quòd periculum interitus
ſpectet ad mutuatarium. l. incendium. C. ſi certum petatur. Sed Sempronius te-
netur reddere æquè bonam pecuniam Titio, ſicut ſibi conſignata eſt, & periculum
interitus ſpectat ad Sempronium: quia ita pacti ſunt, vt periculum pecuniæ con-
ſignatæ ſit ipſius Sempronij. Ideò naturalia mutui etiam interueniunt in hoc the-
mate.

8. De accidentalibus verò mutui non eſt magna vis, ſi in caſu thematis interue-
niant, vel non. Et accidentalia contractus ſunt, quæ extra contractum poſſunt ad-
eſſe vel abeſſe, & ex ſolo pacto contrahentium accedunt contractui, puta, tempus
& locus ſolutionis, & huiuſmodi, quæ etiam interueniunt in themate: quia poni-
tur tempus reſtitutionis pecuniæ conſignatæ.

Præterea & ſecundò: iſte contractus conuenit definitioni mutui: quia mutuũ
(ſecund. Bar. in d. l. 2. §. fi. in fi. cuius definitio videt̃ magis approbata: de quo per
9. Doct. in d. l. 2. in principio) eſt contractus celebratus datione vera vel ficta, conſi-
ſtentis in pondere, numero, vel menſura, cum ſpe recipiendi tantundem in genere
ſuo. Sed in cõtractu thematis eſt facta datio vera rei cõſiſtentis in numero, cum ſpe
recipiendi tantundem in genere ſuo. Ergò, &c.

10. Secundum verò Theologos mutuum eſt actus vel contractus, quo quis pecu-
niam vel ſpeciem, id eſt, rem vtilem (cuius vſus eſt eius conſumptio, ſecundum
quod ordinatur ad talem vſum) concedit alteri, non transferendo vſum eius
in illum, ſed etiã dominium, illo in alio obligato, ad reddendũ poſt lapſum tempo-
rum, idem in genere, & æquiualens, vel tantundem in numero, pondere vel men-
ſura. De hac definitione per D. Summerhard. in tractatu de contractibus, q. 1.
8. Et iſta definitio, ſicut præcedens, conuenit contractui thematis. Ergò cui con-
uenit definitio, huic & conuenit definitum, prout per glo. & Doct. in Rub. de ſum-
ma trinitate, in l. 1. ff. de tutelis, in Rub. poſſeſſor. de iur. Abb. in 3. ca. de præ-
ſcrip. & in Rub. de appella. Et ſic tam ex ſubſtantialibus ſiue eſſentialibus & na-
turalibus mutui, quàm ex definitione eius apparet, contractum, de quo in themate,
eſſe contractum mutui.

11. Tertiò probatur à ſufficienti partium ſiue contractuum enumeratione: quod
eſt argumentum validum, l. obligationum ferè. §. placet, ff. de acti. & ob. l. cum hy.
§. ſi prætor, ff. de tranſact. §. in bonæ fidei. Inſti. de actio.

Nam contractus thematis non poteſt eſſe donatio: quia non eſt data pecunia
Sempronio, vt ipſius fiat, vel non reuertatur ad ipſum Titium, ſaltem in genere, iu-
xta l. 1. ff. de dona.

Neque poteſt eſſe depoſitum: quia talis pecunia non eſt data cauſa cuſtodiæ
12. ipſi Sempronio, iuxta l. 1. ff. depoſiti. Imò quando pecunia datur vtenda ad nutum
ipſius depoſitarij, tunc illa cauſa depoſiti conuertitur in cauſam mutui: quia depo-
ſitarius tenetur ad reddendum eandem in genere, non autem in ſpecie. l. Lucius. la.
1. l. dies ſponſaliorum, §. 1. ff. depoſiti, l. certi condictio. §. ſi. cum l. ſequenti, ff. ſi
certum petatur.

13. Nec etiam locatio: quia talis locatio, vt idem reddatur in genere, conuerti-
tur in cauſam mutui, l. in naue Sauphæi. ff. locati. Quia natura mutui duntaxat
eſt, vt reddatur idem. l. mutuum. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Et ideo in præ-

dictis

dictis duobis caſibus periculum caſus fortuiti ſpectat ad ipſum depoſitarium &
conductorem, ſicut in mutuo ad mutuatariũ. d. l. certi condictio, §. ſi. cum l. ſequen-
ti; quia genus perire non poteſt. l. in ratione, §. in certo, ff. ad l. Falci.
Neq; etiam dicitur cõmodatum: quia licet pecunia cõmodari poſsit ad pom- 14.
pam & oſtentationem, vt recipiens ditior appareat, l. ſed mihi videtur, §. ſi. cum
l. ſequenti. ff. commodati: tamen quando conuentum eſt, vt quid certum recipia-
tur de pecunia commodata, tunc deſinit eſſe commodatum, & tranſit in alium con-
tractum: quia de natura cõmodati eſt, vt ſit gratuitum, l. ſi rem tibi. §. vnũ. ff. com- 15.
modati. l. ſi tibi pollicenda, in ſi. de præſcriptis verbis. De quo etiam latius per
Bal. & Legiſtas in l. ſingularia, ff. ſi certum petatur: in l. ſi nauis, ff. de rei vendi.
per glo. & Cano. in c. conqueſtus, de vſuris. Præterea in commodato non debet
idem reddi in genere; ſed in ſpecie. d. l. mutuum, cum ibi notatis. l. in commodati. §.
ſicut, ff. commodati.

Nec etiam precarium; quia licet precarium detur etiam in rebus mobilibus, l. 16.
in rebus, ff. de precario, & ad vſum inde terminatum: tamen in eo non transfertur
dominium, & poteſt quandocunq; reuocari. l. 1. l. cum precario, ff. eo. ti.

Nec etiam permutatio: quæ ſolùm fit, quando redditur ſpecies pro ſpecie, l.
1. ff. de rerum permutatione. Præterea in permutatione res, quæ permutatur, effici-
tur de iure alterius, cum abdicatione iuris, quod habuit, ſecundum Summerhard.
tractat. de contractibus, q. 8. 9. ſexta concluſione.

Nec venditio: quia data eſt pecunia Sempronio vtenda, vt Titio reddatur:
ideo nõ dicitur venditio. per notata Doct. in d. l. mutuum, in principio. & l. ex em-
pto. ff. de actio. empti.

Nec etiam dici poteſt contractus innominatus, do vt des: quia vbi conuentio 17.
tranſit in ſpecificam formam contractus nominati: tunc non cenſetur contractus
innominatus, l. 1. cum l. ſequenti. l. ſi gratuitam, ff. de præſcriptis verbis. & l. Titi-
us, in ſi. eo. ti. Latè per Moder. & D. Iaſon. in l. cùm quid, ff. ſi certum petatur. Prę-
terea Titius dedit Sempronio pecuniam innumeratam, non vt ſpeciem, ſed vt ge-
nus, vt idem in genere ſibi reddatur. Ergò non eſt contractus innominatus: prout
videtur ſentire Bar. in l. ſi. de condict. ob cauſ. vbi de hoc latius.

Item contractus thematis non poteſt eſſe ſocietas, vt patebit. Ergò à ſufficien-
te contractuum enumeratione talis contractus non poteſt non eſſe niſi mutuum.

Quòd autem non ſit ſocietas, ſic oſtenditur: Nam de natura ſocietatis eſt, vt 18.
ſocius teneatur de leui culpa tantùm: etiam ſi nunq; exprimatur. l. ſocius ſocio. ff.
p ſocio. §. ſi. Inſti. eod. Secũdò de natura ſocietatis eſt, vt partes lucri ac damni ſint
æquales. l. ſi nõ fuerint. ff. eo. ti. & §. ſi. Inſti. eo. Imò hęc eſt de ſubſtantia ſocietatis,
ſecundum Panor. conſi. 22. in primo volumine: Quia ſocietas dicitur quædam 19.
fraternitas. De ſubſtantia enim ſocietatis eſt, vt partes ſint inter ſocios æquales, ſe-
cundum eundem Panor. in d. conſilio, &c.

Ex hoc ſequitur, quòd ex quo in contractu thematis interuenit pactum certi
lucri, puta, quinq; de centum, & etiam ſaluatio ſiue ſecuritas capitalis, q talis con-
tractus nõ poteſt dici ſocietas, tanquam continens inæqualitatem contra ſubſtan-
tiam & naturam ſocietatis. Nam quòd Titius habeat lucrum ſemper certum, Sem-
pronius verò incertum, & quandoq; nullum, ſed potius damnum, hæc inęqualitas
eſt contra naturam ſocietatis, quòd certum melius eſt incerto. Vnde ſicut lucrum
eſt incertum: ita etiam pars ſocij debet eſſe incerta, cuius contrariũ fuit inter partes
conuentum, ideo partes lucri ſunt inæquales. Sed in ſocietate partes lucri debent
eſſe æquales: & ſocius non tenetur, niſi de leui culpa, d. l. ſocius ſocio. In contractu
autem thematis totum damnum & periculum capitalis ſpectat ad Sempronium, ex
quacunq; etiam culpa leuiſsima, quòd ex pacto ſuſcipit in ſe omne periculum capi-
talis. Ideò talis contractus per huiuſmodi pacta inæqualia tranſit in contractum
mutui, cuius naturam aſſumit. Et de hoc eſt glo iuris ciuilis in l. cum duobus. §. itẽ
ex facto. ff. pro ſocio. quam appellat ordinariam & ſingularem, Ange. in §. 2. Inſti.
de ſocietate: quæ vult, quòd quando ſit pactum inter ſocios, q alteri debeatur certa 20.

quantitas, & non quota lucri: tunc per hoc pactum deſinit eſſe ſocietas, & dicatur mutuum vſurarium: per quam gloſſ. dicit Ange. in d. §. 2. quòd quando mulieres dant pecuniam transferendam in arte lanæ, & volunt decem annuatim, non habendo reſpectum ad lucrum, & ſic quid certum, quòd talis contractus dicitur vſurarius. Ad hoc ergò, vt licita ſit ſocietas, & non mutuum vſurarium requiritur, quòd vterq; ſociorum ſuſcipiat in ſe periculum tam lucri, quàm etiam capitalis, nec ſufficit alterum tantùm. Nam ſi quis vellet eſſe certus de lucro, & paciſceretur certam quantitatem lucri, in omnem euentum, ſubiret tamen periculum capitalis: vel econtrà, ſi quis ſubijceret ſe periculo lucri, vellet tamen ſibi eſſe ſaluum capitale: talis contractus diceretur vſurarius, & non ſocietatis. Quia oportet vtrunq; ponere in fortuna & ſub periculo, tam lucrum quàm capitale, vt dicatur cōtractus ſocietatis licitus, ſecund. Azo. & Accur. in d. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. & Bal. in l. 1. C. pro ſocio. vbi dicit, quòd talis contractus non poteſt eſſe ſocietas, neque ex forma, neq; ex natura contractus. Ex forma non: quia eſt contractus mutui. Ex natura non: quia eſt contra naturam ſocietatis, quòd vnum capitale ſit ſaluū, & aliud fractum. l. Lucius, ff. commodati: & ideo talis contractus ſapiat vſurariam prauitatem: & quicquid percipitur de lucro, extenuat ſortem. Quem in hoc ſequitur Ang. in d. §. 2. Idem tenet Sali. in d. l. 1. & d. Alex. de Imo. in l. Iulianus. §. offerri, ff. de acti. empti. Idem Sali. in authen. ad hæc, in 14. q. C. de vſuris. De hoc etiam eſt glo. iur. Canonici, in c. plerìq; refugientes, in verbo, negotiatoribus. 14. q. 4. Quam ſequuntur Legiſtæ in locis ſuprà alleg. Innoceñ. Goff. Io. Cald. Panor. & Cano. in c. fi. de vſuris. Idem Panor. & Præpo. Alex. in c. per veſtras, de dona. inter virum & vxorem. vbi Panor. inuehit contra viduas taliter contrahentes, dicens: talem ſocietatem eſſe leoninam, iuxta l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. Quia non licet ex pacto quantumcunque minimum capere ex pecunia, ſi non ſubijcit ſe periculo, per d. glo. Vnde Goff. in ſumma, ti. de vſuris dicit: Vis dare pecuniam nauiganti ad nundinas vel mercatori ſine peccato, pone tu pecuniā, & alius operam perſonalem, & communicetis pericula, damna & lucra. Hanc opinionem etiam ſequitur Do. Lauren. de Rodolf. in tract. de vſuris, q. 6. Anto. de Roſellis in ſuo tractatu de vſuris. Frater Ang. in ſua Summa angelica, in verbo ſocietas. §. 1. per ſupplementum iuris, in verbo, ſocietas. Ang. in tract. de ſocietate, in 11. q. Eandem etiam ſecuti ſunt conſulendo Paul. de Caſt. conſil. 333. incipi. Viſo inſtrumento prædicto, dicens de hoc eſſe cautum in c. fi. de vſuris. Per quem tex. dicit ibi Inno. quòd quando quis pecuniam dat mercatori, vt cum ea negocietur, & certam quantitatem det, eſt vſura: quia pecuniæ nullus eſt vſus vel vtilitas vtendi, nec deterioratur vtendo, c. eijciens, 88. diſ. & Ludo. Ro. conſil. 238. & conſil. 420. & d. Bart. Socynus conſil. 265. incipiente: Dominus labia mea aperiat, dicēs quòd res debeat perire Domino ſuo, per l. ſi ex legati cauſa, ff. de ver. obligatio. quod nō eſt, vbi ſocius ſuſcipit periculum ſocij. Ergò non eſt ſocietas: ſed mutuum vſurarium. Hanc opinionem etiam ſecutus eſt conſulendo Panor. in allegato conſilio 72. in primo volumine: vbi vult ſimiliter, quòd propter diſparitatē lucri & damni ſine
22. rationabili cauſa talis contractus dicatur vſurarius. Et hanc opinionem tenent nedum præfati Doct. iuris Ciuilis, & Canonici, in locis ſuperius allegatis, ſed etiam Doct. Theologiæ, dicentes: quòd talia pacta lucri certi, & ſaluationis capitalis, faciant mutuum vſurarium. Ex quo conditio vnius eſt deterior conditione alterius: quod eſt contra æqualitatem iuſtitiæ communitatiuæ. De quo per Rich. & fratrem Gabriel. in 4. diſ. 15. Franciſ. de Platea in tract. ſuo reſtitutionis. Anto. in Summa, in 2. parte, ti. 1. §. 37. Idem ſentit S. Thomas in ſecunda ſecundæ. q. 78. art. ſecundo.

Præterea & quartò ac vltimò, quòd iſte contractus non poſsit eſſe ſocietas: ſed ſit mutuum vſurarium ſaltem præſumptū & apparenter probatur ex eo: quia quando traditur pecunia ſimpliciter & in genere, nihil ſpecificando, an tradatur ſocialiter, vel mutuetur, ſed ſolùm dicitur: trado tibi hanc pecuniam, vt cum ea negocieris, prout eſt in thematis caſu: tunc talis traditio eſt communis traditioni mutui, &

tui,& ſociali cōmunicationi,ex ſui forma:quia æquè eſt forma mutui, ſicut formæ
ſocietatis: licet intentio poſsit eſſe tradendo ſocialiter, & non mutuando: in hoc
non conſtat hominibus. Sed quando tradens facit contractum, qui æquè vicinus 23.
eſt,vt ſit in re vſurarius,ſicut vt ſit in re non vſurarius:talis contractus eſt illicitus:
quia æquè vicinus exiſtens damnato contractui, ſicut non damnato, habet æquè
ſpeciem mali ſicut boni: & per conſequens ab eo abſtinendum eſt: quia ex quo
traditio eſt communis traditioni ſociali & mutui:tunc cùm tradens quærit lucrum,
æquè apparet tradere mutuum ſub pacto lucri, ſicut tradere ſocialiter cum pacto
lucri:quia ex quo animus non conſtat,an vt mutuum,vel vt ſocietatem contrahen
do tradat:tum in voce non ſpecificetur traditio.Ideo apud audientes illum contra-
ctum non plus apparebit ſocietas,quàm mutuum: etiam ſi iure propter animū tra-
dentis ſit ſocietas.Et ſic adeſt ratio ſcandali: quia talis ſcandaliſat proximum, qui
poterit occaſionari ad ſimiliter paciſcendum: licet fortè diſsimili intentione: quia
intentio tradentis non conſtabit illi proximo.Ideo propter ſpeciem mali abſtinen-
dum eſt à tali contractu,iuxta illud Pauli ad Theſſal. 1. c. 5. Ab omni ſpecie mali
abſtinete vos.& c.ab omni,de vita & honeſt.cleri.Nam per hoc ſcandaliſatur pro-
ximus,contra illud Saluatoris:Si dextera tua ſcandaliſat te,abſcinde eam, & pro-
ijce eam abs te.& illud, Væ mundo à ſcandalo,Matth.18. Vnde ſcandalo obuian-
dum eſt,Cle.1.de off.ord.cum ibi not. Adeſt etiam ratio propriæ diffamationis,
tanquam tradens ſit detentor lucri vſurarij:& poſſet haberi ſuſpectus, ꝙ in fraudē
vſurarium excogitaſſet.Et hoc eſt contra charitatem ſui ipſius, quam homo nō mi-
nus ad ſe,quàm ad alium habere debet. Vnde ex quo ille contractus natus eſt, in-
famare ſe ipſum,ſcandaliſare proximum, licet per ſe non eſſet illicitus: tamen pro-
pter illa accidentia eſt illicitus:& per conſequens lucrum inde obueniens venit re-
ſtituendum. Quia ſi paciſcendo peccat ob hoc, ꝙ facit actum, habentem ſpeciem
mali,& ſuam famam denigrat,& proximum ſcandaliſat:ergo etiam lucrum poſtea
non reſtituendo,ſed detinendo peccabit:quia detinendo retinet lucrū,habens ſpe-
ciem & apparentiam vſuræ:& facit,ꝙ reputatur detentor vſuræ:& ideo ita tenetur
reſtituere,ſicut tenetur non accipere,& non paciſci. Præterea iſte contractus ape-
riret ianuam ipſis vſurarijs,& eſſet latibulum latronum.

Sed ſic eſt,quòd contractus,qui poteſt eſſe ianua vſurarijs, non eſt admitten- 24.
dus,vel approbandus,quia latibula latronum non ſunt ſuſtinenda, ſed extirpan-
da.Similiter vſurarij poſſunt hoc contractu abuti: ideo propter abuſum abſtinen-
dum eſt à tali contractu.Iſta eliciuntur ex dictis Doct.Summerhard. in alleg. ſuo
tract. de contract. q. 19. circa decimum caſum, & q.91.ſecundo corolario. & ar.
6.& q.94.in primo caſu: & q. 96. in quinta concluſione: & q.97. in tertio mo-
do dicendi: & multis alijs quæſtionibus. Pro quibus facit,quòd etiā de iure ciuili
diſpoſitio,dans occaſionem delinquēdi,eſt inualida.l.3.in principio.ff. de iureiu- 25.
rando. Et ibi latius per D.Iaſo. & res mali exempli vitanda eſt, l. obſeruandū. ff.
de iudicijs.l.exemplo.C.de probationibus. & grauius etiam punitur.l.ſi quis ali-
ud.§.qui ab orationis.ff. de pœnis. & quòd latibula latronum ſint prohibita, eſt
tex.in l.de 1.recepta. Ex his fundamentis & autoritatibus videt̄ clarè probari cō-
tractum,de quo in themate,non eſſe cōtractum ſocietatis: ſed mutuum vſurarium,
ſi non verum,ſaltem præſumptum & apparens, & ſic eſſe contractum iniquum &
illicitum:& per conſequens lucrum eſſe reſtituendum.

Sed ſi hæc opinio eſt vera,tunc proh dolor multa milia animarum ſunt in pe-
riculo damnationis æternæ; quia iſte contractus nedum per Germaniam, ſed per
vniuerſam Chriſtianitatem ita frequens eſt,quòd paſsim nedum ab hominibus ſe-
culi,magis de ſalute temporalium rerum quàm animarum cogitantibus, ſed etiam
à deuoto fœmineo ſexu & timoratæ conſcientiæ viris, palàm & intrepidè, tan-
quam licitus celebratur. Mœrendum certè & lachrymis cordis ingemiſcēdum eſ-
ſet, tot deuotas animas ſic ignorantes ruere in interitum & damnationem ſem-
piternam.

Quare cogitaui,ob ſalutem tot animarū fidelium,an cōtractus iſte, de quo in

 themate,

themate, in veritate tanquam licitus defendi poſſet. Et ad hoc probandum dico, talem contractum eſſe contractum ſocietatis licitum, quod ſic probo.

26. Nam ſocietas, ſecundum Tullium, prout refert glo. in rubri. Inſti. de ſocietate, & Azo in ſumma. eod. ti. ſic definitur: Eſt duorum pluriúmue conſentio honeſtè contracta, ob commodiorem vſum & vberiorem quæſtum. Sed iſta definitio conuenit contractui thematis: ergo eſt ſocietas: Quia eſt duorum conuentio, Titij ſcilicet & Sempronij, contracta etiam honeſtè: quia contrahere ſocietatem, honeſtum eſt, vt dictum fuit circa principium, ſaltem in negociatione licita, & non prohibita: ob commodiorem item vſum & vberiorem quæſtum, prout patet, bona eſt ergo definitio, quæ conuertitur cum ſuo definito, ſecundum Bar. in l. 1. §. per dolum. ff. de dolo. & in l. 1. ff. de teſtamentis. per Panor. poſt glo. in rubr. de ſumma Trinitate, &c.

27. Secundò probatur: quia eſſentialia ſiue ſubſtantialia ſocietatis, quæ faciūt ſocietatem eſſe vel non eſſe, in hoc contractu interueniūt: nam de eſſentia & ſubſtantia ſocietatis eſt mutuus contrahentium conſenſus in ipſam negociationem: l. conſenſu. ff. de obli. & act. l. qui admittitur. ff. pro ſocio. Deficiente enim conſenſu, deficit ſubſtantia & ipſum eſſe ſocietatis. l. tam diu. C. pro ſocio. §. manet. inſti. eod. Sed in hoc cōtractu Titius & Sempronius conſenſerunt mutuò in ipſam negociationem, quia Titius verbis expreſsis conſignauit Sempronio pecuniam ſuam ad negociandum, vt cum ea negocietur, & Sempronius ad hoc & ob hanc cauſam recepit, & ſic ambo mutuò conſenſerunt ad negociandum cum pecunia, &c.

28. Secundò, de eſſentia ſocietatis eſt, quòd conſignans pecuniam non deſinat eſſe dominus illius pecuniæ: nemo enim ſocietatē contrahendo rei dominus eſſe deſinit. l. ſi tibi areæ meæ. ff. de præſcrip. verb. Vnde poſtquam conſignans abdicat à ſe dominium pecuniæ, iam deſinit eſſe ſocietas in altero contrahente. d. l. ſi tibi areæ meæ. Sed in hoc contractu dominium pecuniæ remanſit apud ipſum Titium,

29. qui nunquam hoc à ſe abdicauit. Namquādo fit aliquis contractus generali nomine traditionis, tunc ſi illa traditio eſt facta in ſpecie ſocietatis, iudicatur ſocietas: vbi enim non apparet de animo, tunc ſi ex forma & pactis non poteſt ſpecificè deprehendi, qualis contractus ſit: quia ſit forma & pactis, quæ etiam in contractu alterius ſpeciei reperiri poterunt naturaliter vel præter naturaliter, tunc iudicandus eſt talis contractus, qualis nominatur, prout notat Doct. Summerhard. in tract. de contractibus. q. 94. in ſexto caſu. Et contractus, qui eſt ſimilis ſocietati, debet iudicari ſecundum regulas ſocietatis, cui aſſimilatur, & non ſecundum regulas mutui. l. naturalis, §. penul. ff. de præſcrip. verb. Sed in contractu thematis verba ſunt expreſſa, quòd Titius conſignauit pecuniam Sempronio ad nego-

30. tia, vt cum ea negocietur, & ſic ad certum & determinatū vſum, negociationis ſcilicet tantùm: vnde res deſtinata ad vnum vſum, non debet conuerti in alium. l. 1. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuit. pertinen. c. ſuggeſtum. de appella. c. quando. de iureiurando. Si modò Sempronius non poteſt vti pecunia pro libito voluntatis ſuæ: ſed debet cùm ea negociari, & de lucro negociationis dare Titio certā quātitatem, iam non eſt dominus iſtius pecuniæ: quia in re ſua quilibet eſt modera-

31. tor & arbiter. vulga. l. in re mandata. C. mandati. l. etiam. §. licet. ff. ſolu. matri. etiā abutendo. l. cōſuluit. cum ibi notatis. ff. de peti. hære. quod hic ſecus eſt.

32. Præterea quando datur pecunia mercatori, etiamſi non exprimatur ad negociandum, adhuc intelligitur cauſa negociandi & mercandi tradita, etiā ſi nulla cauſa fuerit in traditione expreſſa. tex. eſt ſingularis in l. fi. verſi. vltimo. C. ad Mace. in quo loquitur de milite. Doct. ibi & Bal. in l. Macedonianum. C. eod. extendunt ad mercatorem, & maximè ſi mercator huiuſmodi pecuniam poſt conſignationem ſibi factam conuertiſſet in negotiationem. Ex hac enim conuerſione intelligendum eſt eum ab initio ſic accepiſſe, vt in id conuerteret, in quod conuertitur: tex. eſt notabilis in l. item ſi filiusfa. §. quanquam. verſi. ſed & ab initio. ff. ad Macedo. quem ad hoc allegat Ludo. Ro. conſilio 420. Et ideo licet per Titium & Sempronium non fuiſſet expreſſè actum de negotiatione, tamen nihilo-

nihilominus per conſignationẽ pecuniæ ipſius Titij ipſi Sempronio mercatori,&
per eius conuerſionem in negociationem eſſet tacite cõtracta ſocietas. Ad contra- 33.
hendam enim ſocietatem mutuò nõ requiritur conſenſus expreſſus,ſed ſufficit hoc
facto & actibus eorũ declarare, quod verbis exprimere poterant: & hoc idem eſt,
ac ſi verbis expreſsiſſent,iux. doctri.Bar.in l. Titium.§. altero. ver. quæro an ſo-
cietas.ff.de adminiſtra.tutor.facit l. prædijs.§.fi. ff. de legatis tertio. Non eſt enim
curandum de verbis expreſsis in contractu, ſed potius recurrendum ad ſubſtan-
tialia materiæ ſubiectæ.l.ſi vno.ff.locati.not.Panor.in c. 1.de cõmoto. Et ideò ſe-
cundum Io. An. in mercat.in regula,peccatum,de regulis iuris.& doct.in c. cõſu-
luit.de vſuris. Quando partes in conſignando pecuniam paciſcuntur de lucro,niſi 34.
aliud exprimendo,per hoc intelliguntur cõtrahere ſocietatem,quanto magis ergo
contracta eſt ſocietas in caſu thematis, vbi expreſsè hoc actum eſt, ꝙ Sempronius
conuertat pecuniam in negociationem,vt cum ea negocietur: per iura ſuperius al-
legata. Si nunc contracta eſt ſocietas: ergo dominium pecunię remanſit penes Ti-
tium conſignantem: quia nemo ſocietatem cõtrahendo rei dominus eſſe deſinit. d.
l.ſi tibi areæ meæ. ff. de præſcrip. verb. Licet autem in ſocietate dominium rei nõ
transferatur in accipientem,hoc intelligendum eſt abdicatiuè,non autem commu- 35.
tatiuè, hoc eſt, quòd tradens non exuit ſe dominio eius, nec deſinit eſſe dominus:
ſed bene communicat ſocio dominium rei ſuæ,ſine eiuſdem tamen abdicatione.In
pecunia enim non poteſt vſus ſeparari à dominio & proprietate,quia vſus eius eſt 36.
ipſius conſumptio.c. eijciens. 88. diſ. Vnde ex quo transfertur in ſocium ius per- 37.
cipiendi id,quod pecuniæ per modum fructus acceſsit, quod interuſurium appel-
lant,oportet ꝙ etiam habeat dominiũ eiuſdem, ſed illud dominium transfertur in
ſocium concomitanter: interuſurium autem ſeu commoditas pecuniæ principali-
ter. Et ideo ſocietas negociationis ſecundum eius eſſentiam rectius ſic definitur:
Societas eſt contractus,in quo aliquis res ſuas cõmunicat alteri,faciendo eum cõ- 38.
participem dominij: & vſufructus earundem pro aliquo alio temporali ſibi ſimili
modo cõmunicando,de quo latè per doct,Summerhard.in d.trac.de cõtrac.q. 88.
& q.93.per Io.And.in dicta regula peccatũ.de regulis iuris. Iſta autem definitio,
ſicut pręcedens, conuenit proprio cõtractui thematis, quia licet Titius communi-
cauerit Sempronio condominium rei ſuæ, faciendo eum cõparticipem interuſurij
& commoditatis ſeu vſufructus pecuniæ: non tamen à ſe per hoc abdicauit: quia
de hoc interuſurio pecuniæ ſuæ etiam aliquid & certam quantitatem ſibi commu-
nicari voluit: ideo rei ſuæ dominus eſſe non deſinit. Et ſic eſſentialia ſeu ſubſtan-
tialia ſocietatis in hoc contractu thematis interueniunt.

Sed quid de naturalibus ſocietatis,an neceſſe ſit contractui ſocietatis interue-
nire:naturalia enim ſocietas ſunt: Primò,quòd ſocius teneatur de leui culpa,etiam 38.
ſi non exprimatur. l. ſocius ſocio.l. cum duobus. §. venit.ff. pro ſocio. §. ſi. Inſti.
eo. per doct. Summerhard. d. trac. q. 79. 2. ſuppoſitione, circa finem, &c. Se-
cundò, quòd partes lucri & damni ſint æquales. l. ſi non fuerint. l. cum duobus.
§. penul. l. verum. §. ſi cùm tres. l. ſi vnus. in principio. ff. pro ſocio. & d. §. fi.
iſta naturalia ſocietatis licet non videantur interuenire in contractu thematis,
quia Sempronius tenetur de omni periculo,etiam caſus fortuiti,& de certo ac fixo
lucro, etiam ſi ipſe quantumcunque parum aut nihil lucretur, & ſic partes ſocio-
rum ſunt inæquales: tamen per hoc talis contractus non deſinit eſſe ſocietas in ſui
eſſentia & ſubſtantia. Quia naturalia ſocietatis vel alterius cõtractus poſſunt pa- 39.
cto mutari, alterari, vel tolli,manente adhuc eſſentia contractus: quod probatur,
Primò per tex. in l. ex empto. ff. de ac. empti. Vbi quæ naturaliter inſunt contra- 40.
ctui veniunt in contractu, licet de his nihil conuentum ſit: ſed vbi aliter conuen-
tum eſt, tunc nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtare, quod inter
contrahentes actum eſt. Ad idem eſt tex. in l. emptorem. §. fi. eod. tit. vbi eſt ca-
ſus, quòd fieri poteſt pactum, quòd venditor non teneatur de euictione. Sed cla-
rum eſt ꝙ de natura emptionis eſt, venditorem teneri de euictione. d. l. exempto.
Ergo iſtud naturale pacto tolli poteſt, per quæ iura dicit Pau. de Caſt. in l. iuriſ-

gentium. §. quinimo, in 1. colum. ff. de pactis: ꝙ licet de natura venditionis ſit, vt
41. venditor teneatur de euictione, non tamen eſt de ſubſtantia: quia poteſt eſſe con-
tractus venditionis abſq; eo, ꝙ venditor teneatur de euictione, vt ſi fuit hoc actum
expreſſe, allegando d. l. emptorem. §. ſi. hoc idem ſentit glo. in l. pacta conuenta.
in verbo, conuenit. ff. de contrahenda emptione. Et plus dicit ibi Paul. de Caſt. ꝙ
licet ex tali pacto videatur reſultare iniquitas, quòd venditor habet pretium, &
emptor non habeat rem, ſi eſt euicta: & ſic locupletabitur cum aliena iactura: ta-
42. men nihilominus emptor imputet ſibi, quia tunc videtur quodammodo emere
dubium euentum, & fortunam, prout eſt in emente iactum retis, de quo in d. §.
ſi. &c. hoc etiam probatur per tex. in §. 1. & in §. & adeò. inſti. de ſocietate. & l.
43. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. quæ iura volunt, tale pactum in ſocietate valere: quòd
ad vnum duæ partes lucri & damni, & ad alium tertia pertineat, imò quòd etiam
tale pactum valeat, vt quis habeat partem lucri, & non teneatur de damno: cùm
aliâs de natura ſocietatis eſt, vt partes lucri ſint æquales, et vnus non plus vel
minus conſequatur alio, vt in iuribus allegatis. Ad idem etiam eſt tex. in l. Mu-
cius. ff. pro ſocio. vbi valet pactum, vt certa pars lucri vni, & reliquum alteri de-
beatur, ſic etiam in damno.

44. Præterea valet pactum, vt certa quantitas, puta decem debeatur vni, & reli-
quum lucri alteri. l. ſi margaritam. eod. tit. vbi ſi dedero tibi margaritam venden-
dam, vt ſi eam vendidiſſes, decem mihi redderes: ſi pluris, hoc reliquum, quod ex-
cedit decem, tu habeas: ſi animo contrahendæ ſocietatis actum ſit, datur pro ſocio
actio, & ſic hic eſt tex. clarus & ad literam, ꝙ in contrahenda ſocietate poteſt fieri
pactum, vt vni certa quantitas, puta decem, debeatur: & reliquum lucri ſit alte-
rius. Et ſic hîc eſt textus pro caſu thematis, quòd licet iſta pacta ſint inæqualia, ta-
men nihilominus valent & poſsint interuenire in cõtractu ſocietatis, manente ad-
huc ipſa ſocietate in ſui eſſentia & ſubſtantia, & licet aliqui diuinando dicant,
prædicta iura, maximè l. ſi non fuerint. & §. adeò. non eſſe intelligenda in damno
pecuniæ capitalis: ſed in alijs lucris & damnis, de quo per doct. in dictis iuribus.
& in c. fi. de vſuris: tamen intelligantur qualitercunq;, hoc ſaltem verum eſt, quòd
talia pacta contineant inæqualitatem: quia vnus plus conſequitur alio, & lucra
ac damna non ſunt communia: quia qui ſentit lucrum & nullum damnũ, eius con-
ditio vtique melior eſt conditione illius, qui ſubit damnum. Intelligas ergo vel
in capitali vel damno lucri, pactum eſt contra naturam ſocietatis, cuius partes de-
bent eſſe æquales, & tantùm valet manente ſubſtantia ſocietatis. Panor. in d. c. fi.
dat alium intellectũ ad prædicta iura, dicens ea eſſe intelligenda in recipiente pe-
cuniam, & ponente operam tantùm, vt ex pacto poſſet damnũ non ſentire, ſcilicet
pecuniæ, ſatis eſt ſi ſentit damnum operarum omiſſarum. Sed iſta ſolutio non con-
uenit textui, quia talis cõuentio de natura cõtractus ſocietatis eſt, vt periculum pe-
cunię capitalis ſpectet ad conſignantẽ, & nõ recipientẽ; quia recipiens de ſola leui
culpa tenetur, vt ſuprà viſum eſt: niſi diceres, hoc etiã pacto tolli poſſe, ꝙ recipiens
de hac leui culpa non teneatur. Et tunc ſentit Panor. ꝙ valet pactũ contra natura-
lia, contractus ſcilicet, ꝙ recipiens pecuniam non teneatur de leui culpa. Et de hoc
eſt bonus tex. in c. per veſtras. de dona. inter vi. & vx. vbi marito vergente ad ino-
piam, petente vxore cautionem de non peritura dote, dicit ibi Papa, ꝙ talis dos de-
beat committi mercatori, vt de parte honeſti lucri vir poſsit onera matrimonij pre-
45. ſtare. Ecce caſum, ꝙ mulier poteſt dare dotem mercatori pro parte honeſti lucri, &
petere ſibi præſtare cautionem ab ipſo mercatore de non peritura dote. Et hunc
tex. ſic intelligunt Io. And. Panor. & alij, quòd mercator debet præſtare cautio-
46. nem de dote integraliter reſtituenda. Eſt ergo hic caſus, quòd valet pactum, peri-
culum capitalis ſpectet ad recipientem, quod eſt contra naturam ſocietatis: quia
de natura ſocietatis recipiens tenetur tantùm de leui culpa, & reliquum pericu-
47. lum ſpectet ad conſignantem. Sunt tamen qui dicunt, hunc tex. debere intelligi,
ꝙ mulier ſuo periculo debeat committere dotem mercatori: ſed hoc eſt deſtruere
tex. quia Papa voluit mulierem ponere extra periculum perituræ dotis, ex quo
dos erat

doſ erat apud maritum in periculo, qui eò, quòd vergebat ad inopiam, de non pe-
ritura dote cautionem præſtare nõ poterat, voluit Papa mulieri prouidere de alio,
ſcilicet mercatore, qui præſtaret huiuſmodi cautionem non perituræ dotis, & ſic
mulieri dos non eſſet ſub periculo: quomodo enim mulier non ſubiret periculum
dotis, niſi mercator præſtaret cautionem de ea non perdenda, ſed integraliter re-
ſtituenda: & quòd poſsit fieri huiuſmodi pactum, quòd vbi de natura contractus 48.
quis teneretur de culpa leui vel leuiſsima tantùm, quòd teneatur de omni pericu-
lo caſus, etiam fortuiti, eſt alius tex. in l. 1. §. ſi conueniatur. & ſæpe. ff. depoſiti. in
l. iuriſgentium. §. item ſi quis pactus. ff. de pactis. in c. 1. de commodato. per quæ
iura dicunt ibi doct. quòd tale pactum vincit legem. Idem dicit Hoſti. in ſumma.
ti. de vſuris. §. an aliquo. ver. ſed quid. ꝙ ſicut in alijs contractibus, ex quorum na-
tura periculum ſpectet ad alterum, poteſt apponi pactum, vt periculum ad reliquũ
ſpectet, ita etiam in contractu ſocietatis, per prædicta iura, ſed maximè per d. §. &
adeò. inſti. de ſocietate: nec verum eſt, prout aliqui prætendunt, ꝙ talia pacta in
alijs contractibus, præter quàm in ſocietate ſint præter & non contra naturam cõ-
tractus, quia hoc falſum eſt: nam de natura commodati, etiam ſi non exprimatur,
adhuc tacitè ineſt contractui de ſui natura, ꝙ culpa & diligentia prę̃ſtetur, & ſi res
æſtimata, datur etiam periculũ. Sic etiam de natura depoſiti eſt, vt præſtetur dolus
& etiam culpa, vbi accedit merces. l. ſi vt certo loco. §. nunc videndum. ff. cõmoda-
ti. & in iuribus ſuprà allegatis, idẽ dicit Summerhard. q. 29. in 2. ſuppo. & ſi quiſ- 49.
piam diceret, tamen pactum cõtra naturalia contractus non valet. l. cum precario.
ff. de precario. c. fi. cod. ti. vbi ſunt tex. ꝙ quando datur res precario & adijciatur
pactum vſq; ad Calendas, tale pactum, tanq̃ contra naturam contractus non va-
let: inde ſumunt doc. argu. ꝙ pactum contra naturalia contractus ſit inualidum.
Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ pactum in iuribus iam allegatis non eſt contra natura-
lia cõtractus, ſed contra ſubſtantialia, probatur per tex. in l. 1. ff. è deprecario: vbi
dicit tex. ꝙ precarium eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur tam diu, q̃ 50.
diu is qui conceſsit patitur. Et poſtea ſequitur: qui precario concedit, ſic dat, quaſi
tunc recepturus, cùm ſibi libuerit precarium ſoluere. Ecce quod de eſſe & eſſentia
precarij eſt, vt reuocetur quandocunq;, & iſtud facit precarium eſſe vel non eſſe:
vnde Bar. in d. l. cum precario. dicit tale pactum eſſe contra ſubſtantiam, & non
contra naturam contractus. Hoc idem ſentit Panor. in c. 1. de commodato, dum
ſe remittit ad dicta per ſe in d. c. ſi. de precarijs. Ideo glo. in l. iuriſgentium. §. quin-
imò. ver. idem reſponſum exponens, naturam, ideſt, ſubſtantiam dicit: alij dicunt
id naturale, quod nos ſubſtantiale dicimus. & ſimilis eſt glo. in l. pacta conuenta.
ff. de contrahenda empt. quæ plus dicit, quòd idem ſit iudicium de naturalibus,
quod de accidentalibus contractus, & pacta contra naturalia & accidentalia con-
contractus pariſicat.

Quòd autem naturalia contractus pacto tolli poſsint, tenent etiam theologi
vbique, de quo per Summerhard. in d. tract. q. 29. in ſecunda oppoſitione, circa
finem. vbi dicit, ꝙ naturalia contractus, quæ inſunt contractibus ex natura, licet
nihil dictum ſit de eis, vt eſt in ſocietate, quòd ſocius teneatur de culpa leui, quia il-
la non ſunt de ſubſtantia contractus, ideo partes poſſunt inter ſe paciſci, vt non 51.
vellent illa venire, & intereſſe eorum contractui, ita quòd renunciant illis: et ta-
men nihilominus contractus manet ratus: ſubiungens, quòd naturalia contractus
ſunt quæ ſequuntur & comitantur ipſum contractum, & ſine eis contractus ha-
bet, vel poteſt eſſe & ſubſiſtere. Idem dicit q. 83. in 2. probatione, quòd illa ſunt
naturalia, quæ contractui de ſe nata ſunt ineſſe, & quibus contractus manente ſua
eſſentia carere poteſt, per ſpecialem conuentionem, & q. 89. in octaua cõcluſione.
& conſiſtente caſu, vbi quòd contractus propter pactum contra eius naturalia
non mutatur in ſpecie eſſentiali, quia licet frigiditas ſit vnum ex naturalibus
aquæ, tamen ſi aqua fiet abſque frigiditate & afficiatur caliditate, non propter
hæc mutatur in ſpecie eſſentiali aquæ, vt deſinat eſſe aqua. Et ponit proprie ibi

exemplum

exemplum in ſocietate. Et q. 97. §. ſed contra vtrumq; modum, loquens de contractu ſocietatis, dicit naturalia contractus poſſe auferri, manente eſſentia vel ſubſtantia cõtractus; quia non ſequitur, caliditas aquæ eſt contra naturam aquæ, ergo aqua calida non eſt aqua. & probat hoc per aliud ſimile de mutuo & etiam de emptione, vt ibi latius per eum. Ex his conſtat, quòd licet in cõtractu thematis naturalia ſocietatis non interuenirent, ſed eſſent pacto ſublata, tamen per hoc non deſinit eſſe in ſui ſubſtantia ſocietas, ex quo ſubſtantialia & eſſentialia ſocietatis interueniunt, &c.

52. Sed ad vnum eſt hic aduertendum, ꝙ contractus ſocietatis, & quilibet alius contractus poteſt fieri dupliciter, purè & impurè: purè, quando fit in ſua naturali puritate, id eſt, ſine pactis exiſtentibus cõtra naturalia illius contractus, nec ei eſt admixtus alius contractus; impurè autem, quando naturalia ſocietatis pacto mutantur, puta, quando alter ſociorum vult eſſe particeps lucri prouenientis de re ſociali, & non vult eſſe particeps damni; vel quando alteri ſociorũ imponuntur plures partes damni, ꝙ̄ lucri. Et hoc eſt contra naturalia ſocietatis, de cuius natura eſt, vt damna et lucra cõmunicentur, vel quando ſocietati admiſcetur alius cõtractus, tunc dicitur ſocietas impura. Sed talis ſocietas propter hoc non mutatur in ſpecie eſſentiali ſocietatis, licet mutetur quandoq; in ſpecie morali. Ita quòd talis contractus per hoc deprauatur, qui aliâs licitus maneret. Vnde in contractu ſocietatis, quando ſint pacta contra naturalia cõtractus, ita ꝙ vnus ſociorum plus grauatur alio, & conditio vnius eſt deterior cõditione alterius, & ſic nõ ſeruatur æqualitas inter ipſos, tunc illud dicitur iniquũ & eſſe contra ius fraternitatis et contra æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ. Ideo talis contractus iudicatur iniquus & illicitus, non ex eo, ꝙ non ſit contractus ſocietatis in ſui eſſentia, ſed ex eo, ꝙ ſit ſocietas ini-
53. qua contra æqualitatem iuſtitiæ cõmutatiuæ. Et omnis contractus continens inæqualitatem contra iuſtitiam cõmutatiuam eſt de ſe iniquus & illicitus, prout per theologos vbiq;. S. Tho. ſecunda ſecundæ, in multis q. et iſta colliguntur ex d. Sumerhard. q. 89. in ſeptima & octaua concluſione. & q. 93. 2. ſuppoſitione. Vbi aũt fieret congrua & ſufficiens recõpenſatio iſtius inæqualitatis alteri contrahentiũ, qui per talia pacta grauaretur, tunc talis contractus per huiuſmodi pacta nõ diceretur etiã iniquus neq; illicitus. Quod probatur in primo per tex. in d. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. vbi eſt caſus, ꝙ partes lucri & damni debẽt eſſe inter ſocios ęquales, tamen nihilominus tale pactũ etiam valet, vt quis habeat duas partes lucri vel tres, alius vnam. Sed hoc tũc procedit, ſi alter ſociorũ habens duas vel tres partes, plus cõtulit ſocietati vel operæ, vel pecunię, vel cuiuſcunq; alterius rei cauſa. Ecce ꝙ ſocio habenti vnã partem debet fieri refuſio & recompenſatio iſtius inęqualitatis, vel in collatione pluris operæ vel pecuniæ, vel in quacunq; alia re, vnde etiam illa ſocietas valet, vt lucrum ſit cõmune, alter verò nullum damnũ ſentiat: ſed tunc demum, quando tanti eſt opera, quanti damnũ. Ecce ꝙ ſentienti damnũ debet fieri recompenſatio & releuamen in alio, puta in operis, quæ tanti debent valere, quãtũ damnũ, quod ipſe ſolus ſuſtinet. Valet & illa ſocietas, vt ad vnũ duę partes lucri, & tertia damni, vel ecõtrà pertineat, modò in alio releuamẽ & refuſio fiat. d. §. de illa. inſti. de ſocietate. Vbicunq; em̃ in ſocietate partes lucri ſunt inæquales, ſẽper inſpiciendum eſt, ſi alter plus operæ, induſtriæ, gratiæ, vel pecuniæ ſocietati contulerit, vel quacunq; alia ex cauſa alteri cõgrua recompenſatio fiat. l. quid em̃. & d. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. & ita ſentit Phi. Corneus in repetitione. l. ſi paſcẽda pecora. C. de pactis. quem refert Socy. in præalle. conſilio. & Panor. in conſilio 77. dum vult, ꝙ ex cauſa iuſta talia pacta inæqualia fieri poſſunt, vt infrà latius dicetur.

54. Hinc eſt, quòd licet quandoq; in cõtractibus fiant pacta contra naturalia cõtractus, & quæ ſunt alteri contrahentium oneroſa, & ratione iſtius videantur deprauare contractum, & continere inęqualitatem contra iuſtitiam commutatiuam, tamen quando illud onus per contrahentem refunditur per congruam recompenſationem, ita quòd pars eſt conditio vtriuſque, tunc talia pacta non dicuntur con-

tinere

tinere inæqualitatem contra iuſtitiam commutatiuam, neq; deprauare cõtractum:
quia omne pactum, quod nõ facit conditionem vnius deteriorem conditione alte-
rius tanq̃ conforme iuſtitiæ cõmutatiuæ, eſt licitum, ſecundum Aug. in d. l, ſi non
fuerint. §. 1. ff. pro ſocio, quẽ refert frater Aug. in ſumma, in verbo, ſocietas. §. 11.
per Scotum & Theologos in 4. diſ. 15. et doct. Summerhard. q. 89. in 4. concluſio-
ne. Et per hoc multi ſaluantur contractus tanq̃ liciti, qui aliàs tanq̃ contra æqua-
litatem iuſtitiæ cõmutatiuæ vt illiciti condemnarentur, de quibus per doct. Sum-
merhard. in d. tract. ſuo de contractibus in multis q. & in 8. 4. Argu. 6. cõtra primã
concluſionẽ, vbi in contractu emptionis poteſt dari aliquid æquiualens grauami-
ni, quod alteri contrahentiũ imponitur. & q. 83. in 14. concluſione. & q. 84. in fine
primi corolarij, vbi ponit hanc regulã, ꝙ quandocunq; vnius conditio videatur 55.
melior conditione alterius, tamen illa melior conditio poteſt per augmentũ precij
recompenſari, vt fiat æqualitas iuſtitiæ cõmutatiuæ. & q. 89. in primo corolario,
vbi in cõtractu locationis licet pacta cõtra naturalia ſint alteri contrahentiũ one-
roſa, tamen illa onera poſſunt refundi ex alia parte, vt, viliorem mercedẽ ab eo re-
cipiendo, vt conductor illud onus ſubeat &c. Impugnando nonnullos Iuriſtas, vt
ipſe dicit, qui nonnunq̃ prorumpunt in cõdemnationem alicuius cõtractus, ex eo,
ꝙ alter contrahentiũ apponit pactũ contra naturalia cõtractus alteri contrahentiũ
oneroſum, quaſi illud ſufficiat, & non oporteat reſpicere, vtrũ illa oneroſitas alia
via refundatur, dicẽs, in cõtractu locationis ex pacto periculũ caſus fortuiti poſſe
licitè imponi alteri contrahentiũ, modò ei refundatur alia via. Et idem dicit ibi in
nouo caſu, & q. 9. & latius per eundem. q. 96. in 3. concluſione. vbi vult, ꝙ in con-
tractu ſocietatis etiam poſsit fieri pactum contra naturalia contractus, & conditio
vnius ſit melior conditione alterius, modò refundatur alia via, puta dimittendo ei
maiorem partem lucri, vel ſimiliter. Et tunc erit æqua cõditio vtriuſq;, & loquitur
ibi de certitudine lucri, puta de quantitate certa, & q. 97. ſed contra vtrumq; mo-
dum. vbi dicit pactum contra naturalia ſocietatis non mutare ſubſtantiã & eſſen-
tiam ſocietatis, neq; etiam dicatur ſocietas iniqua, dũ illud onus, quo quis ſociorũ
per tale pactum grauatur, refundatur alia via. Et idem ibi in 3. modo dicenda, vbi
vult, ꝙ ſine incurſu iniquitatis contra iuſtitiam commutatiuã poteſt tale onus al-
teri imponi, dummodo ſatisfaciat pro impoſitione onerum eidem, puta ſi tãto mi-
norem partem lucri recipiat, quanti eſt ſubſiſtentia onerum, puta ſi recipiat cente-
ſimam, tamen poſſet longè maiorem partem lucri recipere, fortè dimidiam, & di-
mittat alteri omnes reliquas partes lucri, iam ſufficienter refudiſſet onus, & ſic nõ
iniquè grauaret. Et loquitur ibi impoſitione onerum ipſius periculi capitalis, &
tunc in neutraque fieret peccatum iniuſti grauaminis. Idem etiam videtur tene-
re Rich. in 4. diſ. 15. ar. 5. & q. 5. prout eum declarat idem Summerhard. q. 39.
& per hæc commemorata videtur ſufficienter probatum, quòd pactum contra na-
turalia contractus, quo alter contrahentium grauatur contra iuſtitiam commuta-
tiuam, poteſt per congruam recompenſationem refundi, vt nõ dicatur contractus
iniquus, neq; ſocietas iniuſta &c. Tunc autem dicitur fieri congrua recompenſa- 56.
tio, quando vnum eſt ita idoneum ad cõmoditatem humanã, ſicut aliud, quod eſt,
quando apud homines vnũ non plus amatur alio, & quando paſsim reperiuntur
homines, qui vnum æquè vellent ſicut aliud: & quando ſic eſt conſuetũ in multis
locis. de quo per doct. Summerhard. q. 80. in 2. dicto. 4. concluſionis. et q. 92. in
4. concluſione. & q. 94. in. 4. concluſione. & q. 96. in 3. concluſione. Conſuetudo 57.
enĩ, qua multi, & præſertim honeſti contrahunt, facit contractum minus ſuſpectũ,
ſecundũ eundem Sũmerhad. d. q. 80. in 6. dicto contra quartã cõcluſionem. Vnde
æqualitas iuſtitiæ cõmutatiuæ ſæpe ex conſuetudine innoteſcit, et quandoq; ipſis
cõmunicantibus, relinquit̃, vt penſata mutua equalitate & neceſsitate reputẽt ſibi
dare mutuò æquiualẽs, hinc inde & accipere, & ſi ſecundũ aliqd ab illa iuſtitia de-
ficiũt, tñ ſi mutuò cõtenti ſunt, mutuò ſibi volunt remittere. de quo eleganter ꝑ Io.
de Gerſo. in tract. ſuo de cõtractibus. in 11. ꝓpoſitione. & Statũ in 4. diſ. 15. q. 2. ar.
2. cuius ꝟba formalia ad maiorẽ elucidationẽ refero. Nã dicit ipſe in loco allegato,
quòd

58. quòd æqualitas iuſtitiæ commutatiuę non conſiſtit in puncto inuiſibili: quia licet
habeat quoddam medium, tamen in iſto medio, quod iuſtitiam commutatiuam
reſpicit, eſt magna latitudo, inter illam latitudinem non eſt neceſſe attingere indi-
uiſibile punctum æquiualentiæ rei & rei, quia quo ad hoc eſſet quaſi impoſsibi-
le commutantem attingere illud punctum: vnde in quocunqꝫ gradu circa extrema
fiat, iuſtè fit, & quæ ſit iſta & ad quam ſe extendat, quandoqꝫ ex l. poſitiua, quan-
doque ex conſuetudine innoteſcit, quandoque etiam relinquitur ipſis commutan-
tibus, vt penſata mutua neceſsitate reputant ſibi mutuo dare æquiualens hinc in-
de & accipere: durum eñ eſt inter homines eſſe contractus, in quibus contrahen-
tes non intendunt aliquid de illa indiuiſibili iuſtitia remittere ſibi mutuò, vt pro
tanto comitetur omnem contractum aliqua donatio. Et iſte modus concomitan-
tium eſt fundatus ſuper l. naturæ, hoc facias alteri, quod tibi vis fieri. ſatis proba-
bile eſt, quòd quando ſunt mutuo contenti, mutuò volunt ſibi remittere, ſi ſecun-
dum aliquid deficiunt ab illa iuſtitia requiſita. Ex his facilè deprehenditur, quàn-
dò dicatur fieri congrua recompenſatio.

Ex prædictis ergo ſequitur, ꝙ licet in contractu thematis pactum certę quan-
titatis et ſaluationis capitalis videantur contra naturalia ſocietatis, & continere
inæqualitatem contra iuſtitiam cõmutatiuam, tamen quando ipſi Sempronio ſit
cõgrua & ſufficiens recompenſatio ac refuſio illorum pactorum & onerum ei im-
poſitorum, tunc talia pacta non habent deprauare contractum ſocietatis. Quòd
autem in cõtractu thematis Sempronio fiat congrua & ſufficiens recompenſatio,
& per conſequens talia pacta non habeant deprauare contractum ſocietatis, ſic
deducitur: Nam ſecundùm Gerſo. in d. tract. de contractibus, in 10. attentione, in
59. moralibus attendi debent particulares circumſtantiæ, ſecundum quas variare iu-
dicium ſæpe neceſſe eſt, quemadmodum dicunt peritiſsimi medicorum, in homini-
bus ſanandis, ꝙ regulę generales traditę ſub arte vix inueniũtur particabiles abſqꝫ
exceptione, multo magis in moralibus hoc euenit, quanto plures ſunt mutationes
animorum quàm corporum. Hinc eſt quod dicit Canon in c. ſicut quædam. 14.
diſ. ꝙ multa ſunt, quæ pro neceſsitate temporum aut conſideratione ætatum tem-
perari oporteat. Et ideò Gerſon d. tract. de contractibus cõſideratione 10. dicit, ꝙ
arbitrio Legiſlatorum fas eſt, quando expedit & decet cõtractus aliquos tunc va-
lidare, tunc inualidare, pro temporum, locorum, perſonarum, & aliarum circum-
ſtantiarum variata qualitate. Sed attenſo præſenti ſtatu mercatorum, & qualitate
negociorum, temporum & locorum, prout negocia nunc ſunt, tunc mercatores, &
maximè illæ magnæ ſocietates, quæ magna cum pecunia, tum propria, tum alie-
na lucrantur, vt plurimum 12. 14. 16. & quandoqꝫ 20. interdum etiam 30. de cen-
tum in anno, & ipſimet dicunt, ꝙ multum negligens & paruæ induſtriæ ſit merca-
tor, qui minus decem in anno de centum lucretur, quod euenit partim propter ma-
gnam illam pecuniarum ſummam, cum qua negociantur, & partim propter qua-
litatem negociationum & cõmoditatem temporum ac locorũ. Si nunc opera mer-
catoris tanti valeret, quanti pecunia conſignata, tunc lucrum eſſet æqualiter diui-
dendum, ita ꝙ dimidia mercatori impendenti operam deberetur, iux. l. ſi non fue-
rint, ſæpe allegatam: ſed ſi eſt, ꝙ pecunia longè excedit operam, ideo conſignanti
60. plus lucri debetur, quàm mercatori impendenti operam: quod ſic probatur, ꝙ in
cognoſcendo quando opera æquiualet pecuniæ, tunc talis opera mercatorum de-
bet reſolui in locationem, & conſiderari, quanto locaſſet mercator operam ſuam,
ſi fuiſſet precio conductus ad exercendam huiuſmodi negociationem: et ſi tanti eſt
lucrum, quod ſibi cedere debet, quanti eſſet precium conductionis, tunc opera
æquiualet pecuniæ & lucro, prout eleganter per doct. Summerhard. q. 99. in 4.
concluſione. & q. 95. ſecundo Argu. contra 4. concluſionem. Clarum autem eſt,
quòd mercator poſſet conduci precio 200. vel 300. fortè aureorum, vel circa, ad
exercendam huiuſmodi negociationem: lucrum autem ſibi obueniens ex huiuſ-
modi negociatione longè excedit precium conductionis, ideo totum quod excedit
61. precium debet cedere conſignanti pecuniam. Hinc eſt quòd apud mercatores &

eorum

eorum ſocietates hoc obſeruatur, quòd vbi ſiunt, pecuniam debentur duæ partes
lucri, & quandoq; tres, impendenti autem operam tantûm vna pars, ita quod vbi
lucrum de centum in anno currit ad ſedecim aureos, tunc conſignanti debentur
fortè duodecim, impendenti autem operam quatuor. Tanti boni mercatores &
periti in arte negociandi arbitrati ſunt pecuniã excedere operam, & maximè cùm
ipſi mercatores nõ tantùm impendunt operam, induſtriam, ac perſonam pecuniæ
conſignantiũ, ſed etiam pecuniæ propriæ, quam habent in ipſa negociatione. Ideo
inter mercatores ſic receptum eſt, & ſic obſeruatur, vt conſignanti duo vel tres
partes lucri debeantur, impendenti autem operam tantùm vna. Et hanc iudicant
eſſe æqualitatem inter ſocios &c. Modò quando ſocius conſignans pecuniam paciſcitur
ſibi dari pro parte ſui lucri certum, puta quinq; de centum duntaxat, prout
eſt in caſu thematis, & reliquum lucri cedit mercatori impendenti operam, tunc
ſi habentur de centum 20. conſignanti cedunt quinque, impendenti autem quindecim:
& ſic impendens operam habet tres partes lucri, cùm ſibi vna duntaxat debeatur,
& conſignans habet vnam partem, cùm ſibi debeantur tres attentè valere
pecuniæ conſignatæ ad operam mercatorum, vt iam dictum eſt.

Sed quia conſignans vult habere lucrum certum, ſcilicet quinq;, nec vult ſubire
periculum pecuniæ conſignatæ, tunc in recompenſationem iſtius lucri certi, &
etiam in recõpenſationem ſuſceptionis periculi, pecuniẹ conſignatæ dimittit mercatori
impendenti operam omnes partes ſui lucri, & vult tamen ſibi dari quinque
de centum, et reliquum omnem lucrum debet ſpectare ad ipſum mercatorem, ita ꝙ
quando lucratur 20. de centum, tunc conſignãti debentur ſolùm quinq;, mercatori
autem quindecim, tanq; reliquum lucrum: per iſtud reliquum lucri ſit ſufficiens 62.
et congrua recõpenſatio ipſi mercatori impendenti operam pro lucro certo, qđ debet
dare cõſignanti, & pro ſuſceptione periculi capitalis: quod ꝓbatur, quia iſtud
reliquũ lucri æquè amatur apud homines, ſicut lucrũ certum conſignantis: & paſſim
reperiuntur homines, qui æquè vellent reliquũ lucrum incertũ mercatoris, &
ſubire omne onus & periculũ, quod ſubit mercator, ſicut lucrũ certum ipſius conſignantis:
& reliquũ lucrum eſt ipſis mercatoribus æquè idoneum ad cõmoditates
ſuas, ſicut lucrum certum ipſi conſignanti, imò plus: quia conſignantes pro lucro
ſuo certo longẹ mallent partem lucri incerti eis de iure debitam pro quantitate ſui
capitalis, & ſubire omne periculũ interitus ipſius capitalis, quàm recipere certum
lucrũ. Sed (cum venia mercatorũ) quia ipſis mercatoribus conſidere non poſſunt, 63.
qui fortè partem lucri aſsignarent conſignantibus, quã ipſi vellent, & non eis debitam,
ex quo non interſunt negotio & calculationi, nec circa negocia & cõputationes
verſantur, nec intelligunt: item quando periret capitale ex culpa mercatorũ
ſemper caſu fortuito perijſſe dicerent, ideo ne decipiantur à mercatoribus, cogunt
recipere certũ pro incerto, vt ſint in quiete, & ne quotidie moleſtentur à mercatoribus.
Præterea ſi qui ſunt, quibus confidendũ eſſet, iſti nolunt dare cõſignantibus
partem lucri, ſed duntaxat lucrum certum, & ꝙ reliquum lucri ſit ipſorũ, & ſanguine
iuncti, & nepotes vix magnis etiam precibus hoc impetrare poſſunt, vt loco lucri
certi detur eis debita pars lucri incerti. Imò mercatores putant huiuſmodi eorũ
coniunctis facere rem magnã date lucrum, & incertũ ipſis pro quantitate pecuniæ
conſignatæ debitũ pro lucro certo. Ex hoc liquidè conſtat, ꝙ reliquum lucri vltra
certum eſt mercatoribus magis idoneum ad commoditates ſuas, quàm dare quottã
lucri, & hoc videmus in effectu, quia mercatores tali cõtractu ad maximas diuitias
creſcunt, & in coëunda ſocietate (ex quo ſocietas contrahitur ad finem quæſtus &
lucri, l. coiri. §. ſocietatẽ. ff. pro ſocio) maximè conſiderari debet effectus, qui ex negociatione
& ſocietate ſequitur, ſecundũ Socynũ in cõſilio ſuperius allegato &c.
Et per ipſos mercatores generali conſuetudine ſic receptum eſt, talem contractum
non continere inẹqualitatem: ſed quòd par ſit conditio vtriuſq;: et hoc lucrum certum
non ſit melius incerto ipſius mercatoris. Quare per hoc reliquum lucri ſit ſufficiens
refuſio & recompenſatio ipſi mercatori impendenti operam, tam pro periculo
ſuſceptionis pecuniẹ capitalis, quàm etiam pro pręſtatione certi lucri & certẹ

quantitatis,per ea,quæ ſuprà latè dicta ſunt.Et ſic talia pacta nullam continent in-
æqualitatem contra iuſtitiam commutatiuam,& per conſequens non faciunt con-
tractum iniquum neq; illicitum, & ita tenet Albe. de Roſ. in dictionario litera. §.
in verbo ſocietas,in ti. addi.in agne.
Præterea licet fiat pactum in contractu thematis, ꝙ impendens operã ſubeat
periculum pecuniæ capitalis, tamen in veritate iſtud pactum nihil releuat Titium
conſignantẽ, & perinde eſt ac ſi illud pactum non interueniret, & Titius cõſigna-
ret pecuniã ſub ſuo periculo,quod ſic deducitur.Nam raró euenit, ꝙ talis pecunia
capitalis perdatur caſu fortuito, ſed plerunq; capitale perditur ex negligẽtia & in-
diligentia impendentiũ operã, qui nimis indiſcretè ſe habent negociando.iuxta il-
lud Eccleſi.27.difficilè eximit negocians à negligentia,quandoq; nimis ſplendidè
& ſumptuoſè viuendo, ac inſolita negocia & nimis periculoſa ſæpè aggrediendo,
prout refert etiam Summerhard.q.93.in ſecũdo corollario. Vnde pleriq; prouidi
mercatores negocia ſua tam prouidè agunt, vt periculum caſus fortuiti,quaſi ni-
hili ęſtiment:ideo iſtud periculũ caſus fortuiti,quod imponitur impendenti operã
64. ex pacto,tanq; de raró contingentibus,nõ eſt ita conſiderabile,iuxta l. nam ad ea.
ff.de legibus.vbi ad ea potius debet applicari ius,quæ & frequenter & facilè,q̃ ad
65. ea quę perraró eueniunt. Periculum em̃ æſtimatur ſecundũ cõmuniter accidentia.
l. neq; natales.C.de proba.cum ibi notatis.per quæ iura ſic etiam arguit Socynus
in præallegato conſilio. Quando aũt capitale perit negligentia & leui culpa ſocij
impendentis operam, tunc perit ſuo & nõ conſignantis periculo. d.l.ſocius ſocio.
ff. pro ſocio, cũ concordan.Sed quia periculũ caſus fortuiti eſt de raró cõtingenti-
66. bus,ideo etiam inconſiderabile:ſed ſit vel raró vel ſæpe cõtingens: hoc verum eſt,
quod pereat capitale qualitercunq;,tũc ſemper perit conſignanti,& nunq; impen-
denti operã,ob decoctionem ſatis frequentẽ & periculoſam ipſorum mercatorũ &
iſtud pactum ſaluationis capitalis eſt ſolùm vna palliatio ex parte vtriuſq; tam cõ-
ſignantis,q̃ recipientis: ideo multi nõ curant apponere hoc pactũ,nec vllã faciunt
mentionẽ in cõſignanda pecunia,cuius periculo capitale perire debeat, quia ſciũt
hæc nihil releuare: nam cõſignantes pecuniã ſciunt à principio cõtractus ſe opor-
tere ſubire periculum decoctionis:tamen ob quendam terrorẽ ipſis recipientibus,
& vt eò diligentiores & cautiores ſint in negociãdo,& minus fraudem cõmittant,
apponunt hoc pactum palliatum: recipientes aũt pecuniã inducunt hoc pacto cõ-
ſignãtes ad magis ſibi confidendũ,quia pecunia ſit eis ſalua, & tñ in veritate ſi pe-
riret qualitercunq; non intendunt reſtituere. Nam interim, ꝙ mercatores bene lu-
crantur & bene eis cedit & capitale,quãdo petitur,interim ꝙ adeſt &c. Sed quan-
67. do vel indiligentia eorũ vel lata culpa ex ſplẽdido ſumptu, vt plerunq; fit,vel caſu
etiam aliquo fortuito,quod tamen rariſsimè contingit lucrũ,vel ceſſat,vel minuit,
vel in capitali aliquam iacturã timent, vel ſubire incipiunt, ita ꝙ vltra quantitatẽ
debitam ſocio,ſcilicet quinq; de centum,nihil vel parũ lucri ſupereſt, vel patiendo
iacturam in capitali credidoribus ſatisfacere & fidem ſeruare non poſſunt, tunc
(ſalua venia mercatorum) non reſtituunt capitale,ſaluum,vt pacti ſunt, ſed pecu-
niam, quam ex omnibus mercibus colligere poſſunt,clam accumulantes, ad aſylũ
aliquod confugiunt, creditotibus fidem præſtitam fallunt & decoquũt, & quia in
conſignando non ſit aliqua cautio neq; fideiuſſoria,neq; pignoraticia, ſed pro ca-
68. pitali dantur literę trium literarũ,ſub ſigno mercatorio,ideo conſignanti tunc per-
ditur lucrũ cum capitali,cum ipſis mercatoribus, adhuc tñ pecuniarum ſæpe clam
ſupereſt, vt conſignanti nedum capitale, ſed etiam quantitatem lucri reſtituere &
69. multis creditoribus ſatisfacere poſſent, ſed,quia omnibus fidem fortè ſeruare non
poſſunt,huiuſmodi pecuniam abnegantes,ſe decoxiſſe & nihil ſupereſſe dicunt,de
quo in aliquo ſatisfaciant, cùm tamen in veritate plus pecuniarum clam retineãt,
quàm habuerint antequam negociari inceperunt. Cum qua conſignantibus &
creditoribus ſæpe panem doloris manducantibus, ipſi adhuc ſuas voluptates &
laſciuias exercent. Et iſtud non eſt de cõtingentibus, vt raró, ſed de cõtingentibus
vt multũ, & quotidie hoc paſsim vbiq; à multis fieri videmus, ita ꝙ quantũcunq;
conſignans

conſignans pecuniam paciſcitur ſibi eſſe ſaluum capitale, tamen qualitercunq; pe-
reat, ſiue culpa mercatoris, ſiue caſu fortuito, nunquam ſibi eſt ſaluum, vel reſtitui-
tur. Quid igitur releuat pactum? Vnde ſi interuenit aliqua inæqualitas, reſpectu
periculi capitalis, tunc illa eſt ex parte mercatoris impendentis operam & non
conſignantis. Quia impendens operam ſæpe lucratur octo, decem aut quindecim
de centum, cùm conſignans lucratur duntaxat quinq;, & nunquam plus, & capita-
le qualitercunq; pereat, ſiue culpa impendentis, ſiue caſu fortuito, tunc impendens
operam ſurgit & decoquit, vt ſuprà dictum eſt: & ſolus conſignans ſuſtinet peri-
culum. Nónne magna hæc eſt inæqualitas, cùm conditio mercatoris longè melior
ſit conditione conſignantis, quòd mercator nunquam ſentit aliquod damnū, ſed
ſolum lucrum ceſſans, nec illud quidem: quia decoquendo plus retinet, quàm ha-
buerit cùm negociari inciperet, cùm conſignans ſemper ſit in timore & periculo
perdendi capitale cum lucro propter decoctionē. Et ſępe ob anguſtiam animi no-
ctes ducit inſomnes, vt nouerunt quibus hęc contingunt, cùm mercatores & eorū
familiares tanq̄ mercenarij reliquo lucro, vltra quinq; conducti, ſuas ſortè volu-
ptates quærunt, iuxta illud Io. decimo: Mercenarius, cuius nō ſunt oues proprię,
fugit, quia mercenarius eſt, non pertinet ad eum cura de ouibus. Sed quia impen- 69.
dens operam cùm decoquit, ſaltem etiam operam ſuam perdit, et euenire poteſt, vt
quū vix quinq; vel nihil lucretur de centū, et nihilominus cōſignanti det ſua quin-
que, vel decoquens in ea ſit honeſtate, vt capitale & lucrum reſtituat, quantum fa-
cultates ſuæ ſe extendunt, etiam ſi nihil ſibi remaneat, ita vt ſumma ægeſtate eum
laborare oporteat, vel in totum mendicare. Ideo attento hoc caſu poſsibili fortè ex
parte impendentium operam, tale pactum æqualitatem continere poſſet. Sed certè 70.
iſta adeo rariſsimè cōtingunt, vt ſint phœnice rariora, & monſtro ſimillima: vnde
quæ ſemel aut bis contingūt, cōtemnunt legiſlatoris. d. l. nam ad ea. ff. de legibus.
Poſtq̄ enim mercatori hoc ſemel aut bis cōtingit, quod nō conſequitur lucrū vltra
quinq;, vel omnino nihil, iam eſt decoctioni propinquū: & niſi ſuperueniat aliqua
fortuna, ſtatim decoquit, & perditur cōſignanti lucrum cum capitali. Hæc eſt iam
cōmunis obſeruantia mercatorū, & quilibet conſignans habet timere hanc deco-
ctionem, etiā quantumcunq; diligenti & fideli mercatori conſignet pecuniā ſuam.
Hinc eſt, ꝙ mercatores ſæpe tam intrepidè aggrediuntur res magnas: quia ſi non 71.
bene cedit, vel negligentia vel culpa eorum, aut caſu aliquo fortuito, tunc ipſi re-
tenta pecunia pro eorū ſuſtentatione decoquunt, et omnis pecunia ipſis conſigna-
ta perit conſignantibus: quare mercatores nullum ſubeunt periculū pecuniæ cō-
ſignatæ, ſed ſoli conſignantes. Ex hoc apparet clariſsimè, ꝙ pactum factum de ſal-
uando capitali per conſignantem nihil releuat, & perinde eſt, ac ſi nō fuiſſet inter-
poſitum: quia in effectu talis pecunia conſignata eſt ſub periculo conſignantis, &
ſibi perit, & non mercatori, qualitercunque etiam pereat.

Quòd autem talis contractus valeat, vbi ſit pactum certæ quantitatis, putta
quinq; de centū, ipſi conſignanti, & pecunia conſignata ſit periculo cōſignantis, vt
eſt in caſu thematis, ſicut iam ꝓxime oſtēſum eſt, hoc ꝓbatur multipliciter: primò,
quia ex quo conſignans ſubit periculū capitalis propter decoctionem, tūc ratione 72.
iſtius incertitudinis ille contractus dicitur validus, iuxta l. ſi ea l. C. de vſuris. & c.
in ciuitate. eo. ti. cum ibi notatis. Conſignans enim non ſpectat in hoc contractu
duas cōmoditates, ſicut in mutuo, videlicet lucrum & capitale: quia mercatore de-
coquente, ſæpe perdit vtrumq;. Hinc eſt quod dicit Antho. in ſumma, in 3. parte.
ti. 8. c. 3. §. 1. ꝙ ratione periculi decoctionis licitè poteſt aliquid recipi. Et idē ſentit
in 2. parte ſummę. ti. 1. c. 2. §. 3. 4. Secundò, quia nullo iure cauetur, ꝙ certitudo lu- 73.
cri ſit de genere prohibitorum, ſecundū Bal. in c. 1. in vlti. colum. de iureiurando.
quem refert & ſequitur Summerhard. q. 83. 13. arg. in 2. colum. Ideo ſecundū eun-
dem Summerhard. q. 82. in prima concluſione. colum. quinta, licitum eſt quærere
certitudinem & ſecuritatem lucri, etiam magnam et maiorem alea, dūmodo ſit hu-
mana, & nō per vias prohibitas. Quare licet regulariter certum ſit melius incerto, 74.
tamen hoc verū eſt cæteris paribus; vbi aūt cætera nō ſunt paria, quod eſt, quando

ſit congrua recõpenſatio iſtius incertitudinis, prout in caſu thematis, vbi per reli-
quum lucri vltra quinq; etiam pro ſuſceptione periculi capitalis ſit ſufficiẽtiſsima
recõpenſatio ipſi mercatori, tunc certum non eſt melius incerto, vt per doct. Sum-
merhard. q. 96. in 3. concluſione. Hinc eſt, q̃d dicit tex. in d. l. ſi margaritam. ff. pro
ſocio, ꝙ in ſocietate valet pactum certæ quantitatis lucri, prout in pręcedentibus
latius dictum eſt. Et ſequitur Socynus in præallegato conſilio 265. dicens, quòd
quando pars lucri eſt certa, per hoc nõ deſinat eſſe ſocietas. Alle. §. de illo. Inſti. de
ſocietate. Imò in caſu thematis certum non eſt melius incerto, ſed potius econtrà:
quia lucrũ incertum plus amatur ab ipſis mercatoribus, quàm lucrum certũ à con-
ſignantibus, vt oſtenſum fuit in præcedentibus. Tertiò probatur: quia per hoc pa-
ctum lucri certi inducitur quædã venditio, quæ miſcetur contractui ſocietatis, ita
ꝙ lucrum incertũ, quod aliàs deberetur conſignanti, puta dimidia, aut duæ vel tres
partes lucri, prout conuentũ eſſet inter ſocios, vendatur per cõſignantem ipſi mer-
75. catori pro lucro certo, ſcilicet quinq;. Et ꝙ iſta ſpes lucri incerti vendi poſſet, eſt
tex. in l. ex empto. §. ſi. cum l. ſequenti. ff. de ac. empti. vbi iactum retis à piſcatore,
vel Panthera ab aucupe vendi & emi poſſunt, de quo latè per Bar. in l. cotem. §.
qui maximos. ff. de publica. Si modò ſpes lucri incerti vendi poteſt tertiò, dicta l.
ex empto. ergo etiã ſocio à paritate rationis. ita in terminis dicit & tenet d. Sum-
merhard. q. 96. in prima & ſecunda concluſione. pro quo facit dic. Scoti in 4. diſt.
76. 15. q. 2. ar. 28. ꝙ quilibet iuſtè poteſt vendere induſtriam ſuam, & licet appelletur
lucrum & non pretium, hoc ideo eſt, quia conſignanti datur loco lucri, ꝙ debuiſſet
ei ceſsiſſe, & hoc precium habet conſignans vltra capitalem pecuniam ſocialiter
cõmunicatam ex venditione iuris ſui incerti, & lucri quod habuit in ſpe, ſecundũ
eundem Summerhard. loco iam allegato. Nec per hoc, ꝙ huic contractui ſocietatis
admiſcetur alius contractus, ſcilicet venditionis, reſpectu pacti lucri certi: talis cõ-
77. tractus ſocietatis dicitur illicitus, quia cõtractus mixtus ex duobus licitis ex gene-
re, etiam eſt licitus ex genere, ſecundũ Summerhard. q. 99. 7. concluſione, in fine.
Nec per tale pactum deſinit eſſe contractus ſocietatis, quia in ſocietate poſſunt in-
teruenire duæ obligandi formæ. l. duo ſocietatẽ. ff. pro ſocio. l. ſi quis cùm aliter.
de verb. obli. Bal. in l. iuriſgentium. §. quinimò. ver. pacta conuenta. ff. de pa-
ctis. Ideo licet iſte cõtractus ſit in ſe contractus ſocietatis, tñ ratione iſtius pacti lu-
78. cri certi dicitur venditio: nec per hoc inualidatur, quo ad reliqua contractus ipſius
ſocietatis, quia vbi apponitur pactum in aliquo contractu, quod etiam eſt contra
naturam iſtius contractus, tamen ad ſuſtinendum talem contractum fieri debet in-
terpretatio alterius cõtractus, reſpectu iſtius pacti, ꝑut notat Panor. in c. 1. de cõ-
modato. & in c. inſinuãte, qui clerici vel monachi. Summerhard. q. 33. in 2. ſuppo-
ſitione. & idẽ Sũmerhard. q. 81. primo corollario, vel dicit, ꝙ pacta, quę poſſunt
tranſire in ſpeciẽ alterius cõtractus, nõ inualidant cõtractũ, neq; faciunt eũ illicitũ.

Ex quo ergo contractus thematis conuenit deſinitioni ſocietatis, & in eo in-
teruenitunt ſubſtantialia & eſſentialia ſocietatis, quæ faciunt ſocietatem eſſe, licet
pacta lucri certi & ſaluationis capitalis videantur cõtra naturalia ſocietatis, tamẽ
ex quo talia pacta contra naturalia ſocietatis nõ auferunt eſſentiam ſocietatis, ita
ꝙ propter talia pacta appoſita contra naturalia cõtractus thematis non deſinit eſſe
ſocietas. Ex quo etiam iſta pacta, quæ videntur continere inæqualitatem cõtra
iuſtitiam cõmutatiuam, licet videãtur facere ſocietatem impuram, tamen non ha-
bent deprauare ſocietatem iniquam & illicitã, propter ſufficientem refuſionem &
congruam recompenſationem onerum impoſitorũ ipſi Sempronio, per dimiſsio-
nem reliqui lucri vltra quinq;, per quod aufertur illa inæqualitas, & maximè ex
quo pactum ſaluationis capitalis in effectum & veritate non interuenit, ſed ſem-
per & in omnem euentũ Titius conſignans huiuſmodi periculum interitus expe-
ctare habet. Et pactum certę quantitatis nullo iure prohibitum: ſed potius permiſ-
ſum, & maximè reſoluendo in emptionem, prout omnia in ſuperioribus oſtenſa et
latè deducta ſunt. Tunc ſequitur, quòd talis contractus ſocietatis eſt licitus. Et his
oĩbus attẽtis, boni viri & boni ac periti mercatores in arte negociãdi arbitrati ſunt

talem

talem contractum, de quo in themate, eſſe licitum: & longa et inueterata conſuetu-
dine talis cõtractus inter eos tanꝗ̃ licitus receptus eſt. Quæ cõſuetudo ſola ab ini- 79.
qua etiã & ſiniſtra ſuſpicione talem contractũ excuſare videtur, ꝓut notat Sum-
merhard. q. 80. in quarto dicto, quintæ concluſionis, & infrà latius dicetur.

Clarum autem eſt, ꝙ in contractu ſocietatis circa partes lucri & dãni, & circa 80.
eius æqualitatem & inæqualitatẽ, & per conſequens circa eius validitatem boni
viri arbitrari habent. l. ſi coita. cum l. ſequenti. l. in propoſita. ff. pro ſocio. vbi in
contractu ſocietatis arbitrium boni viri ſequendum eſt. per quem tex. dicit Cynus
in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione. & dominus Bar. Socynus in præallegato con-
ſilio, ꝙ in materia ſocietatis plurimum verſatur æquitas, ſecundũ arbitrium boni
viri. idem ſentit S. Tho. in 4. diſ. 15. Sũmerbard. q. 93. 4. corollario. Nec eſt intelli-
gendum, ꝙ talis bonus vir debeat eſſe iudex cõpetens, ſed eſt mercator & peritus
in arte negociandi. argu. l. ſeptimo menſe. cum ibi notat. ff. de ſtatu hominũ. Nam
perito in arte ſua credendũ eſt. l. 1. §. ſi. cum ibi notat. per Bar. & doct. ff. de ventre 81.
inſpi. Et ita etiam ſentit dñs Socynus in allegato conſilio. idem Tho. de Argentina
in 4. diſ. 15. dicens, ꝙ in dubio, quando nõ poteſt certò cõſtare, an mercator fuiſſet
lucratus vel perdidiſſet, tũc ſtandũ eſt arbitrio boni & experti viri. Et in tali pun-
cto exiſtimant, ꝙ fidelis & iuſtus mercator melius poſſet iudicare, quàm vnus ma-
gnus clericus: quia ipſe melius ſciret ponderare conditiones & circumſtantias fa-
cti illius tendentis ad lucrum, vel ad perditionem, vel ad menſuram debitam. Idem
ſentit Summerhard. in ſuo tract. q. 89. in ſecundo corollario, quia circa locationẽ
& conductionem animalium & eius æqualitatem melius nouit vir ruſticus, ruſti-
cæ rei gnarus & expertus, quàm doctor ſcholaſticus, ruſticarũ rerum inexpertus.
Et idem etiam Scotus in loco præallegato, cõmutantibus, hoc eſt, ipſis negocian-
tibus eſſe relinquendũ, vt ibi latius. Et ꝙ talis contractus, de quo in themate, ſit li-
citus, tenet in primis vltra ſuperius deducta Panor. in allegato cõſilio 77. in primo
volumine, dicens, ꝙ iura nullibi admittant in contractu ſocietatis diſparitatem, ſi-
ne iuſta & legitima ac rationabili cauſa, ergo ea interueniente illa diſparitas inter-
uenire poteſt. Quæ autẽ poteſt eſſe iuſtior & rationabilior cauſa diſparitatis lucri,
quàm congrua recompenſatio & refuſio iſtius diſparitatis & inæqualitatis? Vnde
ſi bene ponderantur verba Panor. ibi, tunc Panor. eſt in ea ſententia, ꝙ vbi ſit cõ-
grua refuſio inæqualitatis, tunc tale pactum nõ habet vitiare ſocietatẽ. Hoc etiam
ſentit Phi. Corneus in repetitione l. ſi paſcenda pecora. C. de pactis. dicens valere
pactum, ꝙ conſignans pecuniam non ſentiat damnum, quando impendens operã 82.
recipit congruam recompenſationem reſpectu lucri, adeò ꝙ lucrum conſignantis
non ſit maioris æſtimationis arbitrio boni viri, quàm ſuſceptio periculi, prout col-
ligitur ex dicto conſilio dñi Bar. Socyn. Et iſto caſu putat etiam procedere opinio-
nem Hoſtieñ. in ſumma de vſuris. §. an aliquid. vbi expreſsè tenet tale pactum va-
lere, quo impendens operam ſubit periculum pecuniæ capitalis. Hoc idem tenet
Io. An. in c. per veſtras. per illum tex. de dona. inter vi. & vx. quem ad hoc pro no-
tabili et ſingulari exclamat Panor. ibi. & Iacobus de Arena in l. 1. C. pro ſocio. idẽ
tenet valere pactum, vt ponenti ſit capitale ſaluum, per tex. in l. cum duobus. §. in
coeunda. quem ibi refert Bal. ff. pro ſocio. Raphael Fulgo. in d. l. ſi non fuerint. §.
coiri. videtur etiam in ea eſſe ſententia. Nam dicit ibi, ꝙ per illũ tex. putauit iuſtè
factum, vt fiat pactum, quòd capitale ſit ſaluũ, tamen quia intellexit maximè apud
Canoniſtas hoc pactum eſſe vſurarium. Ideo ex tunc deſtitit, ſed non inuenerit in
iure cautum, niſi iſtud dictum per glo. in d. c. plerique. 13. q. 3. Ecce tale dictum
glo. non eſſe iure cautum, ſed potius contrarium, per dictum §. coiri. Hoc idem
etiam tenet doct. Summerhard. q. 96. & q. 97. dicens pactum lucri certi, & pa-
ctum ſaluationis capitalis, quando ſit congrua recompenſatio, non continere in-
æqualitatem, neque deprauare cõtractum ſocietatis, niſi in quantũ habet ſpeciem
mali. Quòd autem contractus thematis nullam etiam ſpem mali habeat, patebit
clarè ex infrà dicendis.

Sunt tamen aliqui, de quo per Panor. & alios in dicto c. per veſtras. de dona.

inter virum & vxor. & per doct. Summerhard.q. 89. in fine noni caſus, & q. 93.
primo corollario ſecundæ concluſionis, & tota q.91.qui volunt dicere,ꝙ vbi im-
ponitur pars periculi impendenti operã, tunc talis cõtractus valeat, ſecus vbi im-
ponitur totũ periculum, quia tunc talis contractus habet ſpeciem mutui &c. Ego
83. autem non poſſum intelligere differentiã inter partem et totum, quia ſi valeat pa-
ctum de parte lucri, ergo etiam de toto. Nam bonum eſt argu. de parte ad totum.l.
quæ de toto.ff.de rei vendica.per Bal.in l.maximũ vitium.in penul.col.ad finem.
ver.quinto arguendo.C.de liber.præteritis. cũ concordan. & ſi abeſt ſpecies mu-
tui in parte periculi, ita etiam abeſſe debet in toto, per regulã allegatam. Ideo iſtud
dictum doctorũ nõ videtur poſſe ſubſiſtere, habes ergo, cõtractus thematis eſt cõ-
tractus ſocietatis validus & licitus: nec eſt cõntractus mutui, ergo non vſurarius:
84. qa in ſolo mutuo interuenit vſura & ſedes vſuræ, q̃d eſt mutuũ, de quo per Io. An.
in regula, peccatũ, de regulis iuris, per doct. in c. ſi de vſuris, per Alex. de Hales in
3. parte ſummæ. q. 66. in 1. mẽbro. & d. Sũmerhard. q. 22. & q. 83. 2. ꝓbat. & dicit
Gerſon in tract. de cõtract. ꝓpoſitione 3. ꝙ licet aliâs cõtractus ſit, quantũcunq; il-
licitus, etiã peior ꝗ vſurarius, tñ ſi nõ eſt cõtractus mutui, nõ poteſt dici vſurarius.

Et ꝙ contractus thematis ſit licitus, probatur ne dum ex his, quæ ſuprà abun-
dè deducta ſunt, ſed etiã ex his, q̃ ſequũtur. Nã cõtractus thematis nõ eſt expreſſa
lege diuina prohibitus, neq; expreſſa determinatione Eccleſię, quia nuſq̃ continet
in lege diuina, ꝙ non licet cõtrahere ſocietatẽ cum pacto lucri certi & ſaluationis
capitalis: neq; etiã aliqua epiſtola decretali vel determinatione Cõcilij aut Eccle-
ſię talis cõtractus ꝓhiberetur: ſed de hoc cõtractu dubitatur apud doct. & multi in
ea ſententia ſunt, quòd ſit ſocietas ſimulata, & non vera retribuens, ſcilicet lucrum
certum & ipſum capitale, ſicut in mutuo, & ideo ſit contractus mutui vſuratij ſal-
tem ſictus, & præſumptus, & mutuum apparens &c.

Sed pro contraria opi. ſtringũt rationes ſuperius deductę, quibus oſtenditur,
ꝙ per talia pacta non mutantur eſſentialia ſocietatis, & ipſa ſocietas, imò talia pa-
cta non faciant talem ſocietatem iniquam & iniuſtam: quibus rationibus accedũt
autoritates doct. ſcilicet Panor. Phi. Cornęi. Hoſti. Io. An. Iaco. de Arena. Rapha.
Fulgo. & Conradi Sũmerhard. in locis ſuprà allegatis, vbi tenent talia pacta fieri
poſſe modo quo dictum eſt. Accedat ad hęc etiam autoritas multorum Theologię
& Canonũ doctorum viuentiũ, quos ſuper hoc contractu conſului, qui reſponde-
runt, ꝙ attenta qualitate negociorũ, prout nunc ſunt, & ſingulis circumſtantijs ſu-
prà deductis, puta refuſione inæqualitatis & conſideratione periculi decoctionis,
& alijs conſideratis, ſe credere talem contractũ eſſe licitum: & aliqui ex eis paſsim
filijs confeſsionũ tanq̃ licitum admittunt. Sed ſic eſt, prout refert Gerſon allegato
tract. de contract. decima attentione, ꝙ doctores viuentes non minorẽ habent au-
ctoritatẽ doctrinaliter exponẽdi ſacram ſcripturã vel interpretandi iura, ꝗ mortui,
& qui non ſcripſerunt, quàm qui ſcripſerunt: quia iſti ſæpius magis attendere poſ-
ſunt circũſtantias particulares, ſecundũ quos variare iudiciũ ſæpe neceſſe eſt. Ac-
cedat & tertiò iſta generalis cõſuetudo & obſeruãtia in tota fere Chriſtanitate: qa
multi boni viri & intemeratæ conſcientiæ homines taliter contrahũt, credentes ta-
lem contractũ eſſe licitũ, & paſsim à cõfeſſoribus abſoluunt, & magna pars populi
opinatur hũc contractũ in concilio Conſtantieñ. eſſe admiſſum, licet etiã reperiã-
tur aliq, qui de validitate iſtius contractus dubitant, & nonnulli putant eſſe vſura-
riũ. Quare ratione iſtius generalis cõſuetudinis & obſeruantię iſte contractus mi-
nus ſuſpectus videtur, per notata doc. Sũmerhard. in ſępe allegata q. 80. 6. dicto. 4.
85. cõcluſ. & ſecundũ Gerſon. in d. tract. ꝓpoſitione 16. vbi in cõſtitutionib⁹ poſitiuis
tolerantia ſuperiorũ & cõſuetudo patriæ faciũt ceſſare legẽ poſitiuã. vt ibi latius ꝑ
eum. Et idem ſentit Antho. in ſumma. ti. 3. c. 10. §. 1. Si modò tantũ operatur con-
ſuetudo & cõmunis obſeruantia in expreſſa l. poſitiua, quãto magis in his, in qui-
bus doctores dubitant, et nuſq̃ nec expreſſa nec implicita l. diuina, nec interpreta-
86. tione Eccleſiæ reperitur ꝓhibitũ: Quod ẽm eſt explicitè contra determinationem
Eccleſiæ, eſt implicitè cõtra legẽ diuinã & ſcripturã ſacrã, ſecundũ Sũmerhard. q.
centeſima,

centeſima. §. 2. arguitur cõtra. Vnde dicit Gerſon in loco allegato, cõſuetudinem
generalẽ excuſare populũ à peccato, in his q̃ nõ ſunt lege diuina ꝓhibita, &c. Ad
quæ bene faciunt q̃ infrà dicentur in 2. parte de hoc & his quæ ꝓximè ſequuntur.

Præterea in moralibus & via virtutum ac morũ ſic eſt, quòd vbi aliquid ex-
preſſa lege diuina vel determinatione Eccleſiæ nõ eſt prohibitũ, ſed de hoc ſunt o-
piniones apud doctores, tunc bona conſcientia poteſt quis tenere vnã partẽ alicu- 87.
ius opinionis, & ſecundũ eam operari, & maximè illã quæ pro ſe habet notabiles
rationes. & doct. ita tenet Antho. in Summa. in prima parte. ti. 3. c. 10. §. 10. vbi re-
fert Alber. Magnũ dicentẽ, ꝙ frater ſimplex vel quilibet homo cum ſalute poteſt
ſequi in cõſilijs quamcunq; opinionem voluerit, dũmodo alicuius doctoris magni
opinionẽ ſequatur. Addunt etiam ibi Guil. & Ro. tenẽtes, ꝙ in apicibus iuris, vbi
dubitant etiam ſapientes, excuſabilis ſit ignoranta. Vnde ſi aliquis bona fide partẽ
illam vel illã elegit, nõ debet ſuper hoc habere conſcientiã nimis ſcrupuloſam. Al-
legat etiã Vlricũ in Sũma dicentẽ, ꝙ ſi quis de aliquo agendo dubio magis peritos
conſulat, de quo nullã habet expreſſam autoritatẽ, vtrũ ita ſit vel non, dũmodo for
met ſibi bonã conſcientiam, etiã ſi res aliter ſe habeat, quàm id quod ſentit, & quod
ſibi conſultum fuerit excuſatur: quia fecit quod potuit, & Deus non plus requirit.
Idem tenet Gerſon in tract. de cõtractibus 1. 3. propoſit. dicens, ꝙ nõ quodlibet du
bium facti vel iuris ſufficit ad cauſandum peccatũ mortale. ponens ibi exemplum
de muliere maritata, incipiente per nouam informationẽ dubitare, an attineat viro
in gradu ꝓhibito &c. Vbi ſubiũgit, ꝙ vbi dubiũ ſit apud doct. aliquos ex vna par- 88.
te, ꝙ hoc poſsit agi, dicentibus alijs oppoſitũ fieri debere tunc, cùm doctores diſſen
tiunt, etiã in materia fidei licitũ ſit ante determinationẽ Eccleſiæ ſæpe tenere vnam
partem vel alteram: quia in moralibus ſufficit probabilis certitudo, vel cõiectura:
quia alia certitudo ſine reuelatione non habetur. Et ideo ſecundũ Ariſtot. ſumen-
da eſt certitudo groſſe. & figuraliter, quæ certitudo non remouet in vna parte oẽm
probabilitatẽ vel opinionẽ alterius partis; licet magis declinet ad iſtam vel aliã, q̃d
ſufficit. Imò ſcrupuloſis & formidoloſis ſæpe conſiliũ eſt in oppoſitis agere, præſer
tim ex imperio & conſilio doctorũ, ideo conſiliũ eſt, ꝙ in materia morali nõ ita le-
uiter aſſeratur, aliquid eſſe mortale peccatũ, dum aliquis doct. dat cõſiliũ ſuper ali-
quo actu, quod nõ fiat. Cùm enim ambulemus per fidem in ænigmate, nec per ſpe-
ciem videamus, opus eſt autoritatibus & rationibus probabilibus in materia mo
rali credere, in qua ſufficit moralis certitudo, ſecundum Summerh. q. 83. 84. præ-
dictæ igitur autoritates.

Præterea ſecundum eundem Summer. q. centeſima, in fine ſecundæ conclu-
ſionis, in credendo ſic eſt, quòd ſi eſt aliqua propoſitione theologica ſententia de
aliquo credibili, de quo eſt dubium apud doct. an ſit vera vel falſa, nec habeatur ad
hoc ſcriptura canonica ſufficiens pro ſua veritate vel falſitate oſtendenda, nec ſit 89.
ſuper ea aliqua determinatio Eccleſiæ, licitum eſt alicui eam credere & ei adhære-
re, ſecundum illam opinionem, quæ videtur ſibi probabiliter, ita quòd etiam ſi in
ſe eſſet falſa, non peccaret eam credendo. Si ſecundũ gratiam ſibi datam à domino
facit, quod in ſe eſt, vt ſibi innoteſcat veritas eius vel falſitas, dũmodo paratus ſit,
quòd ſi oppoſitum determinaretur, nollet adhærere illi opinioni, ſed alteri. Et ſi-
cut eſt in credendo, eadem ratio etiam eſt in agendo, ſecundum eundem Summer-
hart. ibi, &c. Item quando actus eſt ex parte rei illicitus, & agens credit illum lice-
re, & ſecundum gratiam ſibi datam à domino, facit quod in ſe eſt, vt ſibi innote-
ſcat, puta cùm ſit literatus, examinat cauſas adhærentiæ illius opinionis, quæ
eam iuſtificat, & cùm videant ſibi magis p̃gnantes, ipſe bona fide & ꝓbabili cõſci-
entia agit eum vt licitũ, tunc ignorãtia, qua ignorat eũ illicitũ eſſe, eſt ſibi inuinci-
bilis, fecit eñ quãtũ potuit & debuit ꝓ ſciẽdo, ſi eſſet licitus vel nõ, nec ſibi innotu-
it, ideò excuſat à peccato. Similiter ſi nõ eſt literat⁹, ſed fortè neſcit veritatẽ opinio- 90.
nũ, ſed credit nõ eſſe dubiũ qn ille actus ſit licitus, vel ſi audit eſſe varietatẽ opinio-
nũ, & de hoc quæſiuit literatos, & probabili ac bona & quieta conſcientia adheret
illi opinioni, quæ iuſtificat talẽ actũ, fortè ob autoritatẽ ſui prælati vel cõfeſſoris

aſſecurantis eum de illo actu, tunc dicitur eſſe in ignorantia inuincibili, dummodo tamen paratus eſſet eum omittere, ſi conſtaret ſibi, quòd eſſet illicitus: fecit enim q̄d in ſe eſt, & ideo excuſatur à peccato, ſecundum eundem Summerhart. in loco allegato. Ille enim dicitur in ignorantia inuincibili, qui facit quod in ſe eſt, vt ſibi noteſcat veritas, & non quin falli poſsit, aut quòd ex ea neceſſe ſit tunc operari: ſed quia operans ſufficienter, ſecundū caſus euentum diligentiā appoſuit ſciendi illud, quod neſcit, ſecundum Gerſon. & Summerh. in locis allegatis. Quis autem dicitur facere quod in ſe eſt, hoc non poteſt definiri certa regula: ſed ſecundum doct. ſuffi-
91. cit tantā diligentiā facere, quantā quis faceret in re ardua, quæ ſibi multū eſſet cordi, prout ſolet dici in diſcuſsione conſcientiæ tēpore confeſsionis, de quo per Scotum & alios in 4. nec oportet facere tantam, vt maiorem facere non potuiſſet, ſed ſufficit quantam talibus ſolet adhibere. Hæc colliguntur ex doct. Summer. q. centeſima per diſcurſum iſtius quæſtionis. Vnde in caſu thematis poſſemus dicere eum facere quod in ſe eſt, qui viſitat diligenter prædicationes, conſuluit ſuper hoc facto ſuo confeſſores, & prudentes ac doctores peritiores loci, vbi moratur: fecit enim quod potuit: & ideo videtur in ignorantia inuincibili, quia Deus non plus requirit. Vnde ſecundum Anthon. & Summer. in locis allegatis, confeſſor maximè ordinarius poteſt taliter contrahentē abſoluere, quia talis nō dicitur peccare propria temeritate, nec etiam ratione rei actæ vel actus acti, quia licet actus ſit in ſe illicitus, tamē non debet ſibi imputari ex quo fecit quod in ſe eſt, etiam ſi talis confeſſor probabiliter eſſet de opinione illa, quæ damnat illum actum per rationes, per doct. Summer. ibi adductas: quia ſecundum Gerſonem in prima regula morali, culpabilis ignorantia iuris diuini nō cadit in facientem quod in ſe eſt: quia talis ignorantia excuſat, non tamen craſſa vel ſupina, quæ prouenit ex negligentia ſciendi vel faciendi quod in ſe eſt. Idem tenet Goff. de fontibus in quodlibeto nouo, quòd in opinionibus contrarijs, quæ tolerantur ab eccleſia, debet confeſſor ſaltem ordinarius abſoluere, tamen debet proponere confitenti, quòd bene ſtudeat de hoc ſe ipſum per prudētes informare, eò quòd ſit opinio apud doct. Et ratio eſt, quia ex quo Eccleſia non damnat illum actum, igitur nec ipſe debet ita damnare, vt deneget abſolutionem, ſubiungens, quòd confeſſor debeat ipſum hortari ad abſtinendum à tali actu de cætero conſulriuè, non tamen q̄ ſit neceſſarium abſtinere
92. ab illo, &c. Et ideo Hoſtieñ. c. ſi vir. cum c. ſequenti. de cogna. ſpiri. dicit, quòd vbi ſunt diuerſæ opiniones & diuerſa iudicia, ſemper humanior eſt præferenda, & æquior concordat. c. fi. de tranſac. & l. benignior. ff. de legibus. & l. ſemper. ff. de re-
93. gulis iuris. Vnde dicit Menaldus, quem refert Summer. q̄ in dubijs non generatur aliquod præiudicium veritati, quando inter diuerſas opiniones à magiſtris approbatas illam quis amplectitur, quæ ſibi magis videtur cōſona rationi. Pro quo facit dictum Bedæ reaſſumptū in c. ſecundo. de regulis iuris. in antiquis, q̄ ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretanda ſint: quia quod ſcriptum eſt, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ nō
94. poſſunt bono animo fieri. Et Antho. in Summa. tit. de regul. iur. eadē regula, vult, quòd actus indifferens ad bonum & ad malum, ſicut comedere & loqui, &c. ſemper interpretandus eſt in meliorem partem, pro quo facit dictum Alex. de Hales in 3. parte ſummæ. q. 45. membro ſeptimo & vltimo, ꝓpe finem, q̄ in præſumptione leui, quæ eſt, quando eſt coniectura vel magna ſigna boni, & parua mali, vt ſi vir bonæ famæ loquitur cum muliere ſuſpecta in loco ſuſpecto, in tali præſumptione leui, dubia ſemper ſunt in meliorem partem interpretanda, quia illa præſumptio & ſuſpicio venit ex indiſcretione accuſantis & ſuſpicantis. Ideo ſecundum Anth. in ſecunda parte. ti. 1. de auaritia. c. 7. §. 7. poſt Lauren. de Rudolff. tract. de vſuris. q. decima, tunc recipiens, in dubio præſumitur rectā conſcientia recipere & nō
95. deprauata. Idem etiam contrahens, quia nemo præſumitur immemor ſalutis ſuæ. Spec. de excep. & repli. §. 2. verſ. quid ſi probetur. l. fi. C. ad leg. Iul. repetundar. notatur in c. cùm contingat. de iureiurando. Et nemo in dubio præſumitur delinquere & agere contra conſcientiam, l. merito. ff. pro ſocio: quia in dubio ſemper veriſimi-

veriſimilius attenditur.l.cum qui ita ſtipulatur.ff.de verborum obligat.c. inſpici-
mus,de regulis iuris, in ſexto. Semper enim in dubio potius interpretandum eſt 96.
pro validitate actus,quàm econtrà.c.abbate,de ver. ſignifi.l.quotiens.ff.de rebus
dubijs.Quoniam omnis mala ſuſpicio,ſecundum Antho.in prima parte.ti.tertio.
c.decimo.§.nono,potius abijcienda eſt,quàm acceptanda.facit c. omnes. 7. q. 1. 97.
Vnde ſecundum Guil. Altiſsid.quem refert Antho.in loco allegato,etiã circa prę-
cepta inter duram & benignam ſententiam pro benigniori eſt potius cæteris pa-
ribus interpretatio facienda.Quia quando nimis timidè & ſcrupuloſè pręcepta in- 98.
terpretantur, tunc tollitur omnis ſpiritualis dulcedo. Ideo ſecundum doct. in du-
bio contractus nõ præſumitur vſurarius,nec in dubio eſt interpretandus vſurari-
us,ſed potius licitus.de quo per Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi decem, in fi. ff. ſi cert. pe- 99.
tat.l.oleo.C.de vſuris.maximè ſi conſtat de veritate actuum, ſecundum Bal. in l.
ei qui.circa fi.C.de diſtract.pignor. Quare quando contractus eſt ſimilis ſocieta-
ti,tunc debet iudicari ſecundum regulas ſocietatis,cui aſsimulatur,& non ſecundũ 100.
regulas mutui.l.naturalis.§.penultimo.ff.de præſcript.verb. Vnde ſecundũ Sum-
merh. q. 96. concluſione 4. quando forma eſt communis mutuo & ſocietati,
tunc non poteſt determinatè inferri alter illorum contractuum,niſi in confeſsione,
& ideo non oportet mox illum condemnare tanquam ſactum in fraudem vſurari-
um:quia etiam poteſt licitè fieri.. Et idem Summer.q.97.in ſecunda colum.dicens,
non ſequitur,poteſt eſſe mutuum,ergo eſt: quia poteſt etiam eſſe ſocietas. & in q.
94.in ſexto caſu,vbi dicit,quòd quãdo fit aliquis contractus generali nomine tra-
ditionis, & illa traditio eſt reperibilis tam in mutuo, quàm in ſocietate: tunc aut
illa traditio eſt facta in ſpecie, & nomine mutuationis, & iudicatur mutuum; aut
in ſpecie & nomine ſocietatis,& iudicatur ſocietas: quia vbi non apparet de ani-
mo,tunc in dubio eſt iudicandus contractus qualis nominatur. Ex quo ex forma
& pactis nõ poteſt ſpecificè deprehendi,qualis contractus ſit,puta qa ſit forma &
pacta,quę etiã in contractu alterius ſpeciei reperiri poterũt naturaliter, vel præter
naturaliter. Vbi autem non nominatur nomine contractus, tunc in foro conſcien-
tiæ hoc deprehenditur ex animo contrahentium. Et dicunt in ſimili doct. quòd
quando decimæ ſunt conceſſæ laico in feudum, & dubitatur, an ante concilium
Lateranenſe vel poſt:tunc in dubio præſumendum eſt,eas eſſe conceſſas ante con-
cilium Lateranenſe: & ſic poſſunt retinere in conſcientia, vbi aliâs retineri non
poſſunt: quia in foro conſcientiæ vnuſquiſque præſumendus eſt bonus, niſi
conſtet de malo. De quo per fratrem Ang. in Summa, in verbo decimæ. §. 14. & 101.
doct. in c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat. & c. ſecundo,de decimis,
in ſexto.

Et ſi quiſpiam diceret,in dubio tutior via eſt eligenda.c.1,de ſcrutinio in ord.
facien.c.iuuenis,de ſponſalibus. Ad hoc poteſt dici, prout dicit Antho. in Sũma
2.alleg.c.10.§.10.quòd hoc eſt conſilij,non præcepti,quia aliâs multos oporteret 102.
intrare religionem,vbi eſt tutior via. Vnde ſecundum eum de neceſsitate non eſt
eligenda via tutior,quando alia via etiam eſt tuta,vel ſi eſſet præcepti, tunc ſecun-
dum Summerhart.q.vltim.& q.61.quinto argu. contra illam concluſionem in-
telligitur in his,quæ ſic ſunt dubia,quòd illa opinio quæ eſt minus tuta, ſic eſt mi-
nus tuta,quòd ſibi ſubeſt probabilè,& ſecundum Gerſonem valde probabilè vel
æquè liberè periculum peccati,modò ſtat,quòd ſequens opinionem iuſtificantem
actum non ſit in probabili vel æquè libero dubio,puta quia nec probabiliter cre-
dit ſe peccare,nec æquè credit ſe peccare,ſicut credit ſe non peccare, imò probabi-
liter credit in nullo ſe peccare,licet habeat aliquem leuem motũ formidinis de op-
poſito,qui tamen non adeò poteſt ſibi obſtare, vt læſa conſcientia dicatur actum
facere,& ſic nõ peccauit ex parte temeritatis, nec ex parte actus acti, etiã ſi ſit aliâs
& in ſe illicitus:quia per inuincibilem ignorantiam excuſatur, ſi ſe habet, vt ſuprà
dictum eſt. Et ita propriè eſt in caſu thematis, vbi Titius non eſt in probabili du-
bio,quia credit ſe bene facere,& conſulendo peritiores & confeſſores, fecit quod
in ſe eſt,ergo eſt in ignorantia inuincibili,per ſuprà dicta,

103. Sic etiam intelligendum eſt, quod dicitur Eccleſiaſt. tertio c. qui amat periculum, peribit in illo. ſecundum Antho. vbi ſuprà. Si quis habet opinionem de aliquo actu, & adhæret illi opinioni, tñ formidat de oppoſito per modum ſcrupuli, talis non dicitur amare periculum: & dum adhæret opinioni alicuius Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipſa magis, quàm pro alia, etiam ſi talis opinio non eſſet vera, modò non ſit contra manifeſtam determinationem Eccleſiæ, vel ſacram ſcripturam, talis non peccat, ſecundum eundem, pro quo facit dictum Gerſo. tract. de contractibus, propoſitione decima tertia, quòd probabilis certitudo ſufficit, vt quis ſe non exponat periculo: prout dicunt Doct. de celebrante Miſſam, & ſimilibus. vbi requiritur ſtatus gratiæ, quòd ſufficit ad hoc probabilis coniectura, vt ibi latius per eum, & per Pe. de Palude diſt. 37. ſecundo Summarum, vbi dicit, quòd oporteat incertitudinem eſſe valde probabilem, & non leuem, ſeu ſcrupuloſam: quia in moralibus ſufficit probabilis incertitudo, & tñ in materia morali non ita faciliter & citò debet iudicari peccatum mortale, maximè quando alij Doct. dicunt rem bene & rectè fieri poſſe.

Quare etiam non obſtabit dictum Auguſtini in c. ſi quis pœnitentijs. diſ.
104. ſeptima, inquientis: Tene certum, & dimitte incertum. quia ſecundum Antho. & Summer. tunc ſanctus Auguſtinus ibi nõ loquitur in materia iuris diuini vel humani, ſeu vbi Doct. teneãt cõtrarias ſentẽtias, quid iuris, vel ꝗd ſit licitũ vel illicitum: ſed loquitur de eo, qui differt pœnitentiã vſq; ad extremũ vitæ, de cuius pœnitentia eſt dubium facti: quia videtur magis moueri timore gehẽnæ, quàm reſpectu diuinæ offenſę & glorię. Et ſic dicta authoritas loquitur in alio caſu diuerſo.

Vel ſi extendatur ad materiam moralem, tunc in moralibus non requiritur certitudo euidentiæ, ſed probabilis coniecturæ, & ſecundum Gerſon. in regulis moralibus, & allegata propoſitione 13. hoc dictum intelligitur, dum tale vehementer & probabiliter incertum ſit æquè ſicut oppoſitũ, vel magis nõ ꝑ coniecturas leues, aut ex ſuſpicione trepida & ſcrupuloſa ꝓueniente ex nimio timore cadẽdi in via Dei, vt ibi: vnde oportet, quòd agens ſecundum illam opinonem ſe credat, quòd agere ſecundum eam ſit peccatum mortale, ſecundum aliã non ſit peccatum, ſecundum Summerhart & alios.

Et hoc quoq;, quod dicit Auguſtinus, & ponitur in c. ad eius. diſt. 5. quòd bonarum mentium eſt culpas ſuas cognoſcere, vbi non eſt omnimoda certitudo, quod nullum ſit peccatum, tunc laudabile eſt & valde commendabile, quòd ſuper illo ad cautelam doleat, & non abſolutè, ſed ſub conditione, vt ſi ſit peccatũ, quòd dominus ei dimittat, & hoc cõditionale dolere non requirit actum adhæſionis firmum, nec probabilem de hoc, quòd ibi ſit peccatum: ſed poteſt eſſe, vbi tantùm eſt modicus motus alicuius paruę & leuis formidinis, ſecundum Summer. & Gerſon. in regulis moralibus.

Sed quorſum hæc omnia? Certè ex quo contractus thematis non eſt nec lege diuina, nec determinatione Eccleſiæ prohibitus, ſed de hoc dubitant Doct. & Titius adhæſit opinioni iuſtificanti talem contractum, & vir ille bonæ opinionis neq; de aliqua vſuraria prauitate ſuſpectus, bona fide & recta intẽtione celebrauit contractum ſolitum & conſuetum inter bonæ ac timoratæ conſcientiæ viros, credens illum contractum licitum: & vt eius validitatem intelligeret, fecit quod in ſe eſt, interrogando prudentiores & peritiores ſe in lege, ac ſuos cõfeſſores loci vbi degit, nec per illos confirmari poterat de eius iniquitate: ſed hunc contractum credebat in concilio Conſtantienſi fortè tanquam licitum eſſe admiſſum, quem ſi probabili certitudine credere potuiſſet non eſſe licitum, nullo modo celebraſſet. Nunc per omnia iam commemorata videtur dicendum, quòd ſi talis contractus de ſe & genere ſuo non eſſet licitus, tamen propter illam ignorãtiam inuincibilem ipſius Titij, faciendo quod in ſe eſt, videtur taliter Titio contrahere licuiſſe, nec per hoc incidiſſe in peccatum illiciti contractus, & ſic acceptum ex tali contractu tanquam licito non debere reſtitui, quanto magis vbi talis contractus in ſuo genere eſt licitus & contractus ſocietatis licitæ, per diffuſè ſuperius adducta.

105. Quod fortificatur. Nam ſecundum Gerſonem in regulis moralibus, ſub verbo auaritia,

bo auaritia, oīs ferè cōtractus vſurarius ex genere poteſt per piā intentionē dantis
& recipientis transferri à ſuo genere in opus pietatis: & omnis contractus, qui ex
ſuo genere debet eſſe gratuitus, poteſt ex circūſtantijs quandoq; effici licitè nec de-
bitus nec gratuitus, mutādo speciē in genere, ſecundū eundem in tract. de cōtracti-
bus. 1.9. ꝓpoſitione. Ideo ſup cōtractibus humanis nō debet leuiter fieri reſtrictio
vel reductio ad vſurariā prauitatē, quoniā ſæpè datꝰ vſuræ titulus iuſtis & neceſſa-
rijs cōtractibus, ꝓut ipſe dicit eodē tract. parte tertia, circa principiū: & in 11. cōſi-
deratione dicit in materia contractuū eſſe obſeruādum illud Comicū, Ne quid ni- 106.
mis. & illud Eccleſiaſt. ſeptimo c. Noli eſſe iuſtus multum: quia iuſtus quandoq;
perit in iuſtitia ſua. 2. q. 7. §. de his. & de pœni. diſt. 1. c. ſerpens. & qui nimium
emungit elicit ſanguinem. c. deniq;. 4. diſt. Melius namq; eſt propter miſericordiā
rationē reddere, quàm propter crudelitatem: videmus enim ſecundū eundē Gerſo-
nem, in loco allegato, in pluribus, ꝙ multiplicationes conſtitutionum & pœnarū
ſic inuoluunt populos, ꝙ ſit eis iugum intolerabile, & inuolutio laqueorū, ſicut ex-
emplum poteſt accipi in materia ſimoniæ & vſurarū, quibus dum quæritur aditus
præcludi, condemnantur multi contractus, qui ſecundum legē Dei nō ſunt vſura-
rij nec illiciti, & eſſent vtiles tam reipublicæ, quàm perſonis. In moralibus enim &
virtutum doctrina, via regia eſt ambulandū, vt nec ſtrictius fiat Dei mandatū, nec 107.
latius, quàm ipſe mandauerit, quamuis inde ſumere poſſunt aliqui aut malitiæ ve-
lamen, aut libertatem, vel è contra in deſperationem ruere, prout dicit idē Gerſon
in regulis moralibus, mediū tenere in omnibus beatū eſt, 2 Ethicorū. Omne quod
eſt nimiū vertitur in malum, vt dicit Gernher. & Auguſt. ſuper verb. ſapiens Græ-
corum & Latinorum, per regulam dicentem, ne quid nimis. Pondus enim graue,
dicit S. Hieronymus ſuper illud Eccleſiaſt. noli eſſe iuſtus, &c. ac pondus paruum
abominatio eſt coram Deo. Ideo apud philoſophos virtutes in meditullio poſi-
tæ ſunt: & omne quod nimis eſt, ſiue ſurſum ſiue deorſum reputatꝰ in vitio, ne plus
videatur, quàm iuſtum ſit. Nam nimia iuſtitia incurrit peccata, temperata autem
iuſtitia facit perfectos, ſecundū Aug. de vera religione. Et in moralibus illud quod
modicū eſt ꝓ nullo reputatꝰ, ſecundū Gerſon. in verbo auaritia. Et in moralibus æ-
quitas, quā nominant Philoſophi ἐπιείκειαν, ꝙ ponderat iuris rigori, iuxta illud: oīa 108.
mandata tua æquitas, id eſt, cum æquitate penſanda. Eſt autē æquitas iuſtitia pē-
ſatis omnibus circumſtantijs particularibus dulcore miſericordiæ tēperata, ſecun-
dū Gerſon. & Anthon. Ad virtutē eīm interpretatiuā pertinet, ſecundū eundem
Anthon. loco allegato nō nudū de per ſe præceptū cōſiderare, ſed circumſtantias
oēs particulares ipſum veſtientes. Et illis attentis poſſumus benignè interpretari,
& in conſcientia pertinet ad quēlibet interpretari ꝓ facto ſuo, ſi tñ rationabiliter
interpretatꝰ. Quare ſicut cauendū eſt, ne cōtractus iniquus iuſtificetꝰ, ita cauendū e-
tiā eſt, ne cōtractus iuſtus condēnetur, iuxta illud Eſaiæ quinto, de his qui dicunt
malum bonū, & bonū malū. Et ſecundū ſententiā Salomonis prouerbiorū 12. qui
iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, vterq; abominabilis eſt apud Deum.
prout not. Summer. q. 80. in 1. dicto quartæ concluſionis.

Et per hæc cōmemorata videtur contractus thematis per Titiū & Semproniū
bona fide initus tanquam licitus, in vtroq; foro, tam fori quàm poli, defendi poſſe,
& inde conſecutum non ſubiacere reſtitutioni.

Reſtat modò reſpōdere ad allegata pro prima & cōtraria opinione Et primò
non obſtat, q̄d dictū eſt, ſubſtātialia mutui in hoc contractu interuenire, ergo in ſui
ſubſtātia eſt cōtractus mutui, & nō ſocietatis. Quia ad hoc reſpondetꝰ, ꝙ ſubſtātia-
lia mutui nō interueniūt in hoc cōtractū. Nam licet de ſubſtantia mutui ſit, ꝙ trāſ-
feratꝰ dominiū, tñ in caſu thematis Titius nō tranſtulit dominiū pecuniæ ſuæ in Sē-
pronium, ſed retinuit dominiū penes ſe, licet Semproniū fecerit pecuniæ ſuæ cōdo
minū, & cōmunicauerit ſibi dominiū, tñ à ſe non abdicauit, & abundè viſum eſt.
Et iſtud eſt de ſubſtantia ſocietatis, non mutui, quia ſocietatē contrahendo nemo
dominus rei ſuæ eſſe deſinit: nec Sempronius recipiens poteſt vti tali pecunia pro
voluntate ſua, ſicut in mutuo, ſed tantùm pro negociatione, vt omnia clarè deducta
ſunt. Ideo hoc ſubſtantiale mutui in hoc contractu non interuenit.

Non obſtat etiam ſecundò, quòd de eſſentia & ſubſtantia mutui eſt, quòd idē reddatur in genere, & non in ſpecie, quia hoc eſt etiam de eſſentia negociationis cuiuſcunq; quia poſtquàm merces emunt de pecunia, iam ex venditione taliū mercium vendens non conſequitur eandem pecuniam, pro qua emit merces in ſpecie, ſed in genere, aliam ſcilicet pecuniam tantundem valentem. Vnde hoc non habet impedire contractum thematis, quo minus dicatur contractus ſocietatis: quia aliàs ſequeretur, quòd nulla negociatio vel ſocietas fieri poſſet, ſi requireretur pecuniā reſtitui in ſpecie: hoc enim eſſet impoſsibile, & eſſet peruertere omnē negociationē & ſocietatem, vt de ſe patet, &c. Et in multis contractibus eſſentialia ſunt eadem in
109. vno, ſicut in alio, per hoc non dicitur contractus alius, vt in proxima ſolutione dicetur latius. Et bene faciunt quæ dicta ſunt ſuprà in vltimo fundamento ſecundæ opinionis, circa finem, dum dictum fuit, quando forma eſt communis mutuo & ſocietati, qualis contractus dicatur.

110. Nec obſtat etiā, φ naturalia mutui in hoc contractu thematis interuenire dicuntur, ſcilicet quòd æquè bonum reddatur, & periculum interitus ſpectet ad mutuatarium, &c. Quia reſtitutio æquè boni interuenit etiam in ſocietate: conſignata enim pecunia mercatori ad negocia, finita ſocietate, reſtituenda eſt æquè bona pecunia, & in multis contractibus naturalia ſunt eadem in vno ſicut in alio: per hoc non dicitur alius contractus, imò ſæpè naturale vnius contractus imponitur alteri, cui nō eſt naturale. Nec tamen ſequitur illum alium eſſe eſſentialiter talem, cui eſt naturale, ſecundum Summerhard. q. 97. 4. argu. contra eundem modum dicendi.

Nec obſtat etiam, quòd in caſu thematis periculum interitus ſpectat ad Sempronium recipientem, ſicut in mutuo, quia hoc fit in contractu thematis ex pacto, quod pactum interuenire poteſt in ſocietate, manente ad huc contractu ſocietatis: & ſæpè naturale vnius contractus imponitur alteri, cui nō eſt naturale, &c. vt iam dictum eſt. Præterea ſi fiat refuſio iſtius inæqualitatis in ſocietate per congruam recompenſationem, tunc talis contractus non dicitur etiam iniquus vel iniuſtus, vt latè ſuprà deductum eſt. Imò attento periculo decoctionis, tunc illud pactum in effectu in contractu thematis non interuenit. Dicta & probata ſunt hæc ſufficienter in fundamentis iuſtificantibus contractum thematis.

Non obſtat etiam, quòd definitio mutui debeat conuenire huic contractui thematis: quia reſpondetur, quòd imò non conueniat. Nam in definitione dicitur, quòd mutuum ſit datio rei: dare autem eſt dominium transferre, vt dictum fuit in præcedentibus. ergo non conuenit ſibi definitio mutui, &c. Non obſtat etiam argumentum factum à ſufficienti contractuum enumeratione: quia in enumeratione contractuū enumeratur etiā contractus ſocietatis. Sed contractus thematis eſt cō-
111. tractus ſocietatis, ergo iſtud argumentum deficit. Quid aūt ſit ſocietas, probatum eſt diffuſè in ſuperioribus.

Nec obſtat, quòd in ſocietate partes lucri debeant eſſe æquales: quia attenta ſufficienti refuſione & recompenſatione congrua iſtius inæqualitatis, tunc partes Ticij & Sempronij ſunt æquales: quia vnum æquè vellent ſicut aliud, vt dictū fuit ſuperius.

Nec etiam obſtat, quòd ſocius recipiens teneatur tantùm de leui culpa in ſocietate, ſed in contractu thematis tenetur de omni periculo: quia hoc pactum fieri poteſt, manente adhuc contractu ſocietatis. Et iſtud onus etiam ſufficienter alia via refunditur. Item attento periculo decoctionis, Sempronius recipiens non tenetur de omni periculo, ſed certè de nullo, prout ſuprà oſtenſum eſt latius. Ideo tale pactum non continet inæqualitatem, & in contractu ſocietatis interuenire poteſt.

112. Non obſtat etiam dictum glo. in l. cum duobus. §. Item ex facto. ff. pro ſocio. & glo. in c. plerique refugientes. 14. q. 4. quæ glo. volunt, quòd nō poſsit fieri in ſocietate pactum, quòd alteri debeatur certa quantitas lucri: ſed quòd vterque ſociorū ſuſcipiat in ſe periculum tam lucri, quàm damni etiam capitalis, nec ſufficiat alterum. Nec etiam obſtant dicta doct. tam iuris Ciuilis, quàm Canonici, ſequentium autori-

autoritatem iſtarum gloſſarum, nec etiam dictum Bal. quôd talis contractus non
poſſet eſſe ſocietas, neq; ex forma, quòd ſit contractus mutui, nec ex natura, quia ſit
contra naturam ſocietatis, quòd vnum capitale ſit ſaluum, alterum fractum, &c.
Quia ad hæc omnia reſpondetur, quòd prædictæ glo. & dicta doct. intelligantur,
vbi non ſit congrua & ſufficiens refuſio & recompenſatio talium pactorum, tunc 113.
certè talia pacta videnẽ inducere mutuũ vſurarium. Quia ſicut in mutuo ſpectanẽ
duæ retributiones, ſcilicet lucrũ certũ & ipſum capitale: ita in hoc contractu, & ſic
iuris p̃ſumptione talis contractus iudicat contractus mutui, vſurarius, & in fraudẽ
vſurarum celebratus: habet enim ſpeciem & apparentiam contractus mutui vel
ſaltem alterius cõtractus iniqui & illiciti, ex quo partes ſociorum ſunt inæquales.
Et hoc eſt contra iuſtitiam commutatiuam, quæ requirit æqualitatem. Sed vbi
ſit ſufficiens refuſio illorum pactorum, iam vterque ſuſcipit in ſe periculum tam 114.
lucri quàm capitalis: quia quod ſuſcipit in ſe Sẽpronius in caſu thematis, hoc tan-
tum valet, quantum valet illud, quod ſuſcipit in ſe Titius, & econtrà; quia vnus æ-
què aſſumeret partes Sempronij in hoc contractu, ſicut partes Titij. Vnde nulla po
teſt dici inæqualitas: quia iam partes ſunt æquales, & æquiualentes, & ad neu-
trum ſpectant duæ retributiones, ſed ad vnum tot & tantæ retributiones, ſicut
ad alium, reſpectu iſtius refuſionis. Quod ſecus eſt in mutuo, vbi recipiens te-
netur præciſè & in omnem euẽtum reſtituere capitale, ſine aliqua recompenſatio-
ne: & ſæpè ac magis communiter obligat ſe mutuatarius cautione pignoraticia vel
fideiuſſoria ad reſtituendum, nec mutuans habet timere in aliquo periculum de-
coctionis, vel caſus fortuiti: & ſic mutuatarius non habet aliquam refuſionem iſti-
us ſuſceptionis periculi, quæ ſibi tantundem ſicut ſuſceptio periculi valerẽ poteſt.
Nec etiam habet aliquam recompenſationem iſtius lucri, quod dat ipſi mutuanti,
quòd ſibi tantundem valeat, ſicut iſta præſtatio certæ pecuniæ de pecunia mutua-
ta. Vnde non mirum, ſi talis contractus, vbi talis refuſio non interuenit, dicatur
contractus vſurarius, ad inſtar mutui; quia in tali contractu ſicut in mutuo ſpe-
ctant duæ retributiones ad conſignantem pecuniam; ſicut in mutuo. Ideo iuris
præſumptione iudicatur contractus mutui illicitus, & in fraudem vſurarum cele-
bratus, cuius ſpeciem & apparentiam habet. Et ſic dictum glo. & doct. loquitur in
caſu diuerſo, non aduerſo, quare diuerſa ratio reformat pactum, &c. Et ita poſſunt
concordari dicta docto. videlicet tenentium contractum eſſe illicitum & vſurariũ,
q; hoc eſt intelligẽdum, vbi nulla ſit refuſio ſeu recompenſatio talis inæqualitatis:
quia tũc ſicut in mutuo ſpectantur duæ retributiones, & dicta doct. tenentium talẽ
contractum eſſe validum, & per talia pacta non vitiari, intelligi debent, quando
iſtorum pactorum & iſtius inæqualitatis ſit congrua & ſufficiens recompenſatio,
quæ tollat inæqualitatem. Et ita in terminis concordauit hæc dicta doctorum do-
minus Phi. Corneus in d. l. ſi paſcenda pecora. C. de pactis, prout colligitur ex al-
legato conſilio Socyni, & etiam doct. Summerh. in q. 89. in primo corolario, dum
inuehit contra nonnullos Iuriſtas condemnantes huiuſmodi contractus, non con-
ſiderantes ad congruam refuſionem inæqualitatis.

Nec obſtat etiam c. ſi. de vſuris, quod allegat Paulus de Caſt. in allegato cõ- 115.
ſilio: quia tex. c. ſi. loquitur in mutuo, quod patet ibi: certã mutuãs pecuniæ quan-
titatem. & ita hunc tex. intelligũt omnes doct. Vnde ſecundum Antho. in ſumma,
in ſecunda parte. ti. 10. de auaritia. c. 1. §. 9. allegando Io. Caldri. & Io. Neapolis
in quodlibetis. vbi in caſu c. ſi. mutuans reciperet aliquid vltra ſortem, ratione iſti-
us periculi, quod ipſe ſubit, tunc non eſſet vſura: quia ratione periculi licet aliquid
recipere: ſed vbi ratione mutui recipit aliquid vltra ſortẽ, non poteſt eum excuſare
periculum quod ipſe ſubit: ſed ſi recipit ratione vtriuſq;, tam mutui quàm periculi,
tunc ratione periculi licet recipere, ratione autẽ mutui eſt vſura. Idẽ tenet in tertia
parte, ti. octauo, c. tertio. §. 10. & doct. Summer. q. 39. & q. 71. & q. 14. Vnde ſi con
ſignãs pecuniã dediſſet eam nauiganti, nõ animo mutuandi, ſed aĩo contrahendæ
ſocietatis, & ratione ſocietatis cum periculo ſuo, tunc bene liceret aliquid recipe-
re vltra ſortem, quam non mutuaſſet, ſed contraxiſſet ſocietatem. Et eſſet caſus

diuerſus à caſu.c.ſi.de quo per fratrem Aug.in Summa, in verbo vſura.§.55.& de
hoc eſt tex.in d.c.per veſtras, de dona. inter vi.& vx. vbi licet conſignare merca-
tori pecuniam ad negociandum pro parte honeſti lucri, quia tunc habetur reſpe-
ctus ad negociationem ex qua venit lucrum, ſed non licet mutuare mercatori vel
nauiganti ad nundinas pecuniam, & de pecunia mutuata aliquid accipere vltra
ſortem, etiam ſi palliando tale mutuum quis reciperet in ſe periculum rei mutuatæ.
dicto c.ſi. Et ita propriè loquuntur Richar. & alij in dicta diſt. 15. quòd tunc ſit
mutuum vſurarium. Et hoc facit diuerſa intentio: quia in primo caſu conſignans
pecuniam mercatori intendit aliquid habere vltra ſortem ex lucro negociationis.
Et ſic contrahit cum tali conſignatione ſocietatem cum mercatore; quæ ſocietas
omni iure eſt licita, vt in principio dictum eſt. Sed in ſecundo caſu mutuans inten-
debat mutuare, & aliquid habere, non ex lucro negociationis, ſed propter mutuū;
& hoc eſt prohibitum à lege diuina: quia mutuum date, nihil inde ſperantes, &c.
Nec iſta palliatio ſuſceptionis periculi poteſt eum excuſare propter prauam ſuam
116. intentionem: quia in l.diuina, quæ animum cohibet, ſola voluntas & intentio pra-
ua faciunt vſurarium, ſecundū Alex.de Hales in ſecunda parte ſummæ. q.39. mē-
bro 4.articulo.1.& 2.& per Cano.in c.conqueſtus.& c.conſuluit, de vſuris. Hinc
eſt, quòd ſola ſpes recipiendi vltra ſortem in mutuo facit vſurarium. notant doct.
in d.c.conſuluit, in c.primo de vſuris, libro ſexto. & dominus Lauren. de Rodol-
117. phis laté.q.51.2.§.1.per Theo.in 4.diſt.imò contractus de ſe licitus per prauā in-
tentionem fit vſurarius. de quo per doct. Summer.q.80.2. concluſione per di-
ſcurſum iſtius quæſtionis. Hinc dicit Gerſon in tract.de contractibus, in 4.atten-
tione, quòd ſacerdos celebrans Miſſam poteſt recipere centum francos pro ſuſten-
tatione vitæ ſuæ, & non poſſet recipere vnum denarium propter prauam intentio-
nem, quæ ſæpè contractum licitum facit illicitum. vt ibi latius per eum, & doct.
Summer.q.iam allegata, & q.67.in quarto modo dicendi. Et in locis iam allegatis
doct. latè hinc inde proſequuntur.
118. Nec obſtat etiam, quòd res debeat perire domino ſuo.l.ſi ex legati cauſa.ff. de
verborum obliga. quam ad hoc allegat Socynus in præallegato conſilio; fundans
ſe maximè ſuper hoc fundamento, quia ad hoc reſpondetur, quòd lex per eum alle-
gata non bene hoc probat; dicit enim, quòd debitor ſpeciei, puta certi hominis, li-
beratur interitu rei ante moram, vnde bene ſpecies debita ante moram perit domi-
no, hoc eſt, creditori. Sed melius probatur in l.incendium. C.ſi cert.petat. & alijs le-
119. gibus ibi per doct. allegatis. Sed tunc iterum reſpondetur hoc verum eſſe regulari-
ter, ſed cùm alius quàm dominus ſuſciperet in ſe periculum iſtius rei, tunc illi &
nō domino periret. l.in naue Sauphæi. ff. locati. vbi datur actio oneris auerſi con
tra illum, qui ſuſcipit periculum rei alienæ, & ſic res ſibi & non domino perit.
Hinc eſt, quòd dicunt doctores, poſſe fieri aſſecurationem, vt quis alium aſſecuret,
& pro illa aſſecuratione mercium etiam aliquid licet recipere, de quo per fratrem
Aug.in in Summa, in verbo vſura.§.38. et in verbo ſocietas.§.7.& Antho. in
Summa, in loco iam proximè allegato et doct. Summer.latè q.39.& 21.per totū.
Nec etiam obſtat vltimum fundamentum, ꝙ quando traditur pecunia ſimpli-
citer, & in genere, non ſpecificando an tradatur ſocialiter vel mutuetur, tunc talis
traditio ſit communis traditioni mutui & ſociali communicationi ex ſui forma, li-
120. cet diuerſa poſsit eſſe intentio. Et ſic talis contractus habeat æquè ſpeciem mali ſi-
cut boni, & ſcandalizat proximum, ergo ab eo abſtinendum, &c. Ad hoc reſpon-
121. detur, quòd hoc argumentum non procedit: Quia quando forma eſt cōmunis mu-
tuo & ſocietati, tunc non poteſt determinatè inferri alter illorum contractuum, ni-
ſi in confeſsione: et ideò non oportet mox illum condemnare tanquam factum in
fraudem vſurarū, quia etiam poteſt licitè fieri, prout tenet ipſemet Summerhart. q.
79.in 2.colu.dicens: non ſequitur, poteſt eſſe mutuum, ergo eſt; quia poteſt etiam
eſſe ſocietas. Si modò non oportet talem cōtractum mox condemnare tanquam in
fraudem vſurarum, neq; poteſt determinatè inferri, quòd ſit mutuum vſurarium;
tunc ſequitur, ꝙ talis contractus, licet habeat æquè ſpeciem mali ſicut boni; tamen

per hoc

per hoc non ſcandalizat proximum, ſaltem actiuè, & eſſet ſcandalum nequiter acceptum, vt infrà latius dicetur. Pro quo facit, quòd in dubio contractus nō præſumitur vſurarius, nec interpretandus eſt in dubio contractus vſurarius, ſed potius licitus, per ea quæ ſuperius ad hoc allegata fuerunt. Præterea idem Summerh. in q. 94. in ſexto caſu dicit, quòd quando fit aliquis contractus generali nomine traditionis, & illa traditio eſt reperibilis tam in mutuo quàm in ſocietate: tunc aut illa traditio eſt facta in ſpecie & nomine mutuationis, & iudicatur mutuum: aut in ſpecie & nomine ſocietatis, & iudicatur ſocietas: & vbi non apparet de animo, tūc in dubio iudicandus eſt contractus qualis nominatur. Ex quo ex forma & pactis non poteſt ſpecificè deprehendi qualis contractus ſit, puta quia ſit forma & pacta, quæ etiam in contractu alterius ſpeciei reperiri poterunt naturaliter vel præter naturaliter: vbi autem non nominatur nomine contractus, tunc in foro conſcientiæ hoc deprehenditur ex animo contrahentium, &c. vt in præcedentibus latius deductum eſt in vltimo fundamento partis affirmatiuæ. Ergo talis contractus non ſcandalizat proximum. Hinc eſt, quòd licet Cambium habeat æquè ſpeciem mutui ſicut Cambij, & vt dicit Summerhart. q. 99. in nono corollario, quòd nunquam eſt Cambium, quinetiā ſit mutuum, vel ſaltem appareat: tamen Cambium eſt admiſſum, vt latè per eundem in dicta q. Vel aliter reſpondetur, quòd contractus thematis nō eſt communis traditioni mutui, & ſociali communicationi, nec ex ſui forma, nec ex ſui ſubſtantia, nec habet æquè ſpeciem mali ſicut boni: ſed eſt contractus ſocietatis, quæ ſocietas eſt licita, vt viſum eſt in principio. Quod probatur: quia in contractu thematis pecunia fuit conſignata Sempronio ad negociandum, vt cum ea negocietur, & quòd de lucro negociationis detur certa quantitas. Modò ſuperius circa ſubſtantialia & eſſentialia ſocietatis oſtenſum & probatum eſt, quòd per talem conſignationem fuit contracta ſocietas, & non mutuum: ex quo fuit tradita ad negociandum, tanquam ad vnum certum vſum, negotiationis ſcilicet. Et quando datur pecunia mercatori, etiam ſi non exprimatur ad negociandum, adhuc intelligitur cauſa negociationis & mercandi tradita, maximè quando talis pecunia poſtea conuerſa eſt in negociationem: nec eſt neceſſe exprimere, quòd partes contrahant ſocietatem mutuò, ſufficit hoc facto & actibus eorū declarare quod verbis exprimere poterant: quando enim paciſcuntur de lucro, per hoc intelligūtur ſocietatem contrahere, vt ſuperius abundè deductum fuit. Ex quibus omnibus patet, ꝙ contractus thematis habet formā & ſpeciem ſocietatis, & non mutui: ergo propter eius ſpeciem non ſcandalizat proximum. Vnde quod dicit Apoſtolus, ab omni ſpecie mala eſſe abſtinendum, hoc intelligitur, vbi eſt magna coniectura mali, & parua boni, vel multa ſigna mala & parua bona: tunc licet contractus in ſe poſſit eſſe licitus, tamen propter illa ſigna mala, & cōiecturas malas habet ſpeciem & apparentiam mali: ideo ab eo abſtinendum eſt. Sed vbi adeſt præſumptio leuis, puta multa ſigna bona vel magna coniectura boni, & parua mali, tunc ille contractus non videtur habere ſpeciem mali: quia ſecundum Alex. & Hales in 3. parte Summæ. q. 45. membro 7. & vltimo, prope finem, talis contractus eſt interpretandus in meliorem partem. Si modò contractus thematis eſt in ſe licitus, & cum hoc talis, qui propter ſuas coniecturas bonas, ſuprà commemoratas, debet interpretari in meliorem partem, quomodo dicere poſſumus huiuſmodi contractum habere ſpeciem mali? quia aliàs multi contractus eſſent illiciti, qui tamen omni iure & per Eccleſiam ſunt admiſſi, vt infrà patebit. Præterea, quòd abſtinendum eſt, ſecundū Apoſtolum, à contractu habente ſpeciem mali, hoc ideo, ſecundum Lirā, ſuper illud Apoſtoli, & alios, quia per huiuſmodi contractus vel actum etiam in ſe licitum, habentem tamen multas coniecturas malas & ſigna mala quis dat occaſionem ſcandali proximo, & inducit eum per hoc ad contractum & actum malum & illicitum, cuius ſigna & coniecturas talis contractus habet, quod eſt contra charitatē proximi. Sed nemo debet dare ſcandalum proximo, & eum ſcandalizare, iuxta illud Matthæi 18. Væ mundo à ſcandalo, & væ homini per quem ſcandalum venit. Et iterum: Si manus aut pes ſcandalizat te, abſcinde, & proijce abs te, &c. Sed in con-

122. 123. 124.

tractu thematis non ſunt multa ſigna mala; & multæ coniecturæ malæ, ſed ſigna
bona & coniecturæ bonæ: quia talis contractus eſt conſuetus & ſolitus, & à mul-
tis timoratæ conſcientiæ viris ranquam licitus frequentatus; & eſt cõtractus ſocie-
tatis in ſe licitus. Nec Titius celebrans huiuſmodi contractũ, eſt reputatus vſurari-
us, vel ſolitus facere cõtractus illiciros, ſed eſt vir bonæ opinionis & famæ, & cum
honeſto ſimiliter mercatore Sempronio celebratus, hæc ſunt ſigna bona & conie-
cturæ bonæ. Ex quibus contractus præſumendus eſt licitus, vnde non habet ſpeci-
em mali, ſed boni, nec iſte contractus ſcandalizat proximum. Quia ſcandalum eſt
125. dictum vel factum minus rectum, præbens alteri occaſionem ruinæ: Et ſcandali-
zare aliquẽ, eſt facere eum ruere in peccatũ mortale, ex dicto ſuo, ſecundum Liram
ſuper illud Matthæi 18. Et Gerſon in ſuo tract. de paruulis ad Chriſtum trahen-
dis, conſideratione ſecunda, & in regulis moralibus, latè in Summa angelica, in
verbo ſcandalum. Sed contractus thematis non eſt factum minus rectum, quia eſt
contractus de ſe licitus, ergo non præbet occaſionem ruinæ. Nam ſecundum Ger.
ſon. in regulis moralibus, ſub litera h. tunc nullus agens bene, ſecundum omnes
circumſtantias dici debet dare ſcandalum alteri, quantumcunque ſcandalizetur ali-
us; nam in via omnino recta ſi quis ceciderit, hoc non ex ſcandalo viæ, ſed ex pro-
prio defectu prouenit. Et ſolus ille ſcandalizat actiuè, qui aduertens aut aduertere
debens alios proniores eſſe ad peccandum ex modo ſui actus, qui ſibi non eſt in
præcepto, nihilominus operare non deſiſtit. Sed certè ex contractu Titij alij non
ſunt proniores ad taliter contrahendum, & homines per talem contractũ Titij non
plus vel minus occaſionantur ad ſic contrahendum: quia iſte contractus eſt in cõ-
muni obſeruantia & conſuetudine vbique terrarum, nec vnus, nec decẽ poſſunt dare
occaſionem alijs taliter contrahendi. Occaſio enim illa iam dudum eſt per genera-
lem conſuetudinem data & accepta: Ideo vnum indiuiduum vel duo, hoc eſt, homo
vnus vel duo contrahentes, non dant occaſionem alijs, ſed ipſa conſuetudo, quæ
ſi dar occaſionem raliter contrahendi, tunc dat occaſionem agendi actum rectum,
hoc eſt, ſocietatem licitam, per quam non præber occaſionem ruinæ, per iam dicta.
Nec iſte contractus, propter ſigna bona & coniecturas bonas, habet etiam ſpeciem
mali, vt ſuprà viſum eſt: & ſi haberet ſpeciem mali, tunc adhuc non ſcandalizaret
proximum, niſi venialiter: quia dicit frater Ang. in Summa, in verbo, ſcandalum.
§. 2. actus qui de ſe non eſt malus, ſed habet ſpeciem mali, cum aliqua leui inductio-
ne eſt actus tantùm venialis peccati. Sed contractus thematis vix habet etiam leuẽ
inductionem: quia alij non minus agerent huiuſmodi contractum, etiamſi Titius
& plerique alij quieſcerent à tali contractu, ideo nõ eſt ſcandalum datum, ſed nequi-
126. ter acceptum, ſecundum Gerſon. in tract. de contractibus, propoſitione ſecunda, quod
ſcandalum non eſt curandum, quia etiã Iudæi ſcandalizati ſunr ex vera doctrina
Chriſti. Sed iſtud ſcãdalum nõ eſt curandũ, de quo latius per Gerſon. in loco pro-
ximo allegato. & Leutholphum de vita Chriſti, parte prima. c. 56. vbi dicit, quòd
Chriſtus nunquam fuit cauſa ſcandali actiuè, licet potuit fuiſſe materia & occaſio
ſcãdali paſſiuè, vt ibi latius declarat. Er per Alex. de Hales ſecunda ſecundę. tit. de
ſcandalo. Et Richardum 4. diſt. 36. Hoſtien. in Summa, tit. de renunti. & noratur
in c. niſi cum pridem. eod. tit. vbi de hac materia latius. Nec omnibus ſcandalis vi-
tandis occurrere poſſumus, nec etiam ſemper aduertendum eſt, ſi quandoque ſcanda
lum famæ propriæ etiam exterius videatur oriri, prout latè proſequitur Gerſon in
tract. de paruul. ad Chriſtum trahendis, conſideratione ſecunda, ponendo ibi exẽ-
pla in ſaluatore, vnde dicitur Matthæi 20. cap. Oculus tuus nequam eſt, quia ego
bonus ſum? Et ideo ſecũdum eundem Gerſonem tract. de conſolatione theologiæ,
proſa quinta, fallax poteſt eſſe argumentum, prouenerunr ex iſtius operatione ſcã-
dala, ergo talis egit culpabiliter, nihil enim tam bonum, quo nequitia peruerſorum
nequeat abuti, ponendo ibi plura exempla, & latius extendendo. Non eſt enim
noſtrum, poſſe omnibus ſcandalis occurrere, ſecundum eundem tract. de Simonia,
conſideratione 4. Præterea ſecundum eundem Gerſon. tract. de contractibus, in
principio ſecundæ partis; in ſexta circumſtantia iuncta ſecunda propoſitione ſe-
quenti,

quenti, ille contractus non habet ſpeciem mutui vel formā contractus vſurarij, nec dat alteri ſcandalum actiuè, vt ſi quis vellet ꝑcedere titulo planè vſurario vel palliato, puta ſi poſuiſſet pecuniam in Cambio vſurario, vel aliàs mutuaret ad vſurā, plus conſequeretur ꝗ ex cōtractu ſuo inito, vt vbi ex cōtractu inito haberet quinq; de centū, ex titulo aūt planè vſurario vel palliato haberet fortè decē aut qndecim: quia ꝓut dicit idē Gerſon, per hoc patet, quòd talis cōtractus nō celebratur in fraudem vſurarum, nec datur ſcandalum, vt ab alijs committatur, quod dicit eſſe bene notandum. Sed ſic eſt, quòd ſi Titius procederet planè titulo vſurario, & poneret pecuniam in Bancko, vel Cambio vſurario, certè longè plus quàm quinq; de centum habere poſſet, quia vſurarij nollent quinq; de centum, ſed multo plus, ergo talis contractus Titij non habet ſpeciem mali, neq; ſcandalizat proximū actiue. Vnde vbi non emergit ſcandalum, ceſſat ratio peccati, prout notat Summerh. q. 80. ſecundo dicto ſecundæ concluſionis. Ponit etiam Gerſon in loco iam allegato alias circumſtantias, quibus interuenientibus contractus non præbet occaſionem ſcandali, ſcilicet quando conſignantis vita rationabiliter præſumere facit, quòd non in fraudem vſurarum vellet inire contractum aliquem ſcienter vſurariū. Item quando paratus eſſet ſtare iudicio peritorum, & conſuluerit fortè plures tam viua voce, quàm per ſcedulas & ſcripturas, quorum fuit conſilium, quòd licitus eſſet talis cōtractus. Item ſi mallet emere redditus vel cenſus annuos, quàm ſic contrahere, ſed non inuenit. Iſtæ circumſtantiæ oēs in caſu thematis interueniunt, ergo talis contractus non dat ſcandalum proximo, neq; famam ſuam denigrat.

Et per hoc etiā apparet, quòd contractus Titij non aperit ianuā vſurarijs, quia vſurarij nollent tam modica pecunia mutuare ad vſuram, nec etiam vellent pecuniam ſuam exponere periculo decoctionis, ſed potius ipſum capitale eſſe ſaluum cautione aliqua vel pignoratitia, vel fideiuſſoria, prout communiter facere ſolent. Volunt enim ſemper eſſe certi de capitali & vſura, neq; ita leuiter exponunt capitale periculo, etiam vbi plus quàm quinq; de centum ipſis pro vſura datur: ſolum enim vtuntur hoc contractu, qui ex opera & induſtria ſua neſciunt negociando vel aliàs de pecunia lucrari, nec inueniunt redditus vel cenſus annuos ſibi conuenientes ad emendum, tunc neceſsitate compulſi ne capitale conſumant, & de parata pecunia viuendo tandem ad ægeſtatem deueniant, conſignant ſuas pecunias mercatoribus, vt ipſi ſua opera & induſtria cum ea lucrētur, & certam lucri quantitatem eis conſignēt, & longè certè mallent emere redditus, ſi inuenirent, ꝗ ſic ſuam pecuniā conſignare, ſed neſciūt aliū contractū, quo mediante ſuā habeāt ſuſtentationē, niſi ponerent pecuniā in Bancko vel ad vſuras, à quo eos retrahit cōſcientia, &c.

Nec etiā poteſt bene cōmitti aliqs abuſus in hoc contractu Titij, quia mercatores non aliter ſuſcipiunt pecuniam ad negotiationem, niſi cum ſimplici recognitione trium vel quatuor linearum ſigno mercatorio ſignata: Nec volunt pro capitali aliam dare cautionem, puta pignoraticiam, vel fideiuſſoriam, vel quamcunq; aliam, ſed neceſſe quilibet habet ſubire periculū decoctionis, nec etiā maiorē quantitatem, qui quinq; de centum, ſed potius minorem ſoliti ſunt dare, ideo tali cōtractu non poſſet quis, etiam ſi vellet, aliter abuti. Sed nec quilibet contractus etiā eſt illicitus, in quo poteſt committi abuſus, quia impoſsibile eſt, vt refert Gerſon, tract. de cōtractibus, conſi. 11. quoslibet cōtractus ſuis legibus ſic moderari, quin ſubſequi poſſet multiplex abuſus. Vnde in hoc obſeruandū eſt, ſecundū Gerſonē, illud Comicū, ne quid nimis. & illud Eccleſ. noli eſſe iuſtus nimis. Hinc eſt, ꝓut idē Gerſon refert eodē tract. in ſecūda parte, in principio, ꝙ multi cōtractus poſſunt bene & ſalubriter fieri, ꝗ ius, etiā abuſus cōmitti poſſet, prout in 14. propoſitione ex- 127.

bitur, put dicit Summer.q.80.2.dicto,2.concluſ. mali em̃ omni bono abuti poſſunt, & ſæpe abutuntur multis bonis operibus ſua illorum nomine committendo ſuas prauitates, dicendo ſe ea bono aĩo facere, vt qui dicerent ſe prætextu & zelo animarũ audire confeſsiones, qui tamen zelo pecuniarũ audirẽt, per hoc ergo non arguitur contractus illicitus, vt ſecundum Summer.q.30.concluſ. 4.argu.2.&c.

Hinc etiam eſt, quòd ob neceſsitatem humanã multi contractus ſunt admiſsi, qui tamen videnẽ habere ſpeciẽ mali, & in quibus multi abuſus committi poterũt.
128. Nam licet cõtractus emptionis annui redditus cum pacto de retrouendendo tantã videatur habere ſpeciem mali, ꝙ dixerit Fridericus de Senis, cõſilio vltimo. Si quis pertinaciter perſiſteret in illa ſententia, quòd talis contractus ſit licitus, ille eſſet vt hæreticus puniendus, & certum eſt, quòd multiplex abuſus poteſt in tali contractu committi & non modicam habet ſpeciem mali, tamen nihilominus talis cõtractus eſt per ſummos pontifices Martinum & Calixtum, & etiam in concilio Conſtantienſi, tanquam iuridicus & iuri conformis, vt licitus admiſſus, de quo latiſsimè per doct. Summer. 83.

Item licitum eſt dare pecuniam alicui, nè quis moleſtetur in beneficio ſuo, & ſic redimere vexationes citra ſimoniam.c. dilectus.lo.primo de ſimonia, & tamen clarum eſt, quòd multiplex abuſus poteſt circa hoc committi, & quotidie committitur, prout bene norunt magni illi beneficiati.

129. Item tutor poteſt licitè pecuniam pupilli credere alteri, & recipere quinq; de centum, vel ipſe pupillus poteſt licitè accipere quinque de centũ à tutore ſuo mercatore, licet capitale pereat ipſi mercatori, ſecũdum Anth. in Summa, in 2.parte ti. 1.de auaritia.c.1.§.8.poſt Lauren.de Rodolfis tract.de vſuris. q. 66. Quid ergo differt iſte cõtractus à contractu thematis, & in quo minorem habet ſpeciem mali?

130. Item licitum eſt aliquid recipere loco intereſſe pro pecunia mutuata, prout notant doct.in c.conqueſtus. & c. ſalubriter. & c. fi. de vſuris in Summa Ange. in verbo, vſura.§.15.cum multis.§.ſequẽtibus, Gerſon in tractatu de cõtractibus in octaua propoſitione latè Summer. q. 30. Sed proh dolor, quot fraudes & abuſus poſſunt latere ſub iſto intereſſe? Ideo Gerſon in loco ſuprà allegato nõ ab re dicit, quòd malignantibus vix poteſt claudi aditus ad vſuram, poterũt ſaltem fingere ſuũ intereſſe, de quo etiã per Summer.q.89.concluſione 4.argu.ſecundo.

Item pro aſſecuratione mercium poteſt aliquid licitè accipi, de quo latè per fratrem Ang.in ſumma, in verbo ſocietas.§.7.& in verbo, vſura.§.38. & Summer. q.39.& Antho.in tertia parte ſummæ, tit.octauo.c.30.§.1.

131. Similiter vbi mutuò adijcitur aliquid pœnæ cauſa, iſta pœna licitè exigi poteſt, ſecundũ doct.in locis iam allegatis, & Lauren.de Rodolfis, dict.tract.de contractibus.q.67.& Gerſon tract.de contractibus.ꝑpoſitione ſexta, Legiſtæ in l. ſtipulatio hoc modo concepta.§.alteri.ff.de rerum obli. Et tamen iſti contractus non habent modicã ſpeciẽ mali, & multiplex abuſus in his cõmitti poteſt, & pluribus dare ſcandalum, qui ſub hoc velamine poſſunt exercere vſuram, &c.

Accedat ad hoc contractus quotidianus, qui in partibus Sueuiæ, & maximè Vlmæ frequenter celebratur cum telis lineis bambaſiæ mixtus, quas telas veſtantium appellamus, & ipſi ſemper ſexaginta petias huiuſmodi telarum fardellũ appellant, cum quibus ſit magna negociatio, & tantam ſpeciem mali habet talis contractus, etiam multiplex poteſt in eo committi abuſus, quòd declamatores verbi Dei ſæpè publicè populo prædicarunt, ab huiuſmodi contractu tanquam illicito eſſe abſtinendum, tamen nihilominus viginti quatuor theologiæ & Canonum doctores determinarunt impenſa Vlmenſium talem contractum eſſe licitum. Et per hoc impoſitum eſt iam ſilentium ipſis prædicatoribus. Sed quid multis? ſi velimus nos abſtinere ab omni contractu habente aliqualem ſpeciem mali, vel in quo poſſet aliquis committi abuſus, neſcio quomodo genus humanum perſiſtere poſſet.
32. Vnde dicit Gerſon tract.de cõtractibus, propoſitione 18.ꝙ nimia ſubtilitas in moralibus nõ eſt ſemper expediens: eſt em̃ in his habendus modus: qa qui nimis emũgit elicit ſanguinẽ, iuxta illud Eccleſ. ſeptimo, Noli eſſe iuſtus multũ, vt ſuprà latius

viſum

viſum eſt. Omnis enim negociatio eſſet illicita, etiã quæ principaliter fieret ꝓpter vtilitatẽ reipublicæ & ſuorũ ſuſtentationẽ: quia oĩs negociatio habet æquè ſpeciẽ mali ſicut boni: qa habet æquè ſpeciem, ꝙ fiat propter auaritiã, ſicut ꝙ fiat propter vtilitatẽ reipublicæ, vel ſuorũ ſuſtentationẽ. Quis eñ reuelauit nobis, ſpiritus vel caro, ꝙ mercatores non cupidine lucri, ſed principaliter ꝓpter vtilitatẽ reipublicę vel ſuorũ ſuſtentationem exercent negociationẽ? Nonne maxima pſumptio auaritiæ eſt contra eos? Ideo dicit Auguſtinus, ꝙ nullus Chriſtianus deberet eſſe mercator, ꝙ ſaltem interuenit periuriũ & mendaciũ. & alibi, in c. eijciens. 8. diſt. Canõ mercatores appellat vſurarios, de quo latius in d. c. eijciens. cum duobus ſequentibus. & per Lauren. in tract. de vſuris. q. quadrageſima prima, ſecunda & tertia. Si modò nominati cõtractus oẽs, in quibus multiplex poteſt cõmitti abuſus & non modicã habentes ſpeciẽ mali, nõ ſunt illiciti, quanto magis cõtractus thematis, in quo abuſus cõmitti nõ poteſt, nec aliqua ſpecies mali vel ſcãdali adeſſe poteſt? vt in ſuperiorib⁹ abundè viſum eſt. Si faceremus viã dñi tam arctã, non eſſet ſalua oĩs caro, & qmodo ſaluaremus illud Matth. 11. Iugũ meũ ſuaue, & onus meũ leue eſt? 133.

Præterea, eſto ꝙ cõtractus thematis haberet ſpeciẽ mali, & ſcandaliſaret proximum, ac multiplex abuſus cõmitti poſſet, quorũ tñ nullũ eſt, tamen nihilominus, ex quo de rigore ſcholaſtico nõ eſt cõtra æqualitatẽ iuſtitię cõmutatiuæ, neq; vſurarius, ſed in ſe licitus, tunc ſolùm ante factũ eſt diſſuadendus: poſt factum aũt non eſt condemnandus. per ea quæ dicit doct. Summer. q. 30. in fine. & q. 99. in fine. & q. 80. 6. dicto, in fine, ibi, dum dicit, quando fit ſecretè. pro quo facit, ꝙ multa fieri ꝓhibentur, quę facta tenent. l. parte furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & doct. Sũmer. q. 71. contra prædicta arguitur. Imò ſecundũ Sũmer. q. 96. circa finẽ, lucrum inde ꝓueniens poſt factum, de per ſe nõ eſt reſtituendũ, licet ibi dicat ſecus de per accidens, ꝓpter ſcandalum & denigrationem famæ. Sed qa in cõtractu thematis nõ interuenit neq; ſcãdalũ, neq; denigratio famę, vt in pcedentib⁹ latè dictũ eſt: ideo nec p accidẽs venit reſtituẽdũ, de quo latius per Sũmer. loco allegato &c. 134.

Nec etiam obſtat, qd pro contraria opinione allegatũ eſt, videlicet ꝙ ita teneẽ quis reſtituere, ſicut tenetur non cõtraherẽ, vel paciſci ſeu accipere, qa ad tollendã conſequentian ſufficit dare inſtantiã, glo. in l. creditori. ff. de noui operis nuntia. et in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. Sed in multis caſibus quis non debet taliter cõtrahere, paciſci, vel accipere, et tamen nõ tenetur reſtituere, ergo &c. Quod ꝓbatur, meretrix meretricãdo peccat mortaliter, et turpiter facit, accipiendo pecuniã pro meretricio quæſtu, & tamen nõ tenetur reſtituere. l. idem et ſi ob ſtuprũ. §. ſed qd meretrici. ff. de cõditione ob turp. cauſ. per Inno. c. quia pleriq;, de immunit. eccleſiar. per Alex. de Hales in 4. parte. q. 86. ar. ſexto. §. ſecundo &c. Idem eſt in mercatoribus, qui ſæpe ardenti deſiderio & cupiditate lucri pergunt ad nundinas & multa cum peccato lucrantur, & tamen nõ tenentur reſtituere, ſi non decipiunt aliquem, licet ſit turpe lucrum, ſecundum eundẽ Aex. de Hales in loco allegato. & Panor. in c. cum ſit, de Iudæis. & in ſumma angelica, in verbo negocium, & in verbo reſtitutio primo, in dictione turpe lucrum. §. 5. & dicit Gerſon in tract. de contractibus, propoſit. 11. ꝙ non ita ſit clarum nec concordatum apud omnes, præſertim Theologos, vtrum etiam defraudans obligetur reſtituere. 135. 136.

Similiter acquiſita in torneamentis, licet torneamenta ſunt prohibita ab Eccleſia, tamen ſi aliqua acquiruntur cũ interuentione peccati, non ſunt reſtituenda: quia per tales leges & pacta transfertur dominiũ. Vnde non valet argu. Hæc ſunt acquiſita contra prohibitionem Eccleſiæ, ergò reſtituenda: quia licet ſit contra ꝓhibitionem, tamen transfertur dominiũ. Hæc Alex. de Hales in loco allegato &c.

Item aleatores, niſi fraudem immiſceant in ludis ſuis, de ſtricto iure nõ tenen-

honeſta occupatio in illis,& ſæpe damnoſa reipublicæ, & talis inhoneſta occupa-
tio eſt reprimenda,de quo per Alex. de Hales in loco allegato &c.

Idem dicit ipſe in hiſtrionibus, qui conſecutum reſtituere non teneantur.

Præterea vadiatio eſt cõtractus illicitus,& tamen non cadit reſtitutio,de quo
138. per Summer.q.71.in ſecunda concluſione.

Item vſura mentalis eſt peccatum mortale, & tamen cõmittens vſuram men-
talem,non tenetur conſecutum reſtituere: de quo per fratrem Ang. in verbo reſti-
tutio primo,in dictione,vſurarius mentalis.

Similiter ſimonia mentalis eſt peccatum mortale, & tamen non habet locum
139. reſtitutio.c.ſi. de ſimonia, in ſumma angelica, in verbo ſimonia ſeptimo. Vnde
Canonicus vadens principaliter ad horas canonicas pro denarijs horarijs, cõmit-
tit ſimoniam mentalem, & grauiter peccat, tamen non tenetur ad reſtitutionẽ, ſed
ſola pœnitentia debetur,vt per eundem fratrem Ang.in verbo ſimonia 3.§.12.

Item Clericus acceptans beneficium,nõ vt ibi ſeruiat, ſed donec habere poſ-
ſit pinguius,peccat mortaliter ſic acceptãdo,&tñ non tenetur reſignare beneficiũ,
ſed ſufficit ſola pœnitẽtia de iniqua voluntate.Ita Panor.in c.ad audientiã,de cle-
ricis non reſidentibus, & in ſumma angelica,in verbo clericus ſeptimo. §.6.

Item emptio vitalitij poteſt per accidens & per interuentum aliquarũ circum-
ſtantiarũ fieri illicita,& taliter emens peccat mortaliter, & tamen nõ tenetur reſti-
tuere redditus perceptos,vel ſuperſedere ab accipiendo vltra ſummã expoſitã, de
quo per doct. Summer.q.81.in 2.concluſione,ver. & ſi quæras. Et multi poſſunt
adhuc adduci cõtractus,q ab Eccleſia,tanq̃ illiciti,ſunt ꝓhibiti,&ſine peccato fie-
ri nõ poſſunt:& tñ in iſtis non habet locũ reſtitutio.de quibus in ſumma angelica,
in verbo reſtitutio,per totum,& multis alijs in locis. Si modò conſecutũ ex huiuſ-
modi contractibus,ſuprà cõmemoratis,ac alijs, tanq̃ illicitis & ab Eccleſia prohi-
bitis, nõ eſt reſtituendũ,quanto magis in cõtractu thematis de ſe licito? Habẽt etiã
contractus ac caſus iam cõmemorati non modicã ſpeciẽ mali,quia ſic agentes dant
alijs occaſionem ſimiliter agendi,& maximè cùm conſecutum non teneantur reſti-
tuere,& ſic occaſionantur ad peccandũ,&ad contrahendũ contra prohibitionẽ Ec-
cleſiæ,nihilominus non cadit obligatio reſtitutionis, quanto fortius in contractu
thematis de ſe licito,vbi nulla etiam adeſt ſpecies mali, conſecutum non ſubiacere
debet reſtitutioni? Nam quare Titius reſtitueret,quod mediante induſtria & ope-
ra Sempronij mercatoris ex contractu licito de ſuo lucratus eſt?

Poſſet & in hoc contractu thematis hæc fieri exclamatio,de qua meminit Ger-
ſon in tract.de contractibus, in 3. parte,circa principium, ſe in concilio Conſtan-
tienſi exclamaſſe, videlicet ; O Deus æquiſsime, quis neſciat & ſimoniam & vſu-
ram modis omnibus extirpandas eſſe? Sed primitus declarandum,ſub quibus ca-
ſibus,& qualibus intentionibus propriè dicta ſimonia vel vſura committatur, ne
damnetur iuſtus cũ impio, & ne detur vſuræ titulus iuſtis & neceſſarijs contracti-
bus.

Nemini etiam dubium eſt, per tolerantiã Papę huiuſmodi contractũ non pa-
rũ roboris accipere ; quia ex quo contractus thematis non eſt expreſſa lege diuina
140. ꝓhibitus,neq̃ implicita,hoc eſt,expreſſa determinatione Eccleſiæ explicantis hoc
eſſe contra ſcripturã ſacram,vt dicit Sũmer.q. 100.§.2.arguitur,& Papa ſcit & to-
lerat huiuſmodi contractũ in Eccleſia Dei in tantũ frequentari, quare non poſſe-
mus dicere,huiuſmodi tolerantiam Papæ talem contractum, etiam ſi de ſe illicitus
eſſet, facere licitum? cùm tolerantia etiam vſuræ ſaltem in foro exteriori faciat, vt
lucrum vltra ſortem non reſtituatur, ſecundum Gerſon. dicto tract.de contracti-
bus,cõſideratione decima quarta. Et ſecundũ Petr.de Palude ſuper tertio.diſt.37.
quẽ refert Gerſon dict. tract.attentione nona,tum Cambia ex hoc ſolo ſunt licita,
q a Eccleſia tolerat. Pro quo facit,ꝙ Papa notitiã alicuius habens, & nõ improbãs
cenſetur approbare.glo.eſt not.in l.quo eñ.ff. rem ratã haberi. vbi nõ improbare
ratificationi par eſt.& eſt alia glo.notabilis in ſumma,44.diſt.in verbo vtrũq̃ be-
ne facit,q̃d dicit Bal.in l.imperialis.§. ſi miles.C.de nuptijs. & dictũ Gerſonis in

tracta.

tracta.de contractibus,propoſitione 16.& Anthon.in ſumma,ti.3;c.10.§.1.ꝙ in conſtitutionibus poſitiuis tolerantia ſuperiorũ & conſuetudo patriæ faciunt, ceſſant legem poſitiuam,nõ eſt etiam præſumendum,Eccleſiam velle hunc contractũ damnare,quem tam diuturna tolerantia ſic frequẽtari paſſa eſt: & ſic homines per laqueos tranſgreſsionum velle prçcipitare in damnationis interitũ;cùm talis contractus poſſet iure poſitiuo prohiberi. Eſto, ꝙ ſit in ſe licitus, quia etiam bona & aliqua non mala poſſunt iure poſitiuo prohiberi,ſecundum Summer.q.3.concluſione 4. argumento ſecundo &c. 141.

Et per hæc commemorata videtur ſufficienter reſponſum ad allegata pro cõtraria opinione.

Modò ſic eſt, ꝙ contractus thematis conuenit definitioni ſocietatis, vt viſum fuit ſuprà in prima parte.

Secundò,ſubſtantialia & eſſentialia ſocietatis,& quæ faciunt ſocietatem eſſe in hoc contractu interuenerunt,ſuprà in prima parte.

Tertiò, etiam forma contractus ſocietatis in hoc contractu thematis interuenit.

Quartò,illa duo pacta,lucri certi,& ſaluationis Capitalis,licet videantur cõtra naturalia contractus ſocietatis, tamen adhuc valent & poſſunt interuenire in contractu ſocietatis,manente ipſa ſocietate in ſui ſubſtantia & eſſentia,in ſecunda parte.

Quintò, quamuis talia pacta lucri certi & ſaluationis capitalis faciãt contractum ſocietatis eſſe ſocietatem impuram, eò ꝙ ſunt contra naturalia ſocietatis, & videntur continere inæqualitatem, contra iuſtitiam commutatiuam, tamen propter hoc non mutatur cõtractus ſocietatis in ſpecie eſſentiali, & ſui eſſentia, vt per hoc non dicatur contractus ſocietatis,in ſecunda parte.

Sextò, licet iſta duo pacta videantur continere inæqualitatem contra iuſtitiam commutatiuam,et ideo ſi non mutant ſocietatem in ſui eſſentia,tamen videntur mutare ſocietatem in ſpecie moris, & contractum ſocietatis taliter deprauare, ꝙ dicatur ſocietas illicita, & iniqua, tñ ex quo ſit ipſi Sempronio mercatori ſocio recipienti congrua recompenſatio & ſufficiens refuſio iſtorum onerum, tunc per talem refuſionem tollitur illa inæqualitas contra iuſtitiam commutatiuam, ita ꝙ talia pacta non dicuntur deprauare contractum ſocietatis, neq; eum facere illicitũ & iniquum. in prima parte.

Septimò,in contractu thematis per dimiſsionem reliqui lucri,vltra quinq; de centum, fit ſufficiens refuſio & recompenſatio ipſi Sempronio grauato per talia pacta,& per conſequens talia pacta non continent inæqualitatem contra iuſtitiã commutatiuam, quia par eſt conditio vtriuſq;, & hoc reliquum lucri eſt ipſi Sempronio æquè idoneum ad commoditatem ſuam,ſicut ipſi Titio recipere quinq;,& paſsim reperiuntur homines,qui vnũ æquè vellent ſicut aliud,& ſic eſt apud mercatores conſuetum,& diuturna obſeruantia receptum. in prima parte &c.

Octauò, mercatores & in arte periti, ...

Decimò, pactum ſaluationis capitalis in effectu non interuenit in contractu thematis, quia capitale ſemper perit Titio conſignanti, qualitercunq; pereat, propter fraudulentam decoctionem mercatorum. in 1. parte.

Vndecimò, in contractu thematis pactum certæ quantitatis in effectu duntaxat interuenit. in 1. parte.

Duodecimò, tale pactum lucri certi nullo iure prohibitũ, ſed potius permiſſum eſt. 2. parte.

Decimo tertiò, per pactum lucri certi inducitur quædam venditio valida, & licita, quæ immiſcetur contractui ſocietatis, ita q; lucrum incertum, quod aliâs deberetur Titio conſignanti, vendatur pro lucro certo. Et iſta ſpes lucri incerti bene vendi poteſt pro lucro certo, et dicitur lucrũ certum, non pretiũ, ex quo conſignanti datur loco lucri, quód debuiſſet ſibi aliâs ceſsiſſe. Et tale pretium ſeu lucrum habet conſignans vltra capitalem pecuniam ſocialiter communicatam ex venditione iuris ſui incerti & lucri, quod habet in ſpe.

Decimo quartò, contractus thematis eſt multis autoritatibus doctorum roboratus.

Decimo ſextò, ex quo iſte contractus non eſt expreſſa lege diuina, vel implicita, hoc eſt, expreſſa determinatione Eccleſiæ prohibitus, ſed de hoc dubitatur apud doct. tunc bona conſcientia poteſt quis tenere vnam partem alicuius opi. & ſecundum illam operari, quia in moralibus non requiritur certitudo euidentiæ, ſed ſufficit certitudo moralis, hoc eſt, probabilis coniectura, quæ non remouet in vna parte omnem probabilitatem, licet magis declinet ad iſtam vel ad aliam partem. Ex quo alia certitudo ſine reuelatione in moralibus haberi non poteſt. Cùm enim ambulemus in ænigmate, nec per ſpeciem videamus, opus eſt autoritatibus & rationibus probabilibus credere.

Decimo ſeptimò, quando contractus eſſet in ſe illicitus, tamen ex quo de hoc non habetur ſcriptura canonica ſufficiens, nec aliqua expreſſa determinatio Eccleſiæ improbans talem contractum, & ſecundum gratiam ſibi datam à domino, Titius fecit, quod in ſe eſt, vt ſibi innoteſcat veritas eius vel falſitas: tunc poteſt ſine peccato adhærere illi opinioni, quæ ſibi videtur probabilior: vel ſi eſt illiteratus, poteſt ob autoritatem ſui prælati vel confeſſoris aſſecurantis eum de hoc adhærere opinioni iuſtificanti talem cõtractum, & ſecundum illam operari, dũmodo paratus ſit, quòd ſi oppoſitum determinaretur, nollet adhærere illi opinioni, ſed alteri: quia tunc illa ignorantia, qua ignorat talem contractum eſſe illicitum, eſt ſibi inuincibilis, & ignorantia iuris diuini, nec cadit in facientem quod in ſe eſt: quia dicitur ignorantia inuincibilis.

Decimo octauò, vbi non habetur certa & expreſſa determinatio, tunc in dubio contractus nõ debet pſumi neq; interpretari vſurarius vel illicitus, ſed potius licitus: quia quando nimis timidè & ſcrupuloſè interpretantur præcepta, tollitur omnis ſpiritualis dulcedo.

Decimo nonò, quando forma eſt communis mutuo & ſocietati, tunc non poteſt determinatè inferri alter illorum contractum, nec oportet mox illum condemnare tanq; vſurariũ, & illicitum: quia etiã poteſt licitè fieri, nec ſequitur, poteſt eſſe mutuũ, ergo eſt: quia poteſt etiã eſſe ſocietas, quando fit aliquis cõtractus generali nomine traditionis, & illa traditio eſt reperibilis tam in mutuo, quàm in ſocietate. Tũc ſi illa traditio eſt facta in ſpecie, & nomine ſocietatis, tũc iudicatur ſocietas: & quia in

quia in dubio vbi non cõſtat de animo, iudicatur cõtractus qualis nominatur, ex quo etiam forma & pactis non poteſt ſpecificè deprehendi qualis contractus ſit.

Viceſimò, in contractu thematis non militat, quòd in dubio tutior via ſit eligenda, nec dictum Eccleſiaſt. qui amat periculum peribit in illo, neq; dictum Auguſtini, Tene certum, & dimitte incertum: & quòd bonarum mentium eſt, culpam agnoſcere vbi minimè interuenit.

Viceſimo primò, omnis contractus vſurarius ex genere poteſt per piam intentionem dantis & recipientis transferri à ſuo genere in opus pietatis.

Viceſimo ſecundò, omnis contractus, qui ex ſuo genere debet eſſe gratuitus, poteſt etiam circumſtantijs licitè effici non gratuitus.

Viceſimo tertiò, in contractibus humanis nõ debet leuiter fieri reſtrictio vel reductio ad vſurariam prauitatem: quia ſæpe datur vſurę titulus iuſtis & neceſſarijs contractibus: in materia enim cõtractuum debet obſeruari illud comicum, Ne quid nimis. Et illud, Noli eſſe iuſtus nimis.

Viceſimo quartò, in moralibus & doctrina virtutum via regia eſt ambulandum, ne ſtrictius fiat Dei mandatum nec latius, quàm ipſe mandauerit. Pondus enim graue & pondus paruum abominatio eſt apud Deum, ideo apud philoſophos virtutes in meditullio poſitæ ſunt.

Viceſimo quintò in moralibus æquitas pręponderat rigori iuris, iuxta illud, Omnia mandata tua æquitas, id eſt, cum æquitate penſanda.

Viceſimo ſextò, fundamenta pro parte negatiua, quòd contractus thematis non ſit ſocietas, ſed contractus mutui, non vendicant ſibi locum, quoniã his omnibus ſufficienter reſponſum eſt.

Viceſimo ſeptimò, diuturna tolerantia Papæ non parum roborat & fortificat contractum thematis.

Hæc omnia in præſenti conſultatione ſunt ſufficienter deducta & probata, non video ergo quid obſtet, quo minus contractus thematis dicatur cõtractus ſocietatis licitus. Cùm æquè cauendum eſt, ne contractus iuſtus condemnetur, ſicut iniquus iuſtificetur, iuxta Iſaiæ, Væ his qui dicunt malum bonum, & bonum malum. & iuxta dictum Salomonis prouerbiorum 17. c. qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, vterq; abominabilis eſt apud Deum. Stabit ergo firma concluſio ex omnibus enarratis, cõtractum thematis eſſe omni iure licitum, & Titium ac ſuos hæredes poſſe lucrum de pecunia taliter conſignata Sempronio, retinere recta conſcientia. Laus DEO.

Tomi primi finis.